ri. Ita etiam filij ignobilium data necessita
te; sed quid de filijs infidelium an sint ba-
9 ptizandi inuitis † parentibus quorum no-
mine intelliguntur etiam orphanorum tu-
tores: quibus iure cura eorum incumbit,
10 † sunt tres opiniones. Prima Scoti, quod
vbi cum bona cautela id fieri posset, & ba-
ptizati religiosè possent educari, fili paruu
li sunt inuitis parentibus baptizandi. Secū
da opinio est media Durandi. Ait enim fi-
lios eorum, qui non sunt Christianorū ser-
ui, ius non esse inuitis parentibus baptiza-
ri, filij autem infidelium, qui sunt Christia
norum mancipia, possunt inuitis parenti-
bus remoueri, & tunc baptizari. At D. Th.
2. 2. quæst. 10 ar. 12. simpliciter ait ne vti-
quam eosdem inuitis parentibus baptizan
dos, & hæc videtur communis recepta;
Nam cum voluntas patris existimetur fi-
lij, sicut non potest adultus contra suam
voluntatem baptizari; ita neq. filius puer
sine voluntate patris. Sed si baptismus inui
10 tis parentibus conferatur, † an illud va-
leat. Caieta contra Palud. tenet quod sic,
& Sot. in 4. senten. distin. 5. arti. 10. cap. 19.
arbitratur esse opinionē D. Thomę. Enim-
uero dicens, quod de facili ad infidelita-
tem redirent, insinuat per illud baptisma
fuisse factos fideles. Et re vera illa interpre
tatiua intentio puerorum, quæ est paren-
tum, vel gestantium non est de essentia Sa
cramenti. sicut intentio adulti, sed per intē
tionem baptizantis, qui est Ecclesiæ mini-
ster, perficitur Sacramentum. Neq. Sanct.
Thomas aliud contendit, nisi quod ille ba
ptismus non est licitus, sed est peccatum,
& periculum Apostasiæ. Hæc Sotus col. 19.
Et notat, quod sufficit consensus patris ad
11 fidem conuersis in baptismum filij, † etiā, si
mater renuat infidelis, vt decernitur in ca.
literis extra de conuersa. infidelium, quod
idem dicendum est de matre, cuius consen
sus si fidelis sit, sufficit, etiā si pater renuat,
vt decreuit Synodus Toletana 22. q. 1. cap.
Iudei. At qua ætate paruulus censendus sit
vsum rationis non habere, vt possit inuitis
parentibus baptizari, videtur hoc esse ar-
12 bitrarium, † nam licet Syluester in ver. Ba
ptismus 4. quæst. 8. postquam premiserit ex
D. Thoma triplicem gradū vsus rationis,
dixerit in quartodecimo anno, & alij vt est
Gasp. de Calder. in duodecimo anno, qui
dixit, quod puer Iudeus duodennis potest
inuitis parentibus baptizari, quia satis prę
sumitur de aliquo rationis vsu in eo, & sic
in fauorem fidei poterit baptizari, licet in
eo omnino non clarescat vsus rationis, dū
modo contrarium non appareat. Tamen
certissima regula est, quòd si citra illam
ætatem constat puerum fidei catechismis
instructum, satis intelligere quid nam sit
baptizari, & quemadmodum sit professio
Christianæ legis, baptizandus est, quo-
niam ætas ad contrahendum matrimo-
nium lege humana statuitur, lex au-
tem diuina baptismum neutiquam ab
humana dependet, sed vbi primum ra-
tionis lumen affulserit: Sacramentum est
validum. At quando esset aliquo modo
dubia, nempe bonæ essent coniecturæ,
& iudicia puerum agentem annum octa-
uum intelligere quid vellet profiteri, ba-
ptismumque peteret, inuitis parentibus
esset baptizandus, ac subinde ab eorum
educatione subtrahendus. Et vice versa si
in illa ætate eius parentes conuerterentur
ad fidem, vellentq. ipsum baptizari, ille ta-
men aliquatenus videretur annuere, sed
ex aliqua parte essent aliquæ coniecturæ
sui

sui consensus, re etiam sic dubia esset baptizandus. In summa vbi aliqua apparet voluntas, siue intentio, tunc in fauorem baptismi inclinandũ est, igitur ex his clare apparet esse arbitrarium consideratis considerandis, qñ paruulus infidelis cēseatur habere vsum rationis, vt sic possit baptizari inuitis parentibus; Et hæc circa Sacramentum baptismi. Verum quo ad confirmationem quibus, qua ætate sit hoc Sacramentum conferendum? Resp. ex Archidiacono, quem omnes sequuntur quod
13 omnibus Christianis, † tam pueris, quod quidem conuenientius est, quia minus habent fictionis, quàm adultis, & senibus, ac etiam mulieribus, quib. cum viris cōis est pugna spiritualis, de qua habetur in d.c.1. Item mutis quia licet non verbo, tñ signo possunt confiteri, Itē morientibus, quia & si subtrahantur pugnæ, quia tñ pergũt ad premiũ militantiũ, conuenienter accipiũt militiæ Christianæ signum. Sed qua ætatæ
14 sit hoc Sacramentũ conferēdũ, † sunt multæ opiniones. Nam Paludanus, quem sequi videtur D. Antonius asserit non expedire pueris ante vsum rõnis cōfirmare, & ita vult quòd circa septennium, vel illo cōpleto detur confirmatio, & rõ est, quia tunc recolere possunt, vnde propter hoc solet dari alapa. D. vero Thom. quem sequitur Archid. in d.ca. oēs de cōsecr. dist. 5. & Syluest in verb. confirmatio q. 4. dicit non esse expectandũ vsum rationis, & ita posse dari cōfirmatio ante vsum rõnis pueris, corroboratur hæc opinio de conse. d. 5. c. de his. Alij vero dicunt, vt ait gl. in c. vt ieiuni de consecr. dist. 5. quòd expectanda sit ætas quatuordecim annor. sed hæc opinio cōiter refellitur. Sed alij dicũt, quòd omnes fideles debent confirmari, intelligitur secundum ecclesiæ ritum pro ritum pro tempore, & loco. Et ideo si aliquibus rõnibus vsus est cōfirmare infātes, illic cōfirmentur, quia prohibitio ecclesiæ vniuersalis nullibi legitur. Quapropter cũ sit tantarum opinionũ conflictus, videtur vera opinio, quòd conuenientius & decētius possit dari confirmatio ante vsum rõnis, quãuis bonum esset illũ expectare. Verum hoc mihi videtur pendere arbitrio boni viri. Vnde si interrogetur. Confessa-
15 rius † qua ætate sit conferendum Sacramentũ cōfirmationis poterit respōdere adherendo opinioni D. Th. vel Paludani, sed si infans esset in probabili periculo mortis statim infante baptizato debet dari confirmatio, & ratio est quia cum hoc Sacramentum non solum ad pugnam prosit, sed etiam gratiam augeat, licet non ratione illius, ratione tamen huius proderit infantibus Sacramentum. Sot. in 4. sent. dist. 7. q. vnica art. 8. col. 3.

Discussio conscientiæ quanta requiratur, videtur remittenda arbitrio confessarij. Cap. 4.

SVMMARIVM.

1 *Peccatorum examen spectat ad integritatem confessionis.*
2 *Prudentis est viri in rebus arduis non præcipitanter illas aggredi.*
3 *Examen conscientiæ spectat ad prudens arbitrium confessarij qualiter sit faciendum. nu. seq.*
5 *Conscientiæ examen quod requiratur in iusto frequentante Sanctissimam Eucharistiam.*
6 *Tempus à Confessario datum ad recolenda peccata, si transgreditur pœnitens, male facit.*
7 *Confessiones generales a scrupulosis an faciendæ.*

1 QVod examen, siue reuocatio peccatorum ad memoriam spectet ad integritatē confessionis, est de iure diuino, vt probat tex. in cap. omnis, verbo, omnia extra de pœni. & remis. ita & ipsa cōscientiæ discussio, & vt per se dimidiata cōfessio est irrita, & nulla, sic discussio, & examinatio conscientiæ est indeficiens, & imperfecta, vt abūde diximus tũ in 1. p. decis. lib. 1. c. 16. quàm in 1. vol. cōsil. lib. 5. cōs. 3. de pœnit. & remis. Vbi ēt nu. 4. affirmauimus, quod sicut est viri prudentis in
2 rebus magni momēti, † et pōderis non præcipitāter, aut repēte illas aggredi, sed matu-

rè

rè memoria discussa, sic multo magis hoc faciēdū est in recognitione suorū peccato cum agatur de recuperanda vita animæ, quam amiserat pœnitēs per peccatum mortale, facit tex. c. consideret de pœnit. d. 5. vnde tenetur facere quæcunque pro euitanda corporis morte conaretur facere. At quanta esse debeat huiusmodi dilibentia ad recolenda peccata, sunt multæ opiniones. Alij.n. dicunt tantā requiri diligētiā, vt interrogatus pœnitens a cōfessario sciat de interrogatis rn̄dere, cōmiserit ne peccatum illud, vel non, ita.n. sufficit, vt valeat pœnitēs à confessario absolui. Sūt & alij dicētes tātā esse necessariam, quāta adhiberetur in magno, & arduo negotio ꝓ magna, & ardua re lucrāda, aut incōmodo graui vitādo. Verū nullus hucusq. est, q. valeat ꝑfigere tp̄s, qd sit sufficiēs, quare ad hoc determinandum Methodus certus dari nequit, ideo dicimus hoc relinquēdū esse iudicio, & arbitrio prudētis, & boni cōfessarij, cū nō ī oībus æqualis memoriæ recogitatio necessaria sit, nā minor in timoratis, & cōsciētiæ bonæ studiosis, q̃ in nō studiosis, & nō multū timoratis, et minus ēt ī his, q̃ in nimis ruptis conscientijs, & inuerecundis, qui aquā biberunt peccata, & quibus facta est frons meretricis, qui nullam omitunt occasionem peccandi. Et minus his, qui frequentant confessionem generalem, q̃ qui nō frequetant, etenim minori indigēt discussione ij, qui bis in hebdomada confitentur, q̃ qui semel, & ij, qui in mēse, & ij, qui multo minori, q̃ qui in āno, minorq; generaliter in homine implicito in paruis negotij, q̃ qui in magnis, & minor in eo, qui est sanioris, & tenacioris memoriæ, quam in hominib. labilis, & infirmioris, qui quo ad actū reminiscēdi indigent quibusdam quasi discursibus singulatib. tp̄is, loci, & aliarum personarū, & cir-
4 cūstātiarum ad sui adiutoriū, † Sic.n. discutienda est consciētia, discurrēdo per loca, & personas, & p negotia, quib. est versatus post vltimā cōfessionē, & tandē minor discussio requiritur in eo, qui frequēter sumit sanctiss. Eucharistiæ Sacramentū, quā in eo, qui nō frequētat. Vnde Palud dist. q.
5 11. art. Iustus accedēs ad hoc Sacramētū † forte peccat, nisi quòd in ipso iusto, qui cōsueuit passim scrutari conscientiam suam, sufficit breuis, & quasi trāsitoria discussio, qui non sufficit in alio. Cum igitur tot circunstantiæ sint cōsiderandæ, & in iure nō reperiatur determinatum quanta sit necessaria discussio in recolendis peccatis ad finem, vt integrè, & ritè confiteatur, superest vt dicamus arbitrium prudentis Confessarij requiri, quando dicatur facta sufficiens reminiscentia peccatorum, vt possit absolui pœnitens, Imo qn̄q; est admonē-
6 dus à † Cōfessario, si transgressus fuerit methodum male facere, si in discutienda conscientia maiorem curam adhibeat, quam oportet, quamobrē diligenter admoneat, ne hac in re sit nimium scrupulosus, vel nimiū anxius, sed vt omnia moderatè faciat memor præclarę illius sn̄iæ. Ne quid nimis. Et hoc præcipuè locū hēt in multum scrupulosis, vel in illis, qui cōfessiones ge-
7 nerales † facere cōcupiscunt; qui si scrupulis vexantur, cōiterq; laborant, illæ nō sunt faciendæ, cum sit quietē aīæ de nouo perturbare, & si forte ob nimiā importunitatē cōfessarius cōcedat, quod tamen raro permittendum, pōt tempus præfigere ad peccata recolenda, & id non excedat, ne quod fit ad quietem spiritus, turbationis maioris causa fit, & dementiæ, maxime si debilis sit, & capite laboret.

De circumstātia erronea qualiter deponenda. Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Conscientia quid, & quotuplex, num. 2.*
3 *Conscientia recta qua dicatur.*
4 *Conscientia scrupulosa quando reprehēda.*
5 *Dubitātes plusquā oportet sūt reprehendi.*
6 *Conscientia erronea tripliciter errare potest numer. 7.*
8 *Veniens contra conscientiam erroneam adificatur ad gehennam.*
9 *Gehenna locus est ignis, & sulphuris.*
10 *Conscientia erronea qualiter causetur.*
11 *Faciens secundum conscientiam erroneam an à peccato excusetur.*

Con-

12 *Conscientia leuis quæ, & qualiter deponenda sit, numer. 13. & quando numer. 15.*
14 *Proprius sacerdos quis dicatur.*
16 *Dubium probabile quale sit.*
17 *Peccatum dubium est confitendum, vt iacet in conscientia.*
18 *Confessor non debet de singulis peccatis determinare, an sint mortalia.*
19 *Confessor iniungat pœnitentiam pro mortali, quando dubitat an ita sit.*
20 *In obligationibus concernentibus Deum tutius est quem præsumere ligatum, quam absolutum.*
21 *Irregularis in foro animæ in dubio quis præsumitur.*
22 *Arbitrio suo aliquando quis relinquitur.*
23 *Peccatorum quis potest se dicere, modo contrarium non credat.*
24 *Conscientia vnum dictante esse mortale, & prælato idem præcipientem an subditus debeat venire contra conscientia. numer. 25.*

CONscientia secundum Dom. Antonium de Butrio in c. inquisitioni extra de sen-
1 ten. excomm. est quædam † impulsio animi ad credendum id; de quo non est bene certus. Inclinat enim, vel pungit animum ad illud vel illud credendum. Et Henr. Boich. in c. per tuas el 2. extra de Simon. dixit ex D. Hieronymo, & Dama. quod conscientia est dux animæ, & est lex intellectus nostri, id est animæ humanæ quæ alio modo vocatur Synderesis, & vocatur domus, & recte, quia si bona est, quiescit homo in ea, sicut in bona domo, & in mala vexatur. Et
2 hæc alia dicitur † recta, alia scrupulose, alia erronea, & alia leuis, vt habetur per Doctores in d. c. inquisitioni, & in c. & si quæstiones, & d. c. per tuas de simon. Recta vero tunc dicitur, † quando est recta secundum legem diuinam scriptam nobis per regulam datam, & huic non debet deesse iuditium rationis; conscientia enim non regulata ratione, si quis eam amplectitur, inducit dispendium salutis, sed si regulatam ratione quis amplectitur, præmium habebit æternum, & supplicium euitabit.

Quod facit contra illos, qui ex quolibet momento, vel instinctu mouent conscientiam suam ad aliquod agendum, vt ait Gemin. igitur debet esse conscientia discreta, nam discretio mater est omnium virtutem, 1. quæst. c. 5. præsentium, & cap. 1. extra de offic. custo. clemen. pastoralis de re iudic. Est & alia conscientia scrupu-
1 losa nullo dubio roborata, † & hæc reprehendenda est, cap. non solum de regular. in 6. & in Psal. dicitur. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor Et hæc nullo dubio corroborata non est amplectenda, si tamen aliquod habet dubium est amplectenda, & non est relaxanda, nisi clarificetur, & declaretur esse scrupulosum, ita dixit Host. in d. cap. & si questiones. Bald. in c. cum tenor numer. 7. extra de consuet. & sic intelligo quod notauit Innoc. in capitul. nouit extrà de iudic. & ita intelligitur illud Gregorij in capitul. ad eius distin. 5. Bonarum mentium est ibi vereri culpam, vbi culpa non est. Reprehendi sunt tamen ii, qui plus dubitat, quam oportet, & habent conscientiam scrupulosam, tenenda est tamen priusquam ille scrupulus deponatur. extra de simo cap. per tuas 2. Anchar. in distin. cap. & si quæstiones nume. 2. Non tamen quis propterea propria tenetur auctoritate deponere, sed ad consi-
5 lium † superioris, cuius consilio illam deponere debet, ita Marian. Soc. in d. cap. inquisitioni numer. 5. Est & alia conscientia erronea, de qua per D. Ant. in cap. ad aures de æta. & qualit. & hæc tripliciter
6 errare potest. † Primo si indifferentia iudicet esse præcepta, vel prohibita: Secundo econuerso præcepta, vel prohibitiones iudicet esse indifferentia. Tertio si iudicet præcepta esse prohibitiones, vel econtra. In primo casu non excusat, sed condemnat venientem contra conscientiam erroneam, nisi eam deponat. Quapropter si conscientia erronea dictat aliquod indifferens esse præceptum, v. g. leuare festucam esse peccatum mortale & ille leuaret festucam, esset pecca-
7 tum mortale, † nisi prius illam deponat,

nat, imo dixit Abbas in c. per tuas nume. 4. extra de simo. & in d. cap. & si quæstiones, quòd etiam veniens contra conscientiam
8 scrupulosam, ædificat ad gehennam, † hoc est committit peccatum mortale, propter quod punietur pęna gehennæ, idest ignis æterni, & dicitur ædificare ad gehennam, quia videtur sibi constituere ędificium ad
9 mortem æternam, & dicitur gehenna, † secundum Archid. d. cap. deniq. locus ignis, & sulphuris, quem appellari putat a valle Idolis consecrata, quę est prope muros Hierusalem, impleta olim cadaueribus mortuorum, quia ibi olim Hæbrei filios suos immolabant combustos, quos vallis Geon appellatur, vel dicitur secundum aliquos a gæ, quod est terra, & enos habitare, inde gehenna habitatio terrę, quia Infernus dicitur secundum aliquos, esse in centro terræ, & isto modo est duplex. s. ignis, & frigoris, & hæc dicta sint contra nonnullos cōscientiam nimis scrupulosam, & erroneam habentes, & contra nonnullos abstinentes a iuramentis licitis, tanquam a peccatis. Item contra dubitantes in minimis, vt dixit Abbas in d. ca. & si quæstiones num. 2. nam tales ligantur, & peccant, quia con-
10 scientia erronea † causatur a ratione, per quam credit illud bonum, & ideo faciens contra conscientiam manente tali ratione contemnit, & sic peccat, ad hoc 21. quæst 3. §. cum ergo in fine. Ad euitādum ergo hoc peccatum, ne obligetur ad sequendam cōscientiam talem dixit Zaba. in d. cap inquisitioni circa finem, quod faciens secūdum
11 ipsam non excusatur a peccato, † quia si excusaretur, Iudei fuissent excusati, & alij, qui crucifixerunt Christum, & Apostolos, iuxta illud, venit hora, in qua qui vos interfecerit, arbitretur se obsequium præstare Deo 15. quęst. 1. in prin. Ioan Calder. in d. cap. per tuas, & ratio est, quia ille incidit in eam, vel voluntariè, vel ex negligentia, quia iuri Diuino, vel Canonico non credit, vel Doctoribus, vel Magistris, cum tamen ad hoc teneatur. d. cap. inquisitioni, & cap. per tuas, cum ergo hoc ex voluntaria ignorantia procedat non excusatur. 27. distinct. cap. vt itaque 11. quæst. 3. cap. excellentissimus. Quod si quis obijciat videri talem esso perplexum, cum faciendo contra cōscientiam erroneam peccet, idē, si facit secundum ipsam, quia respondetur quod sibi imputatur. Quia perplexus est non propriè: Sed quia vult, Ex quo non vult deponere errorem, & vno inconuenienti posito multa sequuntur. Est & alia
12 conscientia leuis puta si audiuit impedimentum consanguinitatis a leuibus personis & fortè a paucis, quibus credere non tenetur, argumen. extra de accusat. c. inquisitionis. §. fi. quia non omni spiritui est credendum: Hæc vero conscientia siue sit nimis scrupulosa, siue erronea, siue leuis est
13 deponenda † ad consilium, siue arbitrium pastoris proprij, vt habetur per tex. in d. c. inquisitioni, & ibi Host. & Maria. Socc. n. 1. proprius verò animarum pastor est, vel
14 Papa, † cui omnes sibi oues commissæ sūt, vel Episcopus, aut Parochus, & tādem omnis, qui propria auctoritate, vel delegata potest absoluere, vt dixit Host in cap officium, de offic archipresby. & in summa de pœnit & remiss. sub §. cui Patriarcha. Sed aduertendum, quòd tunc ista conscientia est deponenda ad arbitrium prudentis Cō-
15 fessarij, quando videt quòd pœnitens habet causam rationabilem illam deponendi, quæ sit fortior causæ, ob quam habebat conscientiam erroneam. Alioquin si causas haberet æquales ad habendam conscientiam prędictam. Satius esse relinquere pœnitentem in dubium, vt non deponat conscientiam, quam in partem minus tutam declinare, ita dixit Ioan. a Med. C. de conf. q 4 & nos in 1. par. decis. cap. 11. & nu 9. Ad hunc etiam modum dicimus, ꝙ quotiescunq. pęnitens confitetur peccatū, quod probabiliter dubitat mortale, & dici
16 tur dubium probabile, † quod non habet rationem magis ad vnam partē, quàm ad aliam, si dubietas deponi non pót. arg. tex. in c si quis de pęn. d. 7. & d. cap. per tuas, tenetur illud confiteri, sicut iacet in consciē
17 tia, † & ponere se iudicio Confessoris, cuius est discernere inter lepram, & lepram cap. 1. §. oportet de pæniten. dist. 6. an mortale sit, vel veniale, quia qui dubitat probabiliter de aliquo an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione durante, aliàs peccaret mortaliter, discrimini se committens. Sic etiam si dubitat vtrum

con-

consenserit, vel non, tunc debet confiteri sicut dubitans, & non sicut certus, aliàs mẽtiretur, ita dixit Palud. dist. 21. q. 2. Tertia conclusio de peccatis. At si Confessarius veretur mortale sit, nec ne, non debet iudicare illud esse mortale, nisi sit certus, ne inijciat laqueum, dicendo determinatè esse mortale, quod est dubium, & nec tene-
18 tur † de singulis auditis determinatè iudicare, quæ sint mortalia, vel non, nisi de quibus est clarum, sed non alia, de quibus sunt variæ opiniones, vel etiam ipse pęnitens nescit exprimere mentem suam circa assensum, vel moram peccati. Sed debet si dubitat de peccato an sit mortale, iniunge
19 re pęnitentiam, ac si esset † mortale, nam licet in alijs sit facienda benigna interpretatio, ne quis sit obligatus in dubio, ff. de act. & oblig. l. Arrianus, cap. ex literis extra de probat. tamen in obligationibus, quæ concernunt Deum, tutius est quem præsume-
20 re ligatum, quam solutum, † glosa singul. in c. vnico de scrut. in ord. facien. quia bonarum mentium est ibi etiam aliquo modo culpas agnoscere suas, vbi culpa nõ est. cap. ad eius d. 5. c. 2. de obser. ieiun. cap. veniens extra de presby. non bapti. sic & q̃nque propter ambiguum duplicitatis bonũ est alicui pęnitentiam iniungere, 23. q. 5. c. excommunicatorum, 34. q. 2. c. in lectum: Melius est enim quòd pęnitentiæ, & orationes, atq elecmosinæ abundent, quã deficiant, 33. q. 2. c. non æstimemus, sic in du-
21 bio quis præsumitur † irregularis in foro pęnitentiæ, quando imponenda est pęnitẽtia, quod intellige, quãdo dubium est probabile, vt quia consuluit peritiores, & res illa controuertitur in dubium, & ratio est, quia in eo foro tutior pars est eligenda, licet durior videatur, glosa in d. c. vnico, ca. ad audientiam extra de homic. Quandoq. etiam quis relinquitur conscientiæ suæ, 33. d. c. habuisse extra de iureiur. c. mulieri. Igitur in dubio pœnitens, debet acceptare pęnitentiam iniunctam a Confessario de peccato dubio, ac si esset mortale: quia bonarum mentium & c. licet hæc verba aliter exponi possint, si referãtur ad ipsummet peccatorem: Hoc est bonarum mentiũ est ibi, idest tunc culpas, hoc est pęnas suas in se agnoscere. i. timere, & credere esse, vbi culpa non est. i. licet quis sit iustus, tamen debet timere, ne aliquod mortale peccatum sit in eo, vnde Propheta ab occultis meis munda me Domine. Etenim licitum est cuilibet secundum Archid. in c. cum humilitatis, 22. q. 2. dicere se peccatorem dũ
23 tamen contrarium non credat, † sed necessarium est, quod non mentiatur: Hoc est contra mentem non attribuat sibi aliquod falsum. Quare nõ prohibetur quin aliquis non possit dicere se peccatorem, & hoc credere, d. 42. c. ante omnia. Vel bonarum mẽtium est ibi agnoscere culpas suas, non dico præsẽtes, sed præteritas, vbi culpa actualis nõ est. s. præsens. Hoc est, cum Deus alicui pęnam infligit, cognoscere hoc debet pro sua culpa saltem præterita hoc fieri, ad hoc de pen. 3. c. prima consultatio, notatur extra de obseruã. ieiun. c. 2. §. 2. Arch. in d. cap. ad eius. Ad eundem modum dicimus, quando conscientia dictat aliquod esse cõ-
24 tra legem Dei, & Prælatus † idem pręcipiat, tunc si clarum est illud esse contra pręceptum Dei, vt ipse nouit quid agat, tunc debet sapientiorem confessarium consulere, & secundum eius arbitrium facere, vel secundum quod habetur in d. c. inquisitioni quando scit pro certo quod, est contra legem Dei, non obediat, quia mortaliter peccat, sed potius patiatur excommunicationem Anchar. in d. c. inquisitioni num. 3. qui ponit exemplum. Si vero nõ scit pro certo, sed ex leui, & temeraria credulitate, tunc ad consilium, vel pręceptum confessoris deponat: At si habet credulitatem probabilem, & discretam, quamuis non manifestam, & euidentem, tunc propter obediẽtiam faciat quod sibi præcipitur, quia tene-
25 tur in tali dubio obedire, † & si errat, excusatur, quia habet probabilem ignorantiam c. Iulianus 11. q. 3. Nullatenus tamen hoc faciat propria auctoritate, quia non licet.

Conscientia scrupulosi qualiter pacanda, consulendus confeßarius. Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Conscientia alia bona, alia mala, & diuisiones.*

Con-

2 *Conscientia inquinata, seu perturbata quæ dicatur.*
3 *Scrupulus tripliciter capitur, quis dicatur, & vocetur, cum duobus num. seq.*
6 *Contra scrupulum agere licitum est, vtile, & quandoq. necessarium, nu. 8.*
7 *Scrupuli effectus mali, quando sunt leues.*
9 *Conscientia scrupulosa qualiter rationabiliter sit pacanda.*
10 *Contemptus scrupulorum qualis esse debeat.*
11 *Scrupulosus an possit agere contra scrupulos propria auctoritate.*

De multiplici denominatione consciētiæ latè habetur per Fratrem Antonium Cordubam lib. 3. de conscien. q. 3. columm. prima. ibi secundum, & per nos sup. cap. præced vbi alia est conscientia bona, & alia mala.
1 † Conscientia bona alia est pura licet propter exclusionē criminis, quia nullum crimē recognoscit rationabiliter. Eccles. 13. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, item est consciētia sincera, dicta ex simplicitate intentionis absque duplicitate cap. 10. apud Matt. Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lucidum erit. Item tranquilla, scilicet sine remorsu cōscientiæ, & sine inquietudine, & perturbatione scrupulorum. De quo Bernardus libro de consideratione, Quid dulcius, quietius, & suauius bona, & tranquilla conscientia. Item recta, quia dictat simpliciter ad rectam rationem simpliciter de quo in cap. præced per nos. Et conscientia mala diuiditur in conscientiā inquinatam, cauteriatā, seu læsam, perturbatam, seu inquinatā. Inquinata conscientia dicitur propter peccatum, quod cognoscitur propter prauam intentionem, & adustam igne malæ concupiscentiæ, 1. Tim. 4. sed conscientia inquinata, seu perturbata
2 † dicitur ex scrupulorum irrationabiliū aculeis inducentium ad peccatum, & non ad permanendum in bono, aut ex remorsu vermis conscientiæ eius, qui nullum remedium admittit, sed potius desperat propter peccata, & quia præsumit sæua super te ventura, antequam veniant, sicut fecit Caim Genes. 4. Qui antequam puniretur a Deo dixit. Ero vagus, & profugus de qua conscientia Sap. 7. semper præsumit sæua perturbata conscientia. Idest inquieta, quia videlicet inde nō permanet in bono, sed in malum iuit desperans, & extollitur contra Deum peccare non metuens, & cōtra eos affligendo, dum magis efficitur inquieta, & crudelis. Hæc vero inquieta conscientia deuenit ex scrupulis. Tripliciter vero capitur scrupulus † propriè, large,
3 & largissime, scrupulus vero propriè est motus leuis in intellectu sine vllo assensu ex leuibus motiuis regulariter ortus, vt dixit 3. p. de pusillanimitate spiritus, qui aliquando dicitur pusillanimitas leuis spiritus,
4 † & talis scrupulus dicitur formido leuissima mouens animum rationabiliter, vel irrationabiliter, non quidem ad dubitandum, sed ad leuissimè formidandū vel timendum, seu potius admirandum de illis motiuis ad oppositū eius, quò i credit, vel opinatur, ita quòd propter hæc nō desinit firmiter credere, vel opinari, vel etiam
5 scire. Sed scrupulus largè † capitur pro aliqua mediocri formidine, qui etiam dicitur leuis credulitas, vel suspicio, vt notatur in c. inquisitioni, extra de sent. excom. Archiep. Flor. in 2. par. sum. tit. 3. c 10. §. 9. Capitur etiam largissimè, & valdè impropriè pro magna formidine, quæ tenuissimum assensum opinatiuum secum compatitur de eodem. Cōtra scrupulos leues, seu propriè sumptos semper est licitum agere,
6 & sæpe vtile, † & aliquando necessarium. Circa primum ratio est, quia nulli se periculo exponit, Ex quo tales scrupuli sunt leues motus non obligantes ad illos sequendum, neque timendum, neq. ex hoc agitur contra conscientiam, quia talis scrupulus non est conscientia, neq. assensus, neq. cōtra aliquam legem obligantem, Imò & sæpè non est in potestate humana vitare hos scrupulos. Est etiam agere cōtra tales scrupulos leues, quia sæpè talis scrupulus impe
7 dit bonum aliquod, & est occasio mali, vt patet de eo, qui ex hoc scrupulo non communicat, vel non tam forti animo aggreditur bonum, quia facit inconstantem in bonum, tristem, turbatum, inquietum, & huiusmodi; Quod idem dicendum de scrupu

lo

lo largo modo, qui est dubium, & formido leuissima, Item est necessarium agere,
8 & contemnere, † & non curare de illo, quia talis scrupulus impedit bonum obligatorium aliquo modo, vel occasionaliter de propinquo inducit ad malum, quia facit hominem pusillanimem ad bonum, inhabilem, inquietum, turbatum, & tristem, & velut tempestas Aegypti consumit omne viride, quod reperit Exod. 9 & suo exẽplo alios inducit ad simile. Et tandem secũdum D. Bernardum parit perturbationẽ, perturbatio desperationem desperatio interitum Archiepiscop. Floren. 1. p. sum. tit. c. 10. §. 9. Sed contra scrupulum largissimè sumptum, qui est idem, quod dubium magnum agere neque licitum, neque vtile est. Vt dixit Corduba, qui supra q. 5. ibi cõtra scrupulum autem. Hæc autem consciẽtia scrupulosa qualiter rationabiliter sit pa
9 canda † Corduba eo. lib. 3. q 13. ponit quinque modos, de quibus habetur ibi; Sed inter cæteros ponit, quòd debet deponere conscientiam de consilio Sapientis, & vti prudenti arbitrio Confessarij ad pacandã suam conscientiam, & trãquillandum suũ animum, & primum persuadere ei debet quòd acquiescat suo dicto, cũ ipse in actu confessionis, qui gerat vicem Dei, & quod ipsi dicitur nõ vt homini, sed Deo dicitur, cap. sane de offic deleg. Et propterea si audit ipsum, audit Deum, & quod ipse aliud non quærit nisi dirigere animam eius in viam salutis, & quod obediendo Confessario nulli se periculo culpæ exponit, quamuis Confessarius erraret: Igitur eum admoneat, & persuadeat, vt existimet nullum esse peccatum mortale, nisi certo sciat, quando conscientia est nimium scrupulosa, Rursum admoneat, vt aliorum Sapiẽtum Consilijs acquiescat, qui si dicunt scrupulos contemnere, & agere contra illos, nihil sibi resistat, sed contemnat, quia sic fit homo robustior in via Dei, si agit contra scru
10 pulos, Debet tamen contemptus † ipse esse timoratus, & regulatus tum premio alterius prudentis, & præsertim confessarij cõsilio: Quod si scrupulosus non vult acquiescere dicto prudentis confessarij; tunc non admittat dubitationes, quando venit ad se causa dubitandi, & interrogandi excludat a se hominem, & si etiam opus sit, verbis ad id accommodatis absterreat. Rursus non permittat de scrupulis confiteri, & imperet ei, vt solummodo ea, quę manifestè peccata sunt, confiteatur, alioquin certè nunquam ex animo eius scrupulos euellet. Debet etiam Confessarius semper in mitiorẽ, & benignorem partem accipere, & interpretari, iuxta tex. in cap. estote de regu. iur. Azorius 1. p. instit. moral. lib 1 cap. 20. q. 7. Potest tamen scrupulosus secundum Syl-
11 uestrum in Verbo scrupulus † q. 3. quãdoque facere contra scrupulos propria auctoritate, quando habet probabilem, sufficientemq. rationem quod sic potest facere, & ipse est vir doctus, & ipse interrogatus sic alteri consulere in simili negotio, vt etiam nos diximus in Sermonib. Spirit in Dom. XLI. serm. 3. L. D. col. 3. quod qui victores plene effici desiderant contra scrupulos leues, ex aduerso ipsis se opponentes, vel in minimo nullo modo eis obtemperent.

Quanta requiratur scientia in Confeßario, reducenda videtur arbitrio boni viri. Cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Confessoris ob ignorantiam datur licentia pœnitentiali alteri confitendi.*
2 *Canones inhibẽtes ne alteri Sacerdoti quis confiteatur hodie non procedunt.*
3 *Scientia triplex reperitur, & mediocris sufficit in Confessario, & in quibus consistat.*
4 *Confessor mediocrem scientiam non habens an peccet, & an instituens eum magis peccet. nu. seq. & 6.*
7 *Scientia sufficiens reducenda est arbitrio boni viri: & quæ bonus vir considerare debeat. Et quis hodie videatur habere scientiam sufficientem nu. seq.*
9 *Scientia necessaria est vt noscatur in libris.*
10 *Scientiæ defectus qualiter probetur.*
11 *Scientiæ margarita reperitur per lectionis*

nenis exercitium.

12 *Scientiam ad acquirendam requiruntur libri.num.seq.*

14 *Scientiæ præfertur vita bona.*

ADeo in Cõfessario necessaria est sciẽtia, cum suscipiat curam animarũ, quæ est ars artium, vt si ipse sit imperitus, possit penitens ab ipso petere licentiam
1 † alteri confitendi perito. Quod si non vult illam dare, debet pęnitens adire episcopum, vel eius pęnitentiariũ, si commodè potest, quod si commodè non potest puto quod petita licentia, & non obtenta potest alteri confiteri, quia tunc iste censetur quò ad hoc non habere Sacerdotẽ proprium, cum sic imperitus Sacerdos pro nõ Sacerdote debeat reputari: Vnde propositum confitendi proprio Sacerdoti prodest tali pęnitenti in hoc casu: Ita de hoc habetur in cap. Sacerdos, & in cap. placuit de pœniten distin. 6. Vbi Turrecrem. adnotandum quamuis est Canones prædictos prohibentes ne alteri Sacerdoti quis con-
2 fiteatur † sine licentia proprij Sacerdotis, iuxta tex. in cap. omnis, extra de pœniten. & remiss. intelligi de Sacerdotibus, qui nullam auctoritatem ordinariam, vel delegatam habent, nam omnis talis est alienus. At Sacerdos habens ordinariam potestatem, sicut Papa, & Episcopi, atque Parochi, siue delegatam, sicut pęnitentiarii, & priuilegiati, vt sunt omnes non sũt alięni, sed proprij; & ideo non videtur plerunque hos canones hodie procedere. Sed quomodocunque sit omnes pro regula habent, quòd expositus ad confessionem debeat habere scientiam, qualem tamen in specie non exprimunt. Ideo tu dic, quòd cum triplex reperiatur scientia, eminens, mediocris, & sufficiens, secundũ Innocen. in cap. cum in cunctis extra de elect. non est necessaria Confessario eminens, vt subtiles quæstiones diffinire valeat, & in promptu respondeat, sed sufficit habere mediocrem, vt sciat examinare pœnitentis peccata, & negotia, in quib. fuit, et est implicitus, quamuis ad omnia nesciat respondere, modo in libris, & in summis casuum conscientiæ veritatem eorum sciat quærere, etiam si in promptu omnia non habeat. Ille autem dicitur eam habere qui scit ea, quæ spectant ad actum ipsum confitendi, qua propter discernere debet in cõmuni inter peccatum, & non peccatum, & peccata, quæ sint capitalia, & quę mortalia cõmunia, & quæ venialia ex genere, quia alia est iniungenda pœnitentia pro mortali, & alia pro veniali, & pro mortalibus alia, & alia secundum grauitatem eorum: Item in perplexis quæstionib. tenetur scire illas esse difficiles, & saltem si illas nescit resoluere, procedat in eis cum discretorum virorum consilio, vel canonum auctoritate. Tenetur etiam scire qui casus communiter reseruari solent a Summo Pontifice, & etiam a suo immediato superiore, & priusquam confessionem audire incipiat, hæc perquirere. Tenetur etiam scire ad quæ sua potestas potest se extendere, quia si ad aliquod genus peccati nõ potest extendere manum, necessarium est ei cognoscere, alioquin in periculum animæ suæ, & confitentium audit confessiones, &
4 Albertus Magnus putat, quòd hæc Confessarius nesciens peccat mortaliter, hoc tamẽ non extenderem ad confitentes, si credentes Confessarium habere facultatem absoluendi, quam non habet, ei confiterentur. Sequitur etiam Albertus Magnus qđ non solum Confessor hęc nesciens peccat, sed
5 cum instituens peccat adhuc plus quam ipse, & permittens institutum ministrare etiam mortaliter peccat, si sua interest talia prohibere, ita refert Turrecr in c. quem pęnitet de pęn. d. 1. & Plenius d. 6. in prin. n. 1. item si auditurus est clericos, debet ẽt scire casus, in quib. incurritur irregularitas; Tenetur etiam scire canones pęnitẽtiales, aliter vix nomen presbyteri obtinebit, d. 38 c. quæ Sacerdotib. & cap. nulli, Alioquin si ignorat id, quod sibi necessariũ est
6 ad suum munus, vel officium † rite exercendum peccat, quousq officium dimittat, facit tex. in c. non est sine culpa de regul. iur. in 6. l. illicitas §. pen. de offic. præsid. Tandem debet habere scientiã sufficientẽ, hoc est qđ sufficiẽter possit explere ea, q̃ necessario incumbunt officio suo, quæ quidem
7 sufficientia reducenda est † arbitrio boni viri, secundum Inno. in d. c. cum in cũctis

B qui

qui quidem loci qualitatem, vbi pęnitens viuit, & qualitatem negotii considerare debet, cap. in causis § fina. extra de electio. Hinc infertur quòd non omnis, qui est idoneus ad audiendam confessionem alicuius certæ personæ, vel in aliquo certo loco, est idoneus ad audiendam confessionem quorumuis aliorum, & in quocunque loco, quare in muro cinctis habiliores rectores, seu parochi poni debent, quam in non muro cinctis, & qui audit confessionem in aliquo vico, aut pago rusticorum, aut simplicium hominum non tanta eget scientia, quanta ille, qui audit in ciuitate, neque qui audit in ciuitate Mediterranea, quanta qui audit in ciuitate Maritima nec qui in Maritima tanta, quanta qui in vniuerso Regno. Nec qui audit in loco, vbi sunt multi viri literati, quos posset consulere, vt vbi nullus est. Quapropter cum tot, & tanta sint pensanda circa scientiam Confessarii videtur hoc arbitrarium ipsis Confessariis expositis ad examinandos promouendos ad Confessionem, vt discernant circa sufficientiam scientiæ, Dixit tamen Turrecrem. quòd in d. cap. quem pœnitet ex
8 Albert. quòd sciens † Sacerdos in communi, quæ sint capitalia, & quæ venialia ex genere, & quæ mortalia, talis scientia sufficiens est pro temporis huius necessitate ad confessiones audiendas: Notandum tamē est quòd non est necessaria, vt scientia me-
9 moriter habeatur, † sed noscatur in libro, Anan. in cap. fin. extra de æta. & qual. quæ non apprehenditur, nisi doceatur ab alio, vel nisi legerit libros pertinentes ad casus conscientiæ, & sic facit contra illos, qui addiscere volunt sine doctore, & sine libris, secundum Dom. Anton. in cap. fi. de æta. & qua. Quapropter qui vellet probare defectum scientiæ in Confessario, sufficit vt dicat, quòd nunquam intrauit scholas, nū-
10 quam audiuit doctorem, nunquam legit libros, vt ibi plene per eum, nam peritia acquiritur per instructionem, vt no. in clem. 1. de magist. & ratio est, quia anima est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictū secundum Phylosophum, vnde ad hoc, vt sit erudita, requiritur instructio. Vnde Saluator fuit prius audiens, & interrogans in medio Doctorum, & postea prædicare cœpit, sic etiam qui debet accipere prædicandi officium, 37. dist. §. ecce. Et alibi dicitur quod per lectionis exercitium reperitur
11 scientię † Margarita, extra de renun. cap. post translationē, vnde ex his arguit Lau. contra illos, qui credunt quadam curiositate per se plus addiscere, quam si a lectoribus docerentur, quod est vanum, cum sensus auditus aptior sit ad percipiendum, & memoriæ tradendum quod verbali voce traditur in scriptis, vel sine, quam visus, vel alius sensus, 43. distin. cap. sit Rector, & dicit Genzelli. quòd requiritur instructio proueniens a voce magistri, quia primo est tempus tacendi, postea loquendi. Ecclesiastici 23. & veritas prius tacendo addiscitur a magistro, & postea docetur, distin. 36 §. ecce versicu. Huic etiam Salomoni. Quare nota contra eos, qui putant discere sine doctore, contra quos inuenit sanct Hieronymus ad Rusticum, dicens, Non ingrediaris absque doctore viam quā nunquam ingressus es, 16. quæst. 1 capit. si clericus, sed notandum, quòd ad acquirendam scientiam requiruntur libri, vt nota. in d. clemen. 1. de magist. & dicit Laud. qđ parum valet scholaris absque libris, & multo minus doctor. Et idem intelligerem de Confessario, præsertim vbi non sunt periti, vnde versus. Haurit aquam cribris clericus idest scholaris absque libris: Ego vero crederem, quod quo ad scholarem expedit, vt paucis libris vacet: vt possit commendare memoriæ, quæ sunt opportuna, vt in textibus, & glosis habeat congruentem memoriam, sine qua frustra, quis laborat ad subtilitates, quas nō potest iure probare, sec. Doctor, & Confessor eget multis libris, & si fieri potest omnium, qui scripserunt, vt ex multis libris possit eligere meliora, & veriora, vel vltra conscripta aliquid per se
12 excogitare. Sed de hoc an expediat habere multos libros, vide per Oldra. consi. 84. vbi adducit auctoritates pro, & contra. Tandem tenet pro parte affirmatatiua. Ve-
13 rum adnotandum, quòd vita bona † præmittenda est scientiæ, vt ex ordine literæ notat tex. in cap. cum in cunctis, extra de elect. quia bona vita facit hominem beatum, scientia inflatum quandoque. Hinc Psalmista. Quia tu cognouisti literaturā,

introi-

introibo in potentias Domini. Bal. in d. ca. cum in cunctis. num. 12.

Non integrè confiteri quandoque arbitrarium. Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri integrè est de necessitate confessionis fallit num. 6.*
2 *Confiteri non integrè quandoque arbitrarium. nu. 5.*
3 *Confessio generalis licita est, & fructuosa, quare. nu. 4.*
7 *Confessarius quandoq. debet interrogare de culpis grauioribus.*
8 *Confessionis diuidendæ est impossibilitas procedens à natura.*
9 *Interrogationes, quæ dimittendæ in articulo mortis, videtur arbitrarium.*
10 *Contritio per Sacramentalem absolutionem potest fieri ex attrito.*

NVlli dubium est, vt habetur in nostris decisionibus par. 1. & in appendice, & secundum D. Thomam quodl. 1. q. 6. quòd est de necessitate confessionis, vt quis omnia peccata confiteatur. Quæ post diligentem discussionem memoriter ha-
1 bet, † iuxta tex. in ca. omnis, verbo omnia, extra de pœn. & remiss. Quod si non facit, non est confessio, sed confessionis simulatio. De hac integritate confessionis, & quare integra debet esse confessio, latè diximus in append. lib. 1. c. 6. per totum. Arbitrariũ tamen est nonnunquam Confessario non
2 integram † audire confessionem, vt quãdo quis cõfessionem generalem omnium suorum peccatorum facere vellet, quia tunc posset quædam hodie cõfiteri, & cras alia, & deinde alia, & sic per hebdomadam, & iste talis nunquam dicetur dimidiare confessionem, quia fertur intentio ad vnam faciendam absolutionem. Rursus poterit pęnitens in casu confessionis generalis faciẽdæ hodie partem peccatorum confiteri, & ab illis absolui, & cras aliam partem, & iterum absolui, quæ quidem generalis cõfes-
3 sio licita est, † tum ex communi Doctorum, & Sanctorum sententia, qui commendant peccatorem sua peccata etiam prius cõfessa frequenter, & pluribus sua peccata confitentem, vt patet ex c. quem pęnitet, de pęnit. d. 1. quod procedit de confessione Sacramentali reiterata: Tum etiã, quia apud Religiosos simul, & apud alios viros deuotos & Deum timentes approbatur communiter, & commendatur consuetudo, qua solent multi, vel in sæculo manentes, vel religionem ingredientes confessionem totius vitæ repetere, & ab omnibus simul absolutionem recipere, quæ quidem confes-
4 sio fructuosa est † ex opere operantis ratione humilitatis ipsius peccatoris, & ratione reiteratæ contritionis, & ratione verecundiæ, quam in ipsa peccatorum confessione, quæ maxima pars est satisfactionis, d. cap. quem pęnitet, & ratione consilii, & correctionis, quam ei Confessor potest exhibere. Præterea in articulo mortis euidenti, & certo moraliter in arbitrio est confessoris non integram audire confessionem, & absoluere, imo nonnunquam male faceret, si
5 integram audire vellet, si cerneret probabile periculum infirmi, quòd decederet
6 absque absolutione, † (exempli gratia) laborans in extremis vocare facit Sacerdotem, interim dum venit obmutescit, tunc attendat Confessarius, vt interroget pęnitentẽ de his, quæ verisimile est cõmisisse, & tunc si gestu, vel nutu aliquod exprimit peccatum absoluere potest, alioquin nullo modo licet, vt habetur per nos in 1. par. decis. ca. 26. num. 25. & ita hoc casu arbitrarium est Sacerdoti vnum audire peccatum, vel plura, vt absolutionem impendere valeat. Sic in interrogationibus faciendis, quãdo periculum est in mora, vt infirmus moriatur, tunc prudentis est Confessarii quasdã
7 culpas leuiores pretermittere, † sed interrogare debet, de culpis grauioribus, & tunc demum (si tempus patitur) deuenire ad minutiora, quod si non patitur, sufficit vt sacramentaliter possit absolui, quòd aliquod peccatum explicet in specie, vel saltem veniale. Nam si causa aliqua est diuidendæ confessionis, nulla maior esse potest, quam
8 impossibilitas, † quæ a natura procedit. At quando infirmus sit in tali statu, quòd non

omnia confiteri possit, vel quæ interrogationes sint dimittendæ certa regula dari non potest, & ideo id videtur arbitrarium, & consequenter remittendum prudenti arbitrio Confessarij, † qui in huiusmodi casibus nullo pacto ex defectum nō integræ confessionis debet pœnitentem non absoluere, sed habita materia absoluat, nam sic posset fieri ex solo attrito per sacramentalem absolutionem contritus: Quod maxime confert ipsi pęnitenti, nam contritio, † per se absque Sacramento suscepto in re, sed tantum in voto est causa remissionis peccati mortalis, & gratiæ cōseruationis, & si statim moritur homo, causa est salutis æternæ; At vero attritio nulla per se est sufficiēs causa remissionis peccati mortalis, quamuis sit cum voto Sacramenti. Imo qui in peccato existens cum sola recederet attritione absque Sacramento damnaretur, Franciscus Tol. lib. 3. instr. Sacerdo. cap. 4.

9

10

Confiteri crebro eadem peccata, remittendum videtur arbitrio Confessarij.

Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Confessionis conditio est, vt sit frequens.*

2 *Confessio secunda, & tertia de eisdem peccatis multum est vtilis.*

3 *Peccata quando bonum est reiterare.*

4 *Confessarij quando nullam, vel leuem pœnitentiam iniungere debeant.*

5 *Confessio legitimè facta non est necessario reiteranda.*

6 *Repetere eadem peccata quando sit vtile, videtur arbitrarium.*

7 *Confessarius quandoque pœnitenti debet præcipere, vt scrupulis non obediat, & nec confessionem repetat. nu. 9.*

Confessiones generales non sunt pro libito faciendæ, sed quando, vide nu. 8.

1 Licet vna ex conditionibus appositis † ipsi confessioni sit, vt sit frequens, quod sic secundum Doctores intelligi potest, vt eadem peccata integre diuersis presbyteris confiteatur secundum Consilium Augustini in cap. quem pęnitet, de pęniten. distin. 1. nam quanto quis pluribus Sacerdotibus sub spe veniæ turpitudinem sui criminis confitetur, tanto facilius consequitur gratiam remissionis, quamuis in prima confessione si fuerit attritus habuerit plenam remissionem omnium peccatorum mortalium, valebit nihilominus secunda, & tertia confessio de eisdem peccatis, † si non ad remissionem culpæ, ex quo iam deleta est, tamen valebit ad remissionem pęnæ, tum ratione actus, qui de se bonus est, tum ratione erubescētię, Erubescentia enim partem habet remissionis, eo quod erubescentia auget dolorem de peccato. Vnde salubriter pręcepit Dominus, vt mundati a peccati lepra ostenderent se Sacerdotibus, vt per erubescentiam abundantior esset remissio, & gratiæ collatio, vt dixit Turrecrem. in d. cap. quem pænitet, in expositione literæ. Tum virtute clauium, & ad augmentum gratię, & aliquando ad remissionem pęnę, & aliquando ad nouam infusionem gratiæ, quando scilicet in pręsenti non fuit sufficienter cōtritus. Hinc tunc Sacramentum pęnitentiæ respectu eiusdem peccati reiterari debet, quando aduenit nouus † motus deuotionis vel noua erubescentia. Vnde per hūc motum posset toties recipi absolutio, quòd tota pęna remitteretur. Nec tamen dici potest peccatum remitti sine pęna, quia Christus substinuit pęnam pro peccatis nostris. Erubescentia enim, & labor in confitendo, & pænitendo est maxima pęna; Ita dixit Richard. 4. dist. 18 quęst. 2 articul. 4. Cauere tamen debet pęnitens ne a diuersis, quibus confitetur nimio onere pęnitentiæ obruatur: Contingit enim quòd quando multi ponunt sal in eodem cibo, cibus nimio sale destruitur. Vnde sufficit quòd alij Confessores pęnitentiam sibi iniunctam a primo confirment, dummodo sit discreta, † & si volunt, possunt desuper imponere aliquid facile, vt Pater noster, ita Summa Astens. libro 5. titulo 18. col. 3. Sed notandum, quòd si confessio legitimè facta sit, & pertinentia ad eam fuerint seruata, non

2

3

4

non oportet necessariò iterum confiteri q̃ aliàs quisque iterum confessus est, sed lin-
5 gua cordis, † & non carnis apud iudicem: verum ea iugiter confiteri debet, de pęnit. d. 1. §. his auctoritatibus: Imo nec tenetur obedire alicui pręcipienti sibi confiteri id, de quo est ritè confessus, quamuis confiteri eadem peccata bonum sit rationib. praecedentibus. Sed quia pęnitentes repetendo eadem peccata eidem Confessori vel diuersis nonnunquam ob nimiam scrupulositatem possent deuenire ad desipientiam ob maximam de re tristi cogitationem: Ideo in tali casu debent pœnitentes absoluti quiescere dicto docti Confessarij, quando debeant confiteri, vel non. Et ita hoc videtur arbitrarium; Etenim si aduertit
6 quòd pęnitens nimis sit scrupulosus, † & vult pluries confiteri peccatum, quia credit illum non esse confessum, vel non bene, quia omisit aliquam circunstantiam peccati, potest quidem prima vice, vel secunda admittere pęnitentem ad illud confitendum, praecipuè si conscientiam pœnitentis non nouit; At si aduertit illum esse scrupulosum nimis, nullo modo audiat, Imo quandoque praecipiat, vt nullatenus
7 scrupulis obediat, † firmiter credendo, q̃d confessus fuerit peccata illa, quae ipse dicit esse oblita, & pęnitens debet acquiescere iuxta iudicium pij, & docti Confessarij, & credere se cõfessum fuisse peccata illa, quae postea memoriae occurrunt, quae nescit an confessus fuerit, vel non, quia ob hoc nulli se periculo exponit, vt latè diximus in 7. p. decis. lib. 1 cap. 16. nu. 16. Quod etiam adnotandum est circa confessionum generalium repetitiones, quae non sunt pro libito
8 faciendae, sed arbitrio Confessarii, vt quando grauis causa interuenit, scilicet si se offerret grauit Confessarius, & doctus, cui hodie vult detegere vitam suam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno festo, & Iubileo, idque non singulis annis, sed rarissimè, nam si pro libito repeteretur, possent nonnullis esse causa multiplicandi scrupulos, & multorum malorum, imo nimium
9 scrupulosis, † qui nunquam acquiescũt potest iniungi pęnitentia, vt amplius peccata est confessionem non confiteantur, vt habetur in nostris decis. p. 1. c. 5. nu. 48.

Locus remotus quando dicatur ad finem, vt possit dari licentia a Vicario alteri a reseruatis absoluere, arbitrarium.

Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Absens propriè quis dicatur, & quis praesens. nu. 2.*

3 *Abesse verbum verificatur in absentia temporali, & perpetua, ita quòd mors, & absentia aequiparantur. nu. 4.*

5 *Praesens dicitur, qui manet in Ciuitate, ibiq. habet familiam.*

6 *Scolaris recedens rediturus habetur pro praesente.*

7 *Absens quando sit superior, cum non possit dari certa regula videtur arbitrariũ.*

8 *Superior quando dicatur in remotis, plures recitantur opiniones, sed est arbitrarium, num 9. vide num. 16 & 17.*

10 *Seruus non Christianus excommunicationis non est capax.*

11 *Seruus uerberans clericum an pro absolutione sit mittendus ad Sedem Apostolicam, versatur arbitrium Domini.*

12 *Satisfactio quae iniungenda quando seruus Romam non proficiscitur.*

13 *Seruus quare pro absolutione Romam nõ mittitur.*

14 *Accessus difficilis quando sit, videtur arbitrarium.*

15 *Res restituenda, quae fideliter transmitti non potest, quibus restituenda.*

16 *Eucharistia quando percipi potest absq. absolutione.*

DIximus in 1. p. dec. c. 13 nu. 78. ex Syluestro in verbo Confessor 3 nu. 5. q̃d licet Episcopus pro communi vtilitate reseruasset aliquem casũ, si Sacerdos viderit ĩ aliquo particulari nõ expedire saluti eius sed obesse, si remitteretur, põt absolui, mõ Superior agat in remotis, & periculũ sit in

 mora.

mora. Et ita intelligendus est Panormitanus in cap. quod dilecto, extra de consang. & affini. & in cap. at clerici, extra de iudic. Modo erit a nobis perscrutandum quando Superior sit in remotis. Quod idem est qn̄ dicatur absens, Vnde est adnotandū quòd in hoc sunt plures opiniones, Et primo,
1 quòd propriè absens dicitur, † qui non est in Ciuitate, ita Doct. notant in cap. vbi periculum §. 1. de elect. in 6. vbi in specie Gemin. ergo presens est, qui manet in ciuitate, vel in hortis, l. præsens, & l. qui in foro. ff. de procu. Iacob. Sbrozius de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 30. num. 12. & 15. Alibi habetur quòd absentem accipere debemus, qui non est eo loci, in quo petitur, ita tex. in l. absentem. ff. de verb. significa. glosa in l. si ideo ff. de euict. Ergo ille, qui est vsque ad continentiam vrbis, dicitur præsens, nisi latitaret, nam tunc absens diceretur, d. l. absentem, Ad hoc vide etiam Bald. in authen. de fideiuss. in rubr. num 15. Vbi dixit absentem esse, qui est extra territorium, ergo præsens, qui in territorio. Ioan. tamen de Rauenna secundum Bar. qui supra num. 15. reprehendit istam glosam, dicit enim territorium posse esse ita magnū, quòd debitor existens in territorio, reputaretur absens, Ideo dicit ipse. Ego intelligo
2 dici præsentem, † quando esset vel in ciuitate, vel in Suburbijs. At Zabar. in clem. 1. §. an deinde, de sepul. num. 2. dixit quòd propriè loquendo præsens dicitur, qui exhibetur sensibus, vt dicit ibi glosa secūdum Lapum, nam dicitur præsens, qui præsentibus positus est, facit quod not. 3. quæs. 9. cap. testes in glos. super eorum præsentia. Rursum dicitur absens, qui mortuus est. Ita notatur in cap. si delegatus de offic. deleg. in 6. & ita patet quòd verbum abesse
3 verificatur de absentia † temporali, & absentia perpetua, & naturali, vt notat ibi Gemin. nu. 2. idem dixit Dom. Cardinalis Zabar. in clem. vnic. de offic. vicar. nume. 19. quòd mors, & absentia Episcopi æquiparā tur, Quapropter vt capitulum, vel alius, in quem transfertur potestas iuxta tex. in ca. vnico de maiorita. & obedien. in 6. possunt Episcopo defuncto Vicarium constituere, ita & absente. Quod etiam notat Innocen. in ca. ad abolendam in fine, glosæ magnæ,
4 pro hoc quia mors, & absentia æquiparantur, quando requiritur presentia alicuius, extra de testi. ca. præsentiam in verbo qui. Ad idem est tex. in cap. vnico §. fin. ne sede vacante. Item absens dicitur in iudicio. qui non est præsens actui, puta receptioni testium, vel in constituendo procuratorem. Alibi dicitur quòd est præsens, qui manet in ciuitate, & dicitur manere in ciuitate,
5 quando ibi retinet † familiam suam, quamuis sit absens Ciuitate, vnde dixit Bar. in l. scimus C. de agric. & censi. lib. 11. quòd stā te statuto, vt absentes a ciuitate non gaudeant priuilegio ciuium, certè si quis est absens, & in ciuitate habet patrem, aut fratres supportantes onera ad eum spectantia, gaudet priuilegio ciuium, ita dixit Felinus in cap. quoniam frequenter, vt lite non contesta. Sic absens dicitur qui recedit, & non est rediturus, ergo recedens habetur pro præsente, qui rediturus est, vnde scholaris, qui finito libro recedit reditu
6 rus in hieme habetur pro præsente; ita habetur per Bald. in authen habita ibi quòd scholari, C. ne filius pro patre. Dom. Anto. in capit. quoniam, vt lite non contesta. Ad hæc vide quæ diximus in 1. par. consil. extra de senten. excommu. consi. 3. nume. 22. Alij vero vt Abbas, & Felin. in d. cap. quoniam, dicunt quòd quando superior fit
7 absens, cum non possit † dari certa doctrina ob plures opiniones hoc relinquēdum est arbitrio boni viri: Sic in remotis quan-
8 do quis dicatur esse, † inuenio plures opiniones, nam alij dicunt, quando superior est absens. Alii verò quòd statur consuetudini, quando distantia dicatur modica, vel remota, aut valdè remota, vt dixit Io. de Imola. in cap. nihil est, extra de electio. Alii verò dicunt superiorem tunc dici esse in remotis, quando esset citra, vel vltra montes, per tex. in dict. cap. nihil. Sed hoc reprobatur per glosam in cap. 3. verbo remotis, extra de tempo. ordin. lib. 6. quòd solū talis locus dicatur remotus, quia aliud est dicere valde remoti, & aliud remoti, sicut nos diximus in 1. par. decis. capit. 13. numero 79. Vnde alij dicunt quòd remoti dicuntur extra prouintiam, vt C. de præscrip. 10. vel 20. anno. l. fina. vel vltra duas dietas, capitulo nonnulli extra de

re-

rescrip. vel vltra vnam, vt per glosam in cap. statutum eod. titu. Alij quando in breui non potest haberi recursus ad superiorem, cap. romana de offic. ordin. in 6. Veri-
9 tas tamen est, quòd est arbitrarium † ita tenet glosa in cap. 3. de tempor. ordin. lib. 6. & glosa vbi Doct. & Zabarel. in clemen. causam versicu. ex remotis extra de elect. vnde cum hoc non sit iure expressum, arbitrabitur bonus vir, vt patet in eo, quod legitur, & notatur in cap. de causis, extra de transact. l. 1. ff. de iure deliber. ff. de verbo. obliga. l. continuus, §. cum ita, Archidiach. in cap. fina. de testamen. in 6. Hinc
10 plura inferuntur, quod vt seruus Christianus (qui alias non est capax excommunicationis) verberans clericum non mittatur ad curiam, requiritur quòd remotus sit nimis a Sede Apostolica, hoc autem arbitrabitur bonus vir, d. cap. de causis, & in hoc arbitrabitur conditio domini: Quid
11 enim si dominus paupertate nimia † grauaretur, vel grauissima infirmitate laboraret, & non inueniret alium, qui custodiret. Quapropter nec posset forte seruo vno die carere, ff. ad syllan. l. si quis in graui, primo responso, & quod not. de tempo. ordin. cap. cum nullus §. pen. lib. 6. certè tunc prouidendum esset, ita Hostien. Dom. Anton. & Ancharan. in d. cap. relatum, vt Romam non vadat, sed ipsi
12 iniungatur satisfactio † in recompensationem laboris accedendi Romam: Et erit ista satisfactio in ieiuniis, pœnitentia, & disciplina, non tamen in eleemosinis, & pecunia, cum proprio careant, instit. per quas person. nob. acquir. §. item nobis, & ratio, quare seruus pro absolutione ad curiam non mittitur, est quia Dominus, qui non fuit in culpa ex hoc graue damnum incurreret, graue verò quando di-
13 catur, vel modicum † arbitrio boni viri committitur Ioann. Andr. in dicto capitulo relatum verbo poterit. Rursus infertur quando restitutio facienda est domino, vt quia scitur, sed dominus est in remotis, & difficilis ad eum est accessus, vnde non potest fieri sine periculo, & scandalo, tali casu non potest fieri pauperibus:
14 At quando sit difficilis accessus, † hoc videtur arbitrarium, de hoc vide in 1. parte decisione libro 3. capitulo 127. numero 12. sic si creditor ita esset absens, vt faciliter atque fideliter res; quæ restituenda esset,
15 transmitti ad eum non posset, & res esset parui valoris, vel quid modicum respectu eius, cui debetur, vel si sumptus excedunt summam rei, vel æquiparent: Imò si parum deficerent respectu eius, cui debetur, possit dari eius propinquis pauperib. vel pauperi cęnobio cum pacto, imò sine vt veniente domino ei restituatur, si res seruari posset, D. Thom. 2. 2. quæst. 62 artl. 5. ad tertium, Sylue. in verbo restitutio, 4. quæst. 4. Sotus de iust. & iur lib. 4. quæst. 7. artic. 1. Hæc autem scientia, quando dicatur, quia certa regula tradi non potest, videtur arbitraria Vltimo quando prior propter absentiam Prælati possit dare licentiā alicui pro casibus reseruatis, scilicet quando esset in remotis, de quo verbo loquitur tex in cap. quamuis de procura. lib. 6. & in cap. Romana de offic. ordin. & in cap. fin. de testib. in 6. hoc videtur remitti posse ar-
16 bitrio † boni viri Confessarii. Quid enim si pœnitens tunc confitetur, quando superior esset extra monasterium fortè in ciuitate, & periculum esset in mora, nam si pęnitens nō accedit ad communionem cum aliis, scandalizantur alii, & ipse occasio est se detegendi, contra regulam, quòd nemo tenetur seipsum prodere, & si Confessarius vult accedere ad superiorem, fit communio, nam tali casu etiam si superior esset in monasterio, & latitaret, vel etiam si non latitaret, tamen in tali angustia tēporis pœnitens intrinseco dolore cordis motus non in fraudem petit Confessarium, ex eo, quia non potest haberi superior absque graui nota pœnitentis, tunc superior videtur absens, & quod si superior recedit a monasterio, ita quòd per multos dies non sit rediturus, & prior non concessis, eo quia non habet casus reseruatos, & tunc videtur huiusmodi casibus superiorem esse absentem, & pęnitentem facta confessione integra cum contritio-
17 ne † posse accedere ad sanctissimam Eucharistiam ad euitandum scandalum, non tamen absolui, cum Confessarius, non habeat potestatem absoluendi a casibus reseruatis cum proposito, quam primum

nactus fuerit occasionem adeundi superiorem, petere licentiam, & faciat se absolue-re. Sed quid si pænitens hodie accedit ad Confessarium cum casu reseruato, & post sex, vel octo dies est facienda communio, tunc superior licet sit extra monasterium, vel ciuitatem, tunc non potest Confessarius illum absoluere, si potest haberi copia Sacerdotis, nam eo casu superior non dicitur absens: Et sic an sit absens, vel præsens videtur relinquendum arbitrio prudentis Confessarii, vt secundum diuersas occurrentias id iudicet, & arbitretur. Item quid si superior est absens, ita quòd in breui nō est reuersurus, vt quia accessit ad capitulū generale, vel fuit effectus visitator, ita qđ per multos menses non est reuersurus, tūc tali casu arbitrarer posse eius vicem gerentem dare facultatem absoluendi a casibus reseruatis, quia talis absentia æquiparatur morti, & vt mortuo Abbate remanet potestas apud eius vicem gerentem, ita per longam absentiam, argum. tex. in cap. vnic. extra de maior. & obed. Quare ex his omnibus clarè patet esse arbitrarium perpensis circunstantiis quando aliquis sit in remotis ad finem dandi licentiam, vt possit absolui a casibus reseruatis.

Casus qui reseruandi, arbitrarium. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Delicta atrociora a quibus absolui debeant.*

2 *Litigare quis non cogitur in casibus maioribus coram inferiore.*

3 *Reseruatio casus est iuxta ius naturæ, & diuinum.*

4 *Delegatus ab Episcopo non habet iurisdictionem ordinariam quod secus in parocho, num. 5.*

6 *Reseruationis casuum tantus potest esse abusus, quòd Curati obedire non teneãtur, Idem an sit dicendum de mendicantibus, num. 7.*

8 *Videbitur verbum intelligitur de arbitrio regulato, nu. 9.*

10 *Episcopus vt potest casus reseruare, sic & potest alterare, vel minuere.*

11 *Vicarius Episcopi an possit casus reseruare, vel tollere.*

1 CVm atrociora, & grauiora peccata † nō a quibusuis, sed a Summis Sacerdotibus absolui debeant, vt dixit Sot. in 4. sent. d. 18. q. 2. art. 5. quod idem habetur in foro iudicii, vt in c. dilectus in fine extra de appel. Vbi in causis maiorib. quis nō cogitur
2 litigare coram inferiore, quia reseruantur Summo Pontifici, c. quod translationē extra de offic. lega. c. quamuis de elect. in 6. c. maiores extra de bapt. & habetur in Cōc. Tri. sess. 14. c. 7. Sic in foro conscientię, & in iudicio animæ maiores causæ maiores requirunt Iudices, hoc est summos Sacerdotes, qui sunt Episcopi, c. de his, iuncto c. seq. de consecra. d. 5. & talis reseruatio cum sit
3 iuxta ius naturæ, & diuinum † dicente Domino ad Moysen. Maiores, & difficiles quęstiones referetis ad Moysen. Exo. 28 & habetur in d. c. maiores, fieri potest tam respectu inferiorum, quàm curatorum, sed in hoc est differentia, quòd delegatio ab Epis-
4 copis ad confessiones audiendas cum per se non habeant iurisdictionem ordinariam audiendi, & absoluendi, possunt eis, vt sibi libuerit, Casus reseruare, quod nō sic est in Curatis dicendum, cum iurisdictionē habeant ordinariam nō ab Episcopis, sed a iu-
5 re diuino, † & nisi impediantur, ab omnib. possunt peccatis absoluere, possunt quidē casus reseruare ad libitū, sed tale arbitrium debet multo magis esse regulatū, quam in non curatis, vt talis casus reseruatio fiat ad bonum publicum, & in ædificationē, & nō in destructionē moderatè, Etenim talis posset esse abusus reseruationis, quod Curati, hoc est Parochi non tenerentur superiori obedire, sed eo inconsulto possint a reser-
6 uatis absoluere † vt nos diximus in 1. p. dec. in cap. 13. de potest. Confess. & quod diximus de Curatis: Idem extende ad mendicantes, cum eandem habeant facultatem absoluendi, quam Presbyteri Parochiales
7 † secundum glosam notabilem in clemen. Dudum. verbo concessa de sepult. vnde ad euitandum ne Episcopi minutiores ēt casus reseruent, Clemens Summus Pontifex

VIII.

VIII. posuit modum obseruandum ab Episcopis in casuum reseruatione, vt habetur per literas Sacræ Congregationis ad Illustrissimum Dominum Cardinalem, & Archiepiscopum Neapolitanum, quæ incipiunt Illustrissime; & Reuerendissime Domine die 24. mensis Decembris 1601. vt habetur in nostra praxi casuum reseru. libro 1. capit. 3. Quod idem prouidit quo ad regularium superiores volens, vt nemo ex regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet exceptis vndecim casibus, vel alio peccato graui pro religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate, vt sibi videbitur, vt habetur per nos libr. 3. in eadem praxi in princip. Vbi nota, quòd dum dicit videbitur, intelligitur, quod Superior debet habere
8 arbitrium regulatum, † hoc est arbitrari non ex proprio capite, & sine ratione, sed arbitrio boni viri, vt prospiciat bono communi, vt seruet Concilium Tridentinum, facit glosa formalis in leg. diem proferre. §. stari in glosa. 1. ff. de arbitr. Vbi habetur, quòd standum est sententiæ arbitri, modo non sit contra leges, vel constitutiones sacras Innocen. in capitul. 1. extra de constitution. Et quòd verbum
9 videtur denotet arbitrium † regulatum, facit quod idem est videbitur, ac pro suæ voluntatis arbitrio, à simili est tex. in cap. cum venerabilis versic. pro suæ voluntatis arbitrio, extra de except. & ibi per tex. in leg. si libertus ita, & in leg. quod nisi, ff. de oper. libert. vt scilicet fiat casus reseruatio ex aliqua causa rationabili, vt quoties in illa ciuitate esset aliquod delictum graue frequentissimum, vel coniectura maximè verisimile timetur, facit quod dixit Couarr. in capitul. alma mater. §. 10. numer. 1. de senten. excommun. Igitur ex his clarè patet, quòd casus, qui sunt reseruandi est arbitrarium, vt habetur per nostram appendicem ad decis. libr. 1. cap. 7. numer. 20. & in prax. casuum reseru. cap. 2. lib 1. num. 8. in fine. Quod idem extende quo ad alterationem, nā sicut Episcopus (vt sibi libuerit) potest
10 reseruare, sic illos poterit alterare, vel tollere, arguendo à correlatiuis, reg. leg. fin. C. de indicta viduit. toll. An vero Vicarius Episcopi possit casus reseruare, tollere, vel alterare: Diximus quòd non, vt habetur in 4. par. consil. lib. 1. de offic. Vicar. consil. 2. numer 9. vbi diximus quòd non, nisi ex aliqua Episcopi commissione expressa, vel tacita ipso permittente fiant, facit tex. in c. ecce dist. 95. vbi potest presbyter Episcopum benedicere in Missa, eo ipso, quòd scit, & tacet, quia videtur tacitè consentire.

Licentia quoties petenda quo ad casus reseruatos videtur arbitrarium. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Licentia super casus reseruatos sit à Prælato concedendas.*
2 *Prælati malè faciunt dum sunt nimis sollециti scire conscientias subditorum.*
3 *Causæ multiplices esse possunt ob quas Prælati difficiles sunt ad concedendos casus reseruatos.*
4 *Casus quādoq; possūt delegari, fallit, n. 5.*
6 *Licentia super casus reseruatos quoties petenda, vide nu. 7. vbi videtur arbitrariū.*
8 *Monitio vnica, vel trina requiritur.*

Licentia quid, ut unde dicatur, & quot modis sumatur, diximus in 1. par. consil. de offic. Vicar. cons. 2. num. 1 & 2. supe
1 rest modo, vt consideremus an † licentia petita super casus reseruatos sit concedenda à Prælato reseruante: Hoc est an Prælatus debeat faciliter concedere licentiam subdito, ut possit alteri confiteri non habenti facultatem absoluendi à prædictis casibus, & absolui. Diuus Thomas 4. sent. dist. 17 q. 2. art 6. dixit. Quia multi sunt adeo infirmi, quòd potius sine confessione decederent, quam confiterentur Prælato, unde illi, qui sunt nimis solliciti, ut cō-
2 scientias subditorum sciant, † multis laqueos damnationis inijciunt, & consequēter sibi ipsis, Quapropter si subditus secundū Host in sum. de pœnit. & remiss. §. cui confitēdū aliquā latentem causam habent non confitendi Prælato, licentiam ei nullatenus deneget, sed concedat, ne confessionis iugum de se suaue durius appareat.

Causæ

Causæ vero ob quas Prælatus possit reddi
3 difficilis ad concedendum † multiplices es-
se possunt: Quid enim si Cõfessor, qui pro
pœnitente eam petit, laboret infamia, su-
spectus esset de incontinentia, & casus re-
seruatus est opus carnis, & pœnitens est a-
dolescens vel esset ignarus, & imperi-
tus, vel bona fide constaret pœnitente
nequiter talem facultatem petere, vt oc-
casionem capiat persistendi in peccatis,
aut frequentior esset recidiuatio, vel Præ-
latus verisimiliter se contemni præsumat,
faciat pœnitens ad euitandam confessio-
nis erebuscentiam, tunc enim in his, & si-
milibus causis, quæ ipsorum arbitrio vide-
4 tur relinqui † possunt Prælati illam de-
negare: At quãdo aliquis perseueret in pe-
titione, tunc debet illam cõcedere, vt quia
5 periculum esset in mora, † quia necessitas
communionis imminẽtis, & scandalum es-
set, nisi pœnitens Sanctissimam Euchari-
stiam perciperet, si tamen Prælatus persi-
steret negando, tunc secundum glosam in
clem. Dudum, § si vero videtur, quòd sit
petendũ vsque tertio, sic glosa in cap. om-
nes decimæ 17. q. 7. dicit quòd trina admo
nitio debet præcedere vindictam, ad hoc
12. q. 2. ca. indigne, hoc est pœnam anathe
matis, sic exponit Gemin. ibi, & si monitus
non restituerit, debet excõmunicari, 24.
q. 2. c. si habes tanquã contumax, & incor-
rigibilis, facit tex in c. sacro c. cõstitutionẽ
de senten excom. in 6 vbi Gemin. etiam in
c. nisi forsan de elect. in 6. Ita tamen vt fit
aliquod interuallum inter primam, secun-
dam, & tertiam, facit tex. in extrau. inter
cunctas de priuileg. Debet enim petens li-
6 centiam aliquo tẽpore expectare, † ne vi-
deatur superbe agere cũ Prælato, pro hoc
extra de elect. cap in veteri. Verum ego ar
bitror in casu nostro hoc esse remittẽdum
denti arbitrio Confessarij ad quem acces-
sit pœnitens habens casum reseruatum:
Quid enim si Prælatus audacter negaret.
& Prælati qualitas noscitur, quòd quan-
do negat, persistit in negatiua, tunc vide-
tur quod sufficit semel petijsse: quia in ma-
nifestis non est opus coniecturis: Quid ẽt,
si necessitas immineret, & periculum esset
in mora, glosa in c. nõ vos 23 quæst. 3. dicit
quòd bis debet admoneri excõicandus, ma
xime hæreticus, Alibi dicitur quòd semel, a-
libi quòd sepissimè 16. q. 7. c. conuenientib.
quandoque dicitur de trina admonitione,
verum de hoc articulo an sufficiat vnica
monitio, vel requiratur trina, vide Do-
ctores in capit. cum causa extra de offic. de
8 leg. Vbi Imola num. 7. dicit, quòd quæ-
dam est monitio, seu citatio iudicialis, se-
cundum glosam vbi Doct. Anton. in d. c.
cum causa, dicit quòd debet esse trina per
tex. in l. tres denuntiationes. Cod. quom.
& quando Iudex. Merè extraiudicialis v-
nica, per cap. si Episcopus distin. 18. Quasi
iudicialis, vt quando vnus Iudex requi-
rit alium, & tunc debet esse trina: Alij ve-
ro dicunt, vt Imola, quòd aut inferior re-
quirit Superiorem, cui debetur reuerentia,
& tunc trina requiritur requisitio. At
si Superior requirit inferiorem, vt Archie
piscopus suffraganeum ad concilium, &
tunc sufficit vnica, d. cap. si Episcopus. Aut
par requirit parem, & tunc glosa in dicto
cap. cum causa videtur velle quòd requi-
ratur trina. Gemin. in d. cap. si Episcopus
in fine dicit, quòd hæc Theorica non pla-
cet cum reuerentia, quia quando vnus Iu-
dex vocat alium, sufficit vna vocatio, glo-
sa d. cap. si Episcopus, & tenetur Iudex cõ-
parere, idem affirmat Archid. de offic. de-
leg. lib. 6. cap si contra vnum, vbi conclu-
dunt Doctores, quod glosa d cap. cum cau
sa in hoc non est vera, vnde dicit Gemin.
quòd ipse putat melius esse dicere, quòd
siue citatio, vel requisitio est extraiudicia-
lis, siue iudicialis semper sufficiat vnica,
nisi ius exprimeret, quod debeat esse trina,
& ita procedat c. cæteris, & ca. 1. de supp
neglig. prælat. & ista iura, quæ exprimunt
de trina requisitione, seu citatione.

Casus reseruatos facere videtur arbitrarium.
Cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *Casus qui reseruandi, certa regula tradi non potest.*
2 *Casus, quando dicantur reseruati in edificationem, & non in destructionem.*
3 *Reseruare casus pro libito quam malum.*

4 *Casus*

4 *Casus sunt reseruandi adhibitis viris pietate, atque doctrina præstantibus.*
5 *Constitutio an sit facienda cum consilio procerum, nu. 7.*
6 *Constitutio Principis facta cum consilio ipsi Principi adscribitur.*
7 *Casus reseruatio restringit potestatem Confessorum.*
8 *Confessoribus an detur facultas interpretandi casus reseruatos.*

CVm non possit iuxta glosam singularem certa regula tradi de casibus per Episcopum reseruandis, ideo hoc videtur
1 † arbitrarium, quod quidem arbitrium in hoc versari debet, vt iuxta varias locorum Ciuitatis, & Prouinciæ, ac personarũ qualitates, ac propensiones: Item habita ratione ad maiorem, vel minorem, quam habet Ciuitate, & Diœcesi idoneitatem, capacitatem, & eruditionem casus reseruentur plures, vel pauciores, vt fiat iuxta Concilium
2 Triden nõ in destructionem † sed in ædificationem, quod tunc fit quando resecata multitudine reseruet Episcopus quã paucissimos, eosque maximè necessarios, vt quoties cõtingeret aliquod delictum in aliqua vrbe vel Prouincia atrox valdè frequentari, vel quoties aliqđ crimen radicari coniectura maximè verisimili timetur, tunc poterit quidem Eps ad curanda talia delicta grauia, illa reseruare: Alias si pro voto Prælatus sibi casus reseruaret, & pręcipuè habentibus potestatem ordinariam,
3 vt sunt Curati, † esset ponere laqueum in via salutis, & esset reseruare non in ædificationem, sed in destructionem animarũ, quare facienda est reseruatio ex causa rationabili, alias sine ea, fit cum peccato, 12. quæst. 1. ca. peruenit, extra de offic. ordin. cap. cum ab ecclesiarum, vnde si prudens Confessarius interrogetur ab Episcopo quos casus debeat reseruare, respondeat, vt
4 reseruationem casum faciat adhibitis † aliquibus pietate, atque doctrina præstantibus viris, & ij reducantur ad quàm paucissimos, eosque maximè necessarios, vnde salutaris ille sequatur effectus, cuius, causa hæc reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique Diœcesi, tributa est auctoritas. Sic constitutio dicitur à cõ. quod est simul, quia simul cum consilio procerum legem facit Princeps. l. humanum. C. de legi cap. per venerabilem §. rationibus, extra qui filij sint legit. quæ licet fiat consilio procerum, tamen ipsi Princi-
6 pi adscribitur, sic constitutio facta à Papa cum consilio Cardinalium, & concilij, dicitur constitutio Papæ, & non concilii, ca. licet de euitanda, extra de elect. notat Abbas in cap. 1. extra de pact. Hoc tamẽ quod fiat de consilio procerum, est de consilio, & quadam humanitate per text. in d. l. humanum, ibi humanum, non tamen de ne-
7 cessitate, † vt patet per text. in c. constitutio dist. 2. & hæc est communis opinio, ꝙ solus Princeps potest constitutionem facere, Decius in ca. 1. extra de constit Ad hoc uide præpos in d. c constitutio, nu. 2. Vbi dicit quòd licet in his, quæ spectant ad officium suum possit Princeps solus statuere, & disponere, vbi tamen interesse populi uerteretur, & de rebus eorũ esset aliquod disponendum in eorum præiudicium, debet eorum requiri consensus iuxta doctrinam in c. quanto, extra de iureiu. Io. And. in c. 1. extra locati. Igitur quantum ad propositum cum reseruatio casus sit res multũ
8 ardua, quia restringit † potestatem traditam Sacerdotibus absoluendi à peccatis, cum in reseruatis ab Episcopo Sacerdos non dicatur habere ordinis executionem, cap. adiicimus, §. ecce 16 quæst. 1. fit, vt sit facienda cum consilio prudentum: An vero ii prudentes deputati ad faciendos casus reseruatos cum Episcopo, habeant fa-
9 cultatem interpretandi casum † dubium, & obscurum, diximus in nostra praxi libr. 1. capit. 4 num. 49 quòd non, & ratio est, quia functi sunt officio suo, arg. tex. in ca. in literis de offic. deleg. & in l. Iudex, ff. de re iudic. Sed ille facultatem habet interpretandi, qui & reseruandi iuxta Concil. Trident. sess. 14. cap 7 & capit. 15. vel etiã, quando reseruatio non esset valdè dubia, & obscura, potest etiam ipse Confessarius, cum quo vertitur dubium, nam cum causa in animæ iudicio vertatur coram eo, ipse cum sit Iudex spiritualis habet potestatẽ interpretandi, facit dictum Bartoli in leg. omnes populi, numero 36. de iust. & iur.

Hoc

Hoc autem an casus sit valdè dubius, vel non, videtur remittendum arbitrio suo. Debet tamen interpretatio esse iuri consona, & clara, Decius in cap. 1. col. 14. de constit.

Examinare præsentatos ad confessionem arbitrarium. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Necessarium in audiente confessiones sic in promouendis ad sacros ordines, nu. 2.*
3 *Examen cur non requiratur in Parochis.*
4 *Episcopus quos regulares; possit ad audientiam confessionum approbare.*
5 *Prælatus an possit auctoritatem confitendi subdito auferre.*
6 *Religiosi possunt confiteri religiosis alterius ordinis absque approbatione Episcopi.*
7 *Episcopus eligendo sibi Confeßorem, dicitur eligere approbatum.*
8 *Episcopus potest obligationem examinis remittere.*
9 *Scholaris, cuius scientia nota est, potest doctorari absque examine.*
10 *Notus de Idoneitate non examinatur fallit num. 11.*
12 *Idoneitatis in confessione sex qualitates requiruntur.*

HAbetur in Concilio Tridentino sess. 23. c. 15. nullum etiam regularem
1 posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, aut ad id idones reputari, nisi aut parochiale beneficium habuerit, quæ est prima approbatio, aut ab Episcopis per examen si illis videbitur necessarium, & hæc est Secunda approbatio, aut alias idoneus iudicetur, & hæc est tertia approbatio. Sic in promouendis ad sacros ordi-
2 nes examen, & scrutinium desideratur, vt virtus, morum honestas, & illorum sciẽtia apparere possit, & nec aliter sunt admittendi, ita, in Carthaginensi Concilio his verbis fuit statutum. Nullus ordinetur Clericus, nisi probatus vel examine Episcoporum, aut populari testimonio, & si quis presbyter, aut diaconos sine aliquo examine fuerint ordinati, a Clero sunt reppellendi, tex. in c. fin. 24. distinct. & in c. si quando. Petr. Rebuf. in pract benef. tit de cler. ad sacros ordines male primo, glos. 4. nu. 11. Nec solum hoc necessarium est in clericis secularibus, sed etiam in regularibus, quos ab Episcopo examinari, & approbari iussit Conc. Triden. sess. 23. cap. 12. de reformat. nec sufficeret suorum superiorũ fides, aut attestatio meritorum, priuilegijs quibuscũque quo ad hoc pœnitus exclusis, ita dixit Collect. ad text. vbi multa allegantur. in in cap. nullus distinct. 24. num. 2. vt constet an habeant sciẽtiam ad Ecclesiasticos ordines necessarium, sed modo plura sunt consideranda. Primo, quod approbatio sit iuxta Concilium præmisso examine, & hæc non est necessaria in Parochis, & Cu-
3 ratis, † quorum auctoritas non reuocatur. Vnde in eis non requiritur examen, nam eorum auctoritas est de iure diuino, Syluest. in verbo confessor 1. §. 10. & habetur per Concil. Triden. vbi supra. Secundo illos regulares solus potest Episcopus approbare, quos suus p̄latus, vel expresse, vel ta-
4 citè uirtualiter præsentauerit, † alias sunt iurisdictionis incapaces, quam ius dat, ut patet per clem. 5. in clemen. dudum §. statuimus de sepult. Vbi Zabar. nu. 11. An uero Episcopus possit regularem, quē semel approbauit, postea reprobare, uide per nos 2. tomo cons. lib. 5 de pœn & remiss cons. 1. Secunda difficultas. Tertio quòd potest Episcopus iusta causa interueniente,
5 & non aliter, iurisdictionem illam à subdito auferre, ut liquet ex dicta clem. dudum §. statuimus, quia secundum clarum intellectum Pontificis legislatoris, noluit prę iudicare obediẽtię Pręlati regulariũ, a quo omnes actus uoluntarij eorum talis conditionis, & status pendent, & hoc etiam si causæ occultæ sint. Aduertant hoc maximè regulares. Doctrina est ferè omnium, Medi. de confes. tract. 2. fol. 94. § si quis Syluestr. in uerbo Confessor 2. Archid. in c. placuit 6. q. 1. Quare Religiosi non debent confiteri nisi Prælato, uel alteri Religioso etiam alterius Religionis de licentia Prælati. c. omnis de pœnit. & remiss. quamuis

uis alter Religiosus nondum esset institutus Confessor secularium: nam quando Concilium Trident. præcipit ne Religiosus audiat confessiones secularium, nisi prius ab Episcopis idoneus iudicetur, intelligendum est de Sacerdotibus subditis Episcopo. Vnde cum Religiosi non sint subditi Episcopo, fit quòd eorum appro-
7 batio non requiritur. Quinto † Episcopus eligendo sibi confessarium, qui non est sibi subditus, vt exemptum, debet eligere approbatum, & admissum ad audiendas confessiones, vt latè diximus in 2. par. consi. li. 3. cons. 4. num. 11 & 12. de pœn. & remiss. Sextò posset Episcopus si vellet, & ita est arbitrarium, obligationem examinandi remittere, argument. tex. in d. c. 15. in Conc. Triden. ibi, si illi videbitur. facit tex. in ca. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. verbi gratia. Si essent religiosi laureati laurea magisterij, vel licentiati in Theologia, aut iure Canonico, tunc enim isti possunt absque examine admitti ab Episcopo ad audiendas confessiones, facit etiam tex. in c. constitutus, 2. extra de appellat. per quem textum Decius infert, quòd scholaris, cuius notitia nota est, posset doctorari absque
9 examine, † & ratio est, secundum Baldum ibi, quòd rei demonstratæ frustra fit demonstratio: Quod si aliqualis notitia habeatur de idoneitate, tunc debet fieri examinatio, sed facilior, & leuior, quàm de penitus ignotis approbandis, vt est tex. cũ glosa in clem. 2. §. præfatis itaque, verbo aliqualē de iureiur. Hinc ex his dixit Hugo ex glosa in c. nullus dist. 18. quòd notus de idoneitate non examinatur: Hinc in Curia Romana non examinantur, qui de curia assumuntur, & ita secũdum Præpos. in d. cap. nullus nu 2. quotidie prædicatur. Et ponit Archid. dist. 18. cap. fin. & hoc intellige verum secundũ Præpos. quãdo habetur notitia plena; quia si habetur aliqualis, tunc fit facilior, & leuior, vt supra diximus Non tamen sufficit notitia in communi conuersatione, nisi particularior notitia habeatur, vt quia composuit libros de casibus conscientiæ. Sic examen, quod faciendum est circa promouendos ad ordines sacros, potest ab Episcopo remitti, quando promouendus esset adeò probatæ vitæ, & spectatæ virtutis, & scientiæ, vt sic notus ab omnibus haberetur, nam tunc examen remitti posset absq; peccato, vt habetur per tex. & ibi glo. 24. dist. c. nullus. c. de Petro dist. 48. quia notorie notus examinari non debet, gl. in cle. vni. de iureiur. vbi Barba notat. Sic doctor in collatione beneficii, vel in receptione ordinum examinandus non est, ex quo notus promouendus est absq; examine glosa in verbo ignota in d. cap. de Petro, Decius in capitul. constitutis el 2. nume. 7 & Abbas num. 4. extra de appell. Iason in leg. 1. numer. 26. de liber. & posth. ob quam causam si Papa pro graduato scribat, nunquam mandat inquiri de idoneitate, nec illum examinari, secus in aliis, ex Rebuff. in praxi titul. de rescrip. in forma paup. pro graduat. numer. 3. sic neq; nominati ab vniuersitatibus examinari debent ab ordinario ex Cosma in pragm. sanctio titul. de collationib §. item quòd vniuersitas in glosa gradus. Rebuff. de priuil. schola priuil. 24. Namque vt dicunt Doctores graduatis, & vniuersitati, quæ ipsos iudicauit doctos, iniuria fieret, & præsertim si in famosa vniuersitate graduati sunt, ex quo maiorem scientiam præsumuntur habere, Ioan. de Anan. in rubr. de torneam. numer. 2. versic. ex secunda collige. Vnde quamuis absens præsentatus ad beneficium debeat infra tempus præsentari personaliter Ordinario habenti instituere, alias præsentatio euanescit, iuxta glosam in verbo præsentari in clem. Dudum de sepult. Abbas in capitul. cum Paratinus de appellat. Si tamen talis præsentatus absens graduatus sit, & ipsi ordinario notus, eius examen non ita præcipuè requiritur, collatioq; fieri potest absenti, ex Rebuff. titul. de collat. §. præfati ordinarii in glosa præsentationem pag. 119. fallit tamen
11 † hoc, quando pro forma actus requiritur præsentialis examinatio, quia tunc non requiritur, & non sufficit præsentatio, seu examinatio virtualis, sed requiritur personalis, ita Bald. in capitul. constitutis el 2. numer. 4. & Decius, numer. 7 extra de appellat. Hinc fit secundum Paulus Fuschius de visitationem num. 2.

cap.

cap. 5. num. 10. quod examen faciendum in Parochialibus beneficijs, cum sit de forma S. Concilij Trid. sess. 24. cap. 18. nullo modo potest omitti, etiam si promouendus sit notorie electus: Quod eadem ratione idem dicendũ est de Auditoribus Rotæ Romanæ quamuis ex optimis optimi, & docti eligantur, tamen geminato examini subijciuntur, vt dixit Decius in d. cap. cõstitutus, 2. num. 8. Nauar. in cap. si quando de rescrip. Et idem de scholari perito quãtumcunq; nota sit eius peritia, tamen non potest doctorari sine scientia, Deci. in d. cap. constitutis, num. 7 Iason in l. 1. num. 26. de liber. & posthu. Ex quibus omnibus concludendum videtur in casu nostro, quòd cum Concil. Triden. remittat examen Episcopo circa idoneitatẽ ad audiendas confessiones, dũ dicit, si sibi videbitur, quod dictum examẽ possit remitti, & non sit de forma. Quæ tamen idoneitas requiratur in Cõfessarijs ad audientiam confessionum, dic. ex glosa in clem. Dudum, §. statuimus de sepul. quòd sex qualitates requiruntur. Primò sufficientia, quæ notatur ex sollicitudine personæ, & scientia: Secundo quòd sit idoneus, & iuxta Hugonem idoneus est irreprehensibilis, aptus, vtilis, & quasi conformis cuilibet. Tertio requiritur, quòd sit vitæ probatæ, alias bonam vitam, & modestiam suadere non posset. 26. dist. cap. vna tantum. Vnde Bern. ad Eugenium probatos oportet eligi non probandos, cuius enim vita despicitur, necesse est vt eius vita condemnatur, 3 q. 7 §. porro in fine. Quarto quòd sit persona discreta, vt sciat soluere, & ligare, & misericordiam cũ rigore miscere, 45. d. c. disciplina, & cauta in q̃rendo modestia consistit in pudore, & tẽperantia cibi & potus, 36 dist. §. j. Sexto requiritur, quòd sit peritia, vt sciat discernere inter membrum, & membrum, leprã, & leprã, de pæn. d. 6 c. consideret: Ista sex requiruntur in personis ad tale officiũ eligendis, nam est ars artium, extra de æta. & qualit. cap. pen. si sic reperiatur idoneus poterit Episcopus si vult admittere ad audiendas confessiunes, si hæc Episcopo sint nota arbitrarium est Episcopo remittere examen.

Articulus mortis qualis dicatur. Arbitrarium. Cap. 15.

SVMMARIVM.

1 *Articulus mortis valdè est priuilegiatus.*
2 *Confiteri quando possit laico in articulo mortis.*
3 *Confiteri alterutrum peccata vestra expositio.*
4 *Confessio quæ fit laico, quare fiat.*
5 *Confessio laico facta non dicitur Sacramentalis.*
6 *Intellectus ad tex. in cap. sanctum de consecr. dist. 4.*
7 *Baptismus in articulo mortis à laico collatus differt a cõfessione per laicum facta.*
8 *Verba imperatiua in dubio intelliguntur præceptiuo.*
9 *Confessus, qui solum perfectè est attritus laico, an si moritur, sit in statu salutis.*
10 *Sacerdos an quilibet habeat claues Ecclesiæ.*
11 *Excommunicatus excommunicatione maiori an possit absoluere.*
12 *Interrogationes in articulo mortis à Confessario, vt facienda sint.*
13 *Pœnitentia, & interdictum conceditur pœnitenti in articulo mortis.*
14 *Nutrices Christianæ possunt baptizare infantulos in articulo mortis.*
15 *Absolutio in articulo mortis ab excommunicatione fieri potest, licet alias a b excõmunicato fieri nequeat.*
16 *Absolui ab excommunicatione in tali articulo quis potest.*
17 *Articulus mortis differt à periculo, remissiuè.*
18 *Exempla eorum qui sunt in articulo mortis, nu. seq. & 20.*
21 *Articulus mortis capitur dupliciter.*
22 *Articulus mortis quis dicatur, videtur arbitrarium, num. seq.*

Adeo

1 ADeo priuilegiatus est articulus mortis,† quòd multa conceduntur, quæ aliàs nõ concederentur, necessitas enim legi non est subiecta; Hinc in casu necessitatis vbi quis copiã Sacerdotis habere non potest, confiteri potest laico, non tamen
2 absolui,† quia non habet potestatem clauium, quæ data est Petro, & successoribus, ac consequenter etiam alijs Sacerdotibus, qui quo ad hoc sunt Petri successores; sed non laici, vt est expressum de pœnit. dist. 1. cap. quem pœnitet, & de pœnit. distinct 6. ca. qui vult. Et sic debet intelligi auctoritas Apostoli confitemini alterutrum peccata vestra; Etenim locum habet quando
3 non habetur copia Sacerdotis: Ita doctores notant in cap. Pastoralis, §. præterea, & præcipuè Zabar. quæst. 3. & imo. num. 13. extra de offic. ordin Quapropter cõfessio, quæ fit laico in tali mortis articulo, fit illi
4 non tanquam clauium potestatem habenti: Sed ad ostendendum, quòd per eum nõ stat quominus confiteatur Sacerdoti, sed ex eo, quia non poterat habere eius copiã, confiteatur laico, & ita ex hoc ostenditur contritio, quæ sola sufficit, etiam si nulli confiteatur, modo per ipsum non steterit quin cõfiteatur, Zabar. ibi. Hinc fit, quòd talis confessio facta laico non sit Sacramẽ-
5 talis, laicus audiens confessionem † non astringitur ad celationem per pœnam tex. in c. omnis extra de pœnit. & remiss. loquẽtis de Sacerdote, licet peccet mortaliter reuelãdo quod dictum ei fuit, quia illud est dictum sub sigillo secreti, & non sub sigillo confessionis, vt per Richar. in 4 sent. sic talis laicus productus in testem cogeretur id testificari per ea, quę dixit Felinus in c. si Sacerdos, extra de offic. ordin. vbi solus Sacerdos ea, quæ scit in confessione, scit vt Deus, Felyn in d. §. præterea, num 14. de offic. ordin. Rursus nullo modo debet absoluere, quod si absoluit, peccat mortaliter quamuis irregularitatem non contrahat:
6 Quod si quis obijciat ex † in cap. sanctum in verbo reconciliarent de consecr. dist. 4. vbi glosa dicit, quòd habet potestatẽ peccatorem raconciliandi, siue absoluendi in foro conscientiæ in necessiate, nam in nullo casu laicus habet claues Ecclesiæ, quæ solis presbyteris, seu Sacerdotibus sunt traditę, unde illa reconciliatio nõ est intelligenda Sacramentalis ex parte ipsius, cui fiebat cõfessio, cum solus Sacerdos in foro conscientiæ sacramentaliter absoluere possit, sed vt dicit D. Thomas in 4. dist. 17. in tali casu in faciente pœnitentiam quod in se est, intelligitur Summus Pontifex supplere. Vnde si talis periculum euaserit, tenetur Sacerdoti cõfiteri absoluendus, atque pœnitentiam iniungendo: quorum laicus neutrum facere potuit, qui claues non habuit, Palud distin. 20 q 1. Tertia conclusio. Hoc tamen non est de bapti-
7 smo † per laicum, Turrecr. in d. cap. sanctum Nam absolutio est solum impendenda a Sacerdote, ille enim solus habet Ecclesiæ claues: An vero liceat confiteri laico in tali articulo, Pisan. in verbo confessio 3. §. vtrum, dixit hoc esse de consilio, & non de precepto. Gemin. vero in c. vnum orarium §. criminis col. 2. dist 25. dicit hoc esse præcepti: Vbi explicando auctoritatem Bedæ super auctoritatem Iacobi. Confitemini &c. dicit. Grauiora Sacerdoti pandamus, sed grauiora incoequalib. sunt pandenda cum deest Sacerdos, & periculum vrget, dicit in verbo. Ad secundum quòd necessitate debet confiteri, alias non esset pœnitens, & probat per tex. in cap. quem pœnitet de pœnit dist. 1. & d. cap. qui vult:
8 qui loquuntur per verba imperatiua, quæ in dubio † debent intelligi præceptiua, Gemin. dist. 4. § fin. Ergo videtur, quòd sit præcepti, quòd laico cõfiteatur Sacerdote deficiente: At Felinus in d. § præterea dicit hanc opinionem esse tutiorem, sed primam benigniorem, & hanc videtur sequi, & amplecti ad euitandas multas absurditates, quas breuitatis causa omitto remittendo me ad ipsum, & hæc videtur opinio communis, quam tenent, Richar. Scotus, & Astens. lib. 5. tit. 3. art. 2 & Sylu. Sed an
9 confessus laico, qui erat solum attritus, perfectè, si moritur, sit in statu salutis: Dic quòd non cum attritus fiat contritus virtute confessionis Sacramentalis, quæ non est casu nostro, cum confessio, quæ fit laico, non sit talis: Verum adnotandum non quemlibet Sacerdotem habere cla-
10 ues Ecclesiæ: Sed solum Catholicum, † de pœnit. dist. 1. cap. verbum Dei, & cap quẽ

pœ-

pœnitet, quare in articulo mortis non est facienda confessio hæretico, aut schismatico, Quapropter Astens. lib. 5. ar. 14. q. 6. in summa dicit, quòd nullo modo quis debet confiteri eis de peccatis, sed de illis doleat, & quia tantum distulit confessionem, & bene confiteatur in corde Deo, & sufficit ei: Tales enim ponerent illum de facili in aliqua desperatione, & errore, sicut Pharisei Iudam, nam cum confiteretur eis peccatum suum Matt. 27. dixerunt: Quid ad nos tu videris de pœnit. dist. 6. cap. 1. Dixit. n. Astens. ibi, quòd nec in articulo mortis nullum debere confiteri excommunicato excommunicatione maiori, quia talis absoluere non potest, 24. q. 1 ca. audiuimus,
11 Nos tamen contrarium affirmauimus in 1. part. decis. l. 1. cap. 13. posse confiteri cuicunque presbytero non approbato, etiam suspenso, excommunicato, & irregulari, & quomodocunque ligato, dummodo sit catholicus, & hoc ita credendum expientissima Matre Ecclesia, nam non creditur velle in tali prohibere casu ministerium salutis doctrina est. S. Thomæ expressa in 4. sent. d. 18. & Caiet in verbo absolutio, sic in art. mortis, & tẽporis angustia, & morbi grauitas non patitur prætermissis culpis leuioribus solum Confessarius interrogare
12 debet culpas † grauiores, imò quandoq; si periculum esset, vt iam iam pœnitens animam exhalaret inter confitendum, potest confessor habita materia peccati, de qua iudicare potest, eum absoluere etiam nulla imposita pœnitentia expressa, quamuis esset in notescenda, vt dixit Nauar. in Manu. c. 26. n. 26. & 28. pariter in mortis art.
13 conceditur tempore interdicti † pœnitentia, & viaticum, vt dixit Ioan. Andr. in c. quod in te, extra de pænit. & remiss. Quod intellige tempore illo, sed de iure nouo conceditur omnibus, qui non præstiterũt causam interdicto, vt habetur in cap. fin. de sent. excom. lib. 6 Rursus nutrices Christianæ baptizare clãculo infantulos iudeo
14 rum constitutos in articulo † mortis possunt, ita refert Feli. in d. §. præterea in fin. Potest etiam quis in articulo mortis absolui ab excommunicatione, licet aliàs non posset, d § prẹterea, c. 1. de raptor. c. in literis cum glosa, extra de sponsal. c. non est cũ concordantibus sed transacto mortis articulo nisi absolutus ab excommunicatione præsentet se illi, à quo de iure commun fuerat absoluendus, quam cito commode poterit illius iussui pariturus, reincidit in eandem sententiam, cap. eos, qui de sent. excomm. lib. 6. & licet excommunicatus
15 pro manifesta offensa † non debeat absolui ante satisfactionem, cap. ex parte de verb. signif. tamen Goffr. ponit solemnem limitationem ad illud capitulum, vt procedat, qñ quis absoluit ĩ vita, secus in mortis art. nã tunc sufficit promissio de satisfaciẽdo, quia timetur ne cito moriatur impœnitẽs, sicut à simili pœnitenti in mortis articulo non est pænitentia iniungenda, sed tan-
16 tum notificanda, † 26 q. 7. cap. 1 Cardin. Zabar. in clem. 1. § verum, 2. opposit 4 de hæret. quia impossibilium nulla est obligatio, regula iuris in 6. & hoc propter verbum puto positum in d. §. verum. Imo vbi nec satisfacere, neque cauere posset, adhuc absoluendus esset: nõ enim debet omitti absolutio, quamuis deficiat totalis impotentia satisfaciendi vel cauendi, vt in iuribus allegatis per glosam in regula peccatum, lib. 6. Verũ oportet modo considerare quis sit iste articulus mortis, & nota, quòd a-
17 liud est articulus mortis, † & aliud periculum; vt per Abbatem in cap. quoniam frequenter vt lite non contest. Vnde Host. & Ioã. And. in d. §. præterea, & in c. quod de his de sent. excõ. dicũt quòd in mortis art. constitutus est non solum ille, qui timet mortem ob infirmitatem continuam, vel acutam, ex qua probabiliter imminet periculum mortis, quia ex illa solent homines mori, sed etiam si hostem timeat capita-
18 lẽ, vel est obsessus in manibus hostis, † vel Tyrãni, vel patitur imminens naufragium, facit tex. in capit. sanctum de consec. distin. 4. vel est obsessus in loco, in quo frequenter balistẹ proijciuntur, vel machinẹ, arg. quod ibi not. in d. §. prẹterea, per Host. Attamen in obsesso considerandus est modus obsessionis, & qualitas personarum,
19 † vtrum sit bellator, vel alius, si enim locus obsessus non expugnatur, sed stat a longe exercitus, & comedunt, & bibunt, & securè quiescunt hic, & inde, vtique non dicetur articulus mortis. Et hæc intellige

de

de iniustè obsessis, quia si iniustè se defendant tanquam excommunicati, & rebelles, non possunt absolui tanquam in peccato existentes, extra de pęniten. & remiss. capitulo quod quidam, nisi pęniterent, & tunc exire non possent. In omnibus tamen casibus si sic absolutus euadat, ad excommunicatorem recurrere debet, Hostiens. in d. §. præterea, numero 18. Felinus vero in d. §. præterea, numero 14. versiculo quando autem dicit ex Baldo in dicto capitulo 1. ad finem de pact. numero 11. quòd ille, qui ex infirmitate
20 decedit absque † sanis interuallis dicitur laborare in extremis, textus est vnicus in iure, ff. de ann. lega. l. alumnæ, §. fina. & in d. §. præterea, numero 4. dicit, quòd illi dicuntur in articulo mortis, qui imminentem mortem timent in terra, vel in mari, ff. de donat. causa mortis, l. 2. & 3. Nauigatio enim semper periculosa est, & incerta C. de offic. rect. prout l. ciuitas, quod intellige, quando post ingressum maris imminet periculum. Vnde Bartolus in repet. l. habeat, numero 39. C. de Sacr. Sanct. Eccles. dicit, quòd in
21 mortis articulo constitutus † potest habere duplicem interpretationem latam, & strictam, primo quilibet viuens potest dici in articulo mortis constitutus, nam omnes morimur, & quasi aqua dilabimur, & sic semper potest dici decedens, quia semper de vita sua diminuitur, strictè vero tunc quis dicitur in articulo mortis constitutus, quando est instans periculum mortis expectantis de proximo, vt si est in infirma valetudine detemptus, vel si subest periculum mortis ab hostibus, vel prædonibus, vt quia latrones, qui eum apprehenderunt, volebāt interficere, vel ab hostibus potentibus
22 † crudelitate, vel odio, aut incidit in tempestatem, & similibus, quæ omnia ponuntur in l. 3. & sequen. ff. de don. causa mor. An vero huiusmodi conditiones sint, vel altera, explorandus erit a Confessario bene ipse pęnitens, qui fuit confessor laico,
23 † & in arbitrio ipsius erit iudicare an fuerit in mortis articulo constitutus in terra, vel in mari. An iste pęnitens, qui fuit excommunicatus, fuerit verè absolutus, vel non, hoc probatur per doctrinam Bartolus in d. l. 3. verbo similibus: ista enim similia pericula non quidem sunt iudicanda a proprio Sacerdote: qui a tale arbitrium esset mere voluntatis, sed a bono viro, hoc est Confessario.

Circumstantiæ peccatorum an omnes confitendæ, arbitrarium. Cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Circumstantiæ vt omnes confiteantur, non est semper ad vnguem obseruandum.*

2 *Circumstantiæ alleuiantes non confitendæ, nisi in tribus casibus.*

3 *Auctoritas Augustini omnis ista varietas confitenda est qualiter intelligatur.*

4 *Percutiens clericum est sacrilegus, & excommunicatus.*

NOtandum, quòd vt omnes circumstantiæ confiteantur, vt illis consideratis, & perspectis leuior, vel grauior pęnitentia imponatur, capitu. significasti, capitulo Deus, qui extra de pęnitent. &
1 remiss. non est semper ad vnguem obseruandum, sed confessor discretus, & prudens eliget secundum quod qualitas personæ exigit, & quod expedire sibi videbitur; Quid enim si non interroget circumstantias alleuiantes, vt facere malum bona intentione furari (verbi gratia) vt eleemosinas eroget, 1. q. 1. capit. non est putanda, vel ignorantia, & scit Confessarius, quòd pænitens tacet, quia scit quòd illas non tenetur confiteri, nisi in tri-
2 bus casibus, † vt habetur in nostris decisionibus, par. 1. lib. 1. cap. 20. tunc melius est, quòd non interroget, quàm interroget, quando scit pænitentem esse peritum, & quòd illas confiteretur, si necessarium esset, Quid etiam si temporum qualitas non patitur, & ideo non interrogat de quibusdam circumstantiis quæ non sunt de necessitate confitendæ, de quibus habetur vbi supra, nu. 20. Tunc in arbitrio erit Cō-

 fessa-

fessarij de illis interrogare, vel non, quia si experientia, quam in suum pœnitentem habet, scit quod superfluum esset interrogare, nam tūc omittere esset licitum, imò malum; quando alijs circunstantibus posset esse scandalo, dum pœnitentem diu detinet, & alii non possunt confiteri, vnde ita est intelligenda illa auctoritas Augustini
3 † in cap. consideret de pœniten. dist. 5. Omnis ista varietas confitenda est. At quid si essent aliæ circumstantiæ trahentes in aliā speciem (verbi gratia) quia furtum commisit in loco sacro, quod transit in sacrilegiū, vel coiuit cum maritata, tunc fornicatio transit in adulterium vel percussit clericū, tunc magis peccat, quàm si percussisset laicum,
4 † quia non solum peccatum transit in sacrilegium, sed etiam annexa est excommunicatio, 17. quæstio. 4. capitulo si quis suadente, vnde in his casibus omnino tales circunstantiæ sunt confitendæ. Quapropter cum circunstantiæ aliæ sint confitendæ omnino. Aliæ vero non, ideo partes erunt prudentis Confessarij considerare tempus, & personæ qualitatem, & ità poterit interrogare, vel non interrogare, vnde requiritur prudens arbitrium ipsius.

Explicare numerum peccati quandoque arbitrarium. Cap. 17.

SVMMARIVM.

1 *Numerus peccatorum est additio peccati ad peccatum.*

2 *Diligentia non ita exactè requiritur ad recolendum numerum peccatorum, vt peccata.*

3 *Clausula plus, vel minus quid operetur.*

4 *Pluries aduerbium non habet certum significatum, sed indeterminatum.*

5 *Pluribus dictio verificatur in duobus, sed plurima in tribus nu. seq.*

7 *Pœnitenti assiduè commoranti in peccato sufficit confiteri tempus.*

8 *Numerum ad explicandum non requiritur Mathematica explicatio.*

9 *Numerum quandoque Confessarius potest conijcere ex circunstantijs verborum pœnitentis.*

1 QVod numerus peccatorum, qui est additio peccati ad peccatum, sit confitēdus tanquam quid principale, spectat ad integritatem confessionis, cum integra confessio dicat omnia peccata, ita vt nullum retineat, diximus in 1. p. dec. lib. 1. cap. 15. num. 1 & in appendice, lib. 1. c. 9. Non tamen ita exacta requiritur diligētia
2 † circa numerum peccatorum, quemadmodum circa peccata: Vnde si recolit certum numerum peccatorum, secum rationē ducat quoties in die, hebdomada, vel mense peccauit mortaliter, & illum numerū verisimiliem confiteatur, addendo plus, vel minus, Angelus in verbo confessio sacramentalis, § 22. Quæ quidem clausula operatur
3 † qđ si cōfessus esset peccasse decē, aut plus, vel minus, & postea recordatur se peccatū illud admisisse duodecim, nō tenetur confiteri illa duo; quia sub dubio paulo pluries illas vices confessus est, nam quamuis aduerbium pluries non habeat de per se perfectum significatum,
4 † quia potest verificari in modico, vel minimo indeterminato, l. hæc adiectio ff. de verb. significa. quia est dictio ambigua notat glosa in § sępè in verbo filiorum in auth. de trien. & remis. quā ibi notat Angelus, qui dicit, qđ dictio pluribus intelligitur de duob
5 † Vnde dixit, Rota in 1. p. d. 233. n. 3 quòd quando quis est dispensatus ad plura beneficia incompatibilia, verificatur in duobus, sed si diceret
6 plurima, † verificatur in trib. quòd secus ē de aduerbio pluries, quod cum omnino sit ambiguum vt not. per Bal. Alex & Iasonē in l. & si post tres, ff si quis caut. ita est decisio Petri Benintendi, 45. sit quòd possit verificari in duobus, ita quòd si pęnitens cōfiteatur se commisisse fornicationē decies, vel plus, vel minus, quod si cōmiserit duodecim non teneatur illa duo confiteri, imò
7 quando pœnitens fuerit † in continua peccandi perseuerantia, sufficit confiteri tempus, quo in peccato perseuerauit, c. consideret ver. quantum perseuerauit, de pœn. d. 5. qđ pōt contingere in publica meretrice, in concubinariis, in assuetis ad blasphęman-

mandum, vel peierandum, & solitis præbere assensum prauis cogitationibus, Non tamen ad explicandum numerum sufficit
8 mathematica † explicatio, vt Confessor tædio afficiat pœnitentem, sed sufficit moralis numerus, quod satis est ad prudens iudicium, & ita hoc videtur remittendum arbitrio prudentis Cõfessarii, qui etiam in hoc studeat, vt quando pęnitens nescit explicare numerum videat Confessarius illũ con-
9 ijcere ex circumstantiis † verborum pęnitentis, quia tunc numerus videtur implicitè confessus, Syluest. in verbo confessio, 1. quæst. 11. in fin. quod nota pro rusticis, & mulieribus.

Causa differendi absolutionem, & Eucharistiæ sumptionem videtur remittenda arbitrio Confessarij. Cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Absolutionem differre non licet auditis peccatis.*
2 *Pœnitentia vera est cum firmo proposito non peccandi, nu. 3.*
4 *Pœnitens qualiter induci possit ad contritionem.*
5 *Absolutionem differendi a peccatis, quæ causa iusta, fallit, num. seq.*
7 *Assuetis ad peccandum an sit differenda absolutio.*
8 *Absolutio an differenda promittenti facere restitutionem, & non fecit.*
9 *Sic quando Confessarius coniectat pœnitentem non bene discussisse conscientiam.*
10 *Laicus, vel monachus quando teneatur ad restitutionem.*
11 *Absolutionem differendi an, & quando sit causa iusta.*
12 *Pollutio qualiter de consilio patrum cessauerit.*
13 *Communicare quando quis poterit, quamuis habuerit pollutionem criminosam.*

CVm non liceat Confessario auditis
1 peccatis absolutionẽ differre † sine pęnitentis beneplacito, nisi subsit idonea causa in bonum pęnitentis, argum. tex. in cap. omnis in verbo arbitrio extra de pęniten. & remiss. & ita quæ possit esse iusta causa, videtur esse arbitraria, secundum quod arbitrabitur proprius suus Confessor, exemplum poni potest in c. quod quidam extra de pęn. & remiss. de eo, qui non est verè pænitens, qui animum delinquendi non deponit, (verbi gratia) qui continuando crimen concubinatus accedit ad confessionẽ, & petit absolutionem, nam huiusmodi ta-
2 lis, & si de præteritis doleat, † & pęniteat, quia tamen non vult abstinere, & continere a supradicto peccato, in quo perseuerat, non est absoluendus quamuis sit admittẽdus ad confessionem cum pęnitentia non sit vera, nam de substantia fructiferæ con-
3 fessionis est contritio præcedens † cum proposito non peccandi, consilium tamẽ huic non verè pęnitenti dandum est, vt crebro confiteatur cum peregrinatione, & vt Missa singulis diebus audiatur, qui si Sacerdotis discreti monitis, & consilio acquiescit,
4 † per hoc paulatim ad contritionem inducetur per Dei, & Sacerdotis auxilium, & ita ad veram pęnitentiam deueniet, vt sic possit absolutionem percipere, De quo per Hostien. in summa eodem titu. §. quæ inducunt hominem. Rursus idem dicendum est de cohabitantibus cum concubinis, ancillis, vel masculis quibuscunque de incontinentia, suspectis, qui ex commoditate cohabitationis copulantur sæpè, nam iusta causa est differendi absolutionem, nisi separent cohabitationem ob periculum recidiui, nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali durante causa mali, idest cohabitationis commoditate, reg. malus in 6. 24. quęstione 1. cap. legantur: Vera enim pęnitudo non est sine recisione causarum, de pœniten. dist. 3 cap. satisfactio. Quod si peccandi recidiuum cessasset, quod Sacerdotis arbitrio pẽsandis erit, vt quia cessat cau-
6 sa † veteris mali, nam deformis facta est formosa iuuenis, vel ægrota ægritudine durabili, vel quia fornicator contraxit matrimonium cum formosa puella, ex qua

verisimiliter cessat periculum recidiui, vel quia expellere nequit ancillam cohabitantem, nam est filius familias, quod si expelleret, vel promulgaret factum, multa inconueniētia prouenirent, tunc Confessor si sibi videbitur poterit absoluere, modo seruētur seruanda, de quibus habetur per nos, 1. par. decis. l. 1. c. 28. nu. 2. vel si raro, bis, aut ter repentina libidine non continuata intentione corrupta se polluissent, & pœnituissent, & tempore confessionis eos pœniteret, tunc essent absoluendi, licet ad expulsionem hortandi de consilio, & ratio est, quia ex tam raro actu non videtur radicata hæc mala consuetudo reiterandi, vt in futurum arguatur hoc euidens periculum recidiui, per ea, quæ habentur in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priua vt nos diximus supra. nu. 13. Igitur ex his, & similibus videtur arbitrarium quando sit concedenda, vel denegāda; sic neque assuetis ad
7 blasphemandum, † vel ad periurium, qui in præteritis confessionibus non se emendauerint, non obstante, quòd emendationem promiserint, est adhibenda absolutio, sed per aliquos dies differenda, quos si postea emendatos viderit, absoluat, aliàs minimè, nam præsumptio est, vt sicut non fuerint per prius correcti, quamuis emendationem promiserint, sic credi potest, quòd nec in futurum, quamuis proponant, vt nos diximus in praxi casuum reseru. lib. 1. c. 10. de blasphem. in fin. Sic absolutio differenda restitutionē promittenti facere do-
8 mino † vel alteri, quam non fecit, etiam si dicat se firmam voluntatem habere restituendi, posset tamen tam efficaciter spondere signa suæ voluntatis, quod velit restituere is, qui pluries eam promisit, & non adimpleuit, vt etiam posset absolui, vt dixit Syluest. in verbo restitutio 6. nu. 5. circa finem, & ita hoc videtur arbitrarium, maximè si sit alius casus, in quo posset fieri prorogatio restituendi, de quibus habetur per nos, par. 1 decis. lib. 2. c. 132. nu. 4. cum sequenti. Rursus, quando Confessarius coniectat pœnitentem verè non adhibuisse
9 quam necessariò adhibere tenebatur † diligentiam in peccatis memorandis, nam tūc in arbitrio erit ipsius absoluere, vel illam differre. quid enim si articulus mortis vrgeat, tunc habita merita peccati potest absoluere, si periculum esset in mora: Quod si nulla vrgeat necessitas mortis, tunc per dies differat, quod præsertim locum habere videtur in his, qui confessionem differunt à Paschate in Pascha, maximè si ij sunt, qui in fornicatione sunt obuoluti, Sylu. in verbo Eucharistia 3. q. 15. versic. Tertium Nau. in summa c. 12. nu. 55. Sic Laicus, vel Monachus, aut Monialis, qui
10 vocantur nigri, † qui in vno iuxta text. in c omnis, extra de pœnit. & remiss. vel in mense iuxta tex. in clem. ne in agro, §. sanè de statu monach. non communicant, peccant mortaliter, nisi illam differant ex consilio Confessarii, habetur in Cōcil. Tridēt. sess. 25. c. 10. de regular. quod quidem consilium debet esse in bonum pœnitentis, vt in his, qui non confitentur nisi in Pascha, nam hi sunt hortandi, vt communionem differant, vt melius valeant scrutari conscientiam, si tamen instaret communio, q̄ sine scandalo differri nequit, tunc audiendus, & absoluendus esset, atque ad communionem admittendus, vt nos diximus in 1. par. decis. libro 1. capit. 24. nu. 18. Pariter iusta causa de consilio differendi communionem est, quando pollutio proueni-
11 ret cum peccato veniali, † vt ex superfluitate cibi, & potus, cap. testamentum verbo humiliter, distinctione 6. Et hoc ex quadam congruentia, præcipuè quando cum turpi cogitatione contingit, nam tunc potest Confessarius hortari pęnitentem, vt saltem eo die non celebret, vel communicet, sed abstineat: At si viderit pęnitens, quòd turpis cogitatio proueniat ex magna dæmonum nequitia volentium illum impedire à sumptione Eucharistiæ, tunc hortetur, vt communicet. Hinc legitur in collatione patrum, quòd cum quidam frater
12 pateretur pollutionem † semper in festis, in quibus erat communicandum, seniores comperto, quòd nulla causa ab ipso præcessisset, decreuerunt ne propter hoc à communione cessaret, & ita cessauit illusio dæmonum, sic abstineret à sumptione Eucharistiæ ob pollutionem, quæ si ne peccato prouenit, non satisfaceret suscepto officio celebrādi, vel nō se conformaret cū aliis cū quib⁹ viuit, vel cōmunicare vellet instan-

instante deuotione, vel ad remouendum scandalum, tunc non esset differenda Sanctissima Eucharistia: Igitur erit in arbitrio Confessarij pensatis multis circumstãtijs, an sit a communione cessandum, vel non, imò talis posset esse vrgens, & honesta causa, vt etiam post enormem pollutionem
13 † in vigilia proueniente ex peccato mortali præmissa confessione posset eodem die communicare, quæ tamen sit ista iusta causa, arbitrabitur bonus vir, hoc est Confessarius (verbi gratia) si optaret celebrare, quia est tempus præcepti, & fortè alius Sacerdos deest, vel vt consulat famæ suæ, Sotus in 4. senten. distin. 12. quæst. 1. artic. 7. 3. propositio. sic causa differendi absolutionem, vel communionem est habere casum grauem superiori reseruatum, sed de hoc videbimus, 1. parte decis. libro 1. cap. 20.

Peccatorum reprehensio qualis, arbitraria. Cap. 19.

SVMMARIVM.

1 *In corrigendo peccata pœnitentium in confessione non idem modus tenendus.*

2 *Peccata peccantium ex malitia sunt grauiter reprehendenda.*

3 *Reprehendentes dure quando conuertere debeant austeritatem in benignitatem.*

4 *Contumacibus austeros esse conuenit in reprehensione, & pœnitentibus benignos num. seq.*

6 *Malos non corripere, sed fauere quam malum est.*

7 *Castigati leuiter reuerentiam exhibent castiganti, quod secus est in castigante cum seueritate.*

1 NOn idem modus tenendus est cum † pœnitentibus in corrigendis eorum peccatis: quare videtur hoc esse remittendum arbitrio boni, & prudentis Confessarij, quia cum ingeniis agrestioribus debet esse durior; at cum mitioribus, & in dignitate constitutis vrbana adhibenda est increpatio, & cum dexteritate, & mansuetudine, iuxta illud Psalm. superuenit mansuetudo, & corripiemur, & hoc cũ illis, qui ex infirmitate peccauerunt, & ex ignorantia, non se excusantes, sed accusantes, ij autem, qui ex praua passione, & ex praua consuetudine peccauerunt, sunt reprehendendi partim leuiter, & partim durè, facit 1. Regum, cap. 2. Vbi Heli, qui filios suos corripuit leuiter, & non durè, dicitur eos non corripuisse: Verum si peccãt
2 ex proteruitate, † malitia prauaque cõsuetudine, & seipsos excusant, & tũc debet aggrauare eorum peccata exemplo Adæ, & Saul, atque eos reprehendere authenticè, & dure. Vnde Gregorius in Pastoralibus. Nonnulla peccata sunt omnino vehementer increpanda, vt culpa, quæ ab actore nõ cognoscitur, quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Si tamen ex authentica, & dura reprehensione pœnitentes conciperent maximum, & vehementem dolorem, vel efficerẽtur nimium deiecti ex gra-
3 uitate † peccatorum suorum, tunc Confessarius debet conuertere austeritatem in benignitatem, eos consolando, & animando, inducendo exempla Dauid, Magdalenæ, Petri, Pauli, & Latronis. Sic a simili dicimus in correctione, vnde tex in cap quan-
4 to, 2. q. 5. ait quòd sicut humiliatis † & pœnitentib negare locum non debemus, sic in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, vnde licet correctio debeat habere plus mansuetudinis, quàm rigoris, cap. qui sincera ca. licet, d. 45. tamen quandoque plus habere debet asperitatis, quã benignitatis, 10. quæstione 2. capitulo fraternitas 24. quæst. .cap. ecce: Quid enim si piè, & benignè, atque salubriter obiurgati corrigi noluerint, tunc tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi, ne alios exemplo suæ perditionis inficiant, d. capitulo ecce. 82. d. cap. aliquanto. Qui tamen cum seue-
5 ritate subditos contumaces corrigunt † debent per humilitatis custodiam æquales se illis, quos corrigunt cognoscere, vnde seruanda est secundum Gregorium in cor-

de humilitas, & in opere disciplina, & qñ seuerius fit correctio, illa ex charitate fieri debet, & non ex odio, d. cap. fraternitas. vt mali scilicet mores corrigantur, 23. quæst. 5. cap. non putes, & cap. seq. vt is, qui corrigitur, gehennæ ignibus non tradatur, d. ca. fraternitas. Etenim non corripere malos,
6 sed fouere, ne contristet peccantium volũtates, est eos occidere, 23. quæst. 5. cap. qui vitiis, &c. sed illud, distinc. 45. sed regulariter fieri debet reprehensio a Confessariis verbis blandis, nam in reprehensione lenitas, & mansuetudo summopere laudatur,
7 † ac requiritur, Castigati namque ait text. in cap. cum beatus, dist. 5. reuerentiam exhibent castiganti, seueritatis autem nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem, namque plus iuxta Conc. Trid. erga corrigendos agere debet beneuolentia, quàm seueritas, plus hortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas: sic in Principe proprium est habere misericordiam, quæ cunctis virtutibus est præferenda, vt dixit Sanctus Gregorius Papa, l. cunctos populos, & ibi Salyce. & Iason. C. de sum. Trini. & fide catholi. & vera iustitia habet compassionem, Falsa vero dedignationem. quare Princeps non debet nimia asperitate exulcerare subditos, neq. nimia benignitate soluere, sed debet facere quoddam temperamentum, & miscere lenitaté, cum seueritate, vt sit amor: sed non emoliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè sæuiens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, ita habetur, distin. 45. capitulo disciplina. Ecce qualis debet esse correctio, & reprehensio Deinde quotiescunque habebit Confessarius ante oculos zelum gloriæ Dei, atque animarum salutem, discretionem vnctio superna docebit.

Discretionis annus quo ad confessionem, & communionem quando terminatur, est contrarium. Cap. 20.

SVMMARIVM.

1 *Aetas multipliciter dicitur.*
2 *Aetas quæ necessaria, vt quis confiteatur, numero sequen.*
3 *Anni discretionis qualiter intelligantur.*
4 *Peccata omnia attribuuntur post septennium, præter peccatum carnis.*
5 *Puer nouem annorum impregnauit nutricem.*
6 *Puer quinque annorum blasphemās à diabolo fuit raptus.*
7 *Discretio magis deuota; & reuerentialis ad communionem. Accidit a decimo anno vsque ad duodecimum plus, vel minus.*

QVod ætas discretionis multipliciter consideretur, latè diximus in 1. par. decis. lib. 1. cap. 8. num. 15. 29. & 30. & quod sit multiplex ætas vide glosam in §. 6. verbo quem liberum in proc. decre.
1 de hoc etiam habetur per Legistas in l. hæreditatum, ff. ad l. falcid. & per Archid. qui refert Isidorum in cap. 1. de cler. excomm. ministr. habetur etiam in l. si infanti, C. de iure delibe. Vbi etiam Moderni Doctores dicunt, quòd prima ætas est infantilis, & durat vsque ad 7. annos. Secunda pupillaris, scilicet a 7. anno, & durat in masculo vsque ad annum 14. & 12. in fœminis, & isto tempore finitur, §. 1. Quibus modis tutela fin. Tertia ætas est pubertas, & est vsq. ad decimum octauum annum, vt probatur in l. arrogato, §. non tamen ff. de adopt. & ibi est bona glosa quæ vult; quod aliquando dicitur plena pubertas aliquando plenior, aliquando plenissima. Quarta ætas est adolescentia, quæ propriè videtur esse a 18. ann. vsque ad 25. l. 1. in fine, ff. de minor. & vsque ad illud tempus excusantur scholares a muneribus personalib. C. qua ætate libro 10. l. 1. Quinta est iuuentus: Circa quam vide tex. tum glosa in l. non aliter, ff. de legat. 3. vbi tex. dicit, quòd ille dicitur iuuenis, qui adolescentis excessit ætatem, & incipit inter seniores computari. Quando autem incipiat computari, glosa ibi variè exponit. Bartolus tenet illam expositionem, quòd intelligatur secundum consuetudinem Ciuitatis, Sexta ætas dicitur senium vsque ad 70. annos, vt in-

instit. de excus. tut. §. item maior & l. fina. C. qua æta. libro 10. Septima ætas vocatur decrepita, & incipit ab anno septuagesimo vsque ad centum, l. fin. C. de Sacros. Eccles. Item est alia virilis vt annorum 25. de qua in l. 1. ff. de minor. Alia perfecta, vt in l. fin. C. de his qui ven. æta. Alia plena, vt ex cap. 1. de senten. excommu. Alia tenera, vt l. non tantum in prin. ff. de decur. Alia legitima, vide l. Aurelius, §. Caius ff. de lib. cau. Alia robusta, vide l. si maritus, §. 1. ff. ad l. Iul. de adul. Alia iusta ætas, vel pubertas, l. cum filio, ff. de lega. 3. & alia discreta, de qua in cap. omnis, extra de pœniten. & re-
2 miss. quæ necessaria est ad finem, † vt quis confiteri teneatur, & ad percipiendam Sanctissimam Eucharistiam vbi habetur quòd illi, qui peruenit ad annos discretionis, incumbit necessitas confitendi, & qualiter anni discretionis intelligantur, dicit glosa,
3 postquam est doli capax quo ad confessionem; tunc enim potest obligari Diabolo, & hoc est regulariter in 7. anno, vnde tunc ius vocat tales grandiusculos, qui peccare possunt, vnde notatur per glosam in capit. paruuli de consec. dist. 4. Dicit Augustinus ad Renatum Episcopum septennis ætatis pueri, & mentiri, verum loqui, & confiteri possunt, & tandem omnia peccata attri-
4 bui præter † peccatum carnis, vt est tex. in cap. 1. extra de delict. puer. ff. ad Senat. Cons. Syllania l. 2. §. impubes, vbi regulariter requiritur ætas 14. annorum, nisi malitia suppleat ætatem, vt notatur in cap. puberes, §. fin. extra de delict. puer. legimus tamen in dialogo, quòd puer, quidam nouem annorum suam impregnauit nutricem, vt Gra-
5 tianus d. §. puberes in fine: Sed hoc raro contingit, vnde non est multum curandum, quia leges non ad ea, quæ raro, sed ad ea adaptantur ad quæ frequentius contingũt, l. nam ad ea, ff. de legib. sic quoad alia peccata, de quib. in cap. 1. malitia supplere potest ætatem. Vnde legitur etiam in Dialogo de puero non doli capace quinque an-
6 norum, qui iurans, † detestans, atque blasphemans a Diabolo raptus fuit, quod secũdum Franciscum Zabar. Cardinalem in d. cap. 1. potuit permitti in odium parentum talia docentium: Non tamen potuisset dãnari, nisi præsupponatur in eo fuisse aliquam doli capacitatem, quæ aliquando præuenitur, quam nouit, qui nihil ignorat: Idem etiam habetur per Ioann. Andream in d. cap. 1. num. 2. Hinc nota, quòd licet quis non sit doli capax ante septemnium. l. 1. C. de falsa moneta, accidentaliter tamen esse potest, ac per hoc refert dictum Gregorij. Vnde Abbas in d. cap. 1. vult, q̃d illud emanauit propter doli capacitatem ipsius filij, cum igitur doli capacitas regulariter possit esse in 7. anno, & accidentaliter possit præueniri, dicimus tunc quem teneri ad confessionem faciendam, quando est doli capax, hoc est sciat discernere
7 † inter bonum & malum, idest quando apparet puer ita sensatus, quòd sciat discernere quòd malum sit innocentem interficere, & aliena rapere, bonum vero esurienti panem porrigere, & Ecclesiam adire: Et hoc verum in confessione, verum in communione sancta omnes videntur conclu-
8 dere, quòd exigitur alia discretio † magis deuota, & reuerentialis, quæ determinari debet arbitrio parentum, qui si dubitauerint, consulere debent Cõfessarium pueri, si ei videbitur, quod ad communionem sit admittendus, Caiet. 3. par. sum. quæst. 80. ar. 9. & in verbo communio, nos 1. p. decis. lib. 1. cap. 8. num. 13. Panor. d. cap. omnis, num. 9. Debet enim communicandus habere discretionem deuotam, & reuerentialem, vt sciat discernere inter hunc cibum, & alios sæculares, quæ discernendi facultas, vt plurimum secundum D. Thomam
9 accidit a decimo anno † vsque ad duodecimum plus, vel minus, secundum quod malitia supplet ætatem, sic Paludanus, Caie. Sotus, & cæteri, si vero pueri non sunt doli capaces, tales non tenentur confiteri, vnde non est curandum cui confiteantur, quia tales furiosis comparantur, nam eorum ætas quod videt ignorat, argum. ff. de acquir. possess. l. 1. §. furiosus, C. de falsa mone. l. 1. ad fin.

Absolutionem ab eisdem peccatis reiterare an sit licitum, videtur quandoq. arbitrarium. Cap. 21.

SVMMARIVM.

1 Sacramenti forma an sit licitè iterabilis non iterata materia.
2 Absolutio super eandem confessionem an sit iterabilis, & an sit fructuosa, & licita, num. seq.
4 Baptismus an sit iterandus, quando dubium est probabile an quis susceperit.
5 Iteratum non videtur, quod ambigitur esse factum.
6 Actus legitimi quod non recipiant, neque diem, neque conditionem, qualiter intelligatur.
7 Character semel impressus non potest de nouo imprimi.
8 Reiteratio uerborum consecrationis super hostiam consecratam quandoq. licita, numero seq.
10 Pro mortuo in peccato mortali non est orandum.
11 Dubium ad declarandum videtur requiri prudens arbitrium Confessarij.

GEneraliter nulla forma alicuius Sacramenti est licitè iterabilis non ite-
1 rata materia† nisi ob causam, & ita dubiũ vertitur: An forma Sacramenti pœnitentiæ, hoc est absolutio possit iterari non iterata confessione? Respondeo primum, qđ ex duplici capite potest quis absolui, vel quoties confessio iterabitur, & tunc talis absolutio toties proderit, quoties confessio iterabitur, modo ipse confessus non ponat obicem, sicut quotidie Sacerdos dignè celebrat, toties illi proderit ex opere operato Eucharistiam suscipere, potest ẽt iterari absolutio super eandem confessionem non iteratam, & tuncq́ quo ad fructũ
2 † probabile est dictam absolutionem bis, aut ter factam nihil plus operari, quam primam, sicut si quis in eadem Missa plures hostias reciperet, nihil plus operaretur, quam si vnam hostiam percepisset, verum esto, quod non sit fructuosa talis abso-
3 lutio an erit licita, † & probabilis est quòd non, nisi ob iustam causam iteretur, puta si dubitat Confessarius an primo absoluerit, quia fortè oblitus est: An debita forma verborum vsus fuerit, an debitam adhibuerit intentionem, aut iterauerit ob aliquod dubium, quod remittendum videtur an sit probabile, vel scrupulosum arbitrio Confessarij, ita videtur colligi ex Ioan. à Medina. C. de confess. quæst. 23. Quod idem dicendum est de iteratione aliorum Sacramentorum, nam quando dubium est probabile an quis susceperit Sacramentum, il-
4 lud est iterandum, † Exemplum de baptismo, siue dubium est vehemẽs facti, vt quia natus est in captiuitate Saracenorum: si enim de parentibus fidelibus, & inter fideles natus est, præsumitur baptizatus, capit. veniens extra de presby. non baptiz idem quando puer exponitur, nec in eo inueniũtur aliqua signa baptismi, eodem titu. cap. 2. & 3. siue secundum Hostien. in d. cap. 2. sit dubium iuris, vt quia dubitatur an fuerit seruata forma, vel non: Idem, quando esset probabile dubium, an quis fuerit cõfirmatus, & ratio est, quia non videtur ite-
5 ratum, quod ambigitur † esse factum, extra de sacram. non iter. cap. 1. & 2. & d. cap. veniens. Et nec iterando sub conditione, si es baptizatus non te re baptizo. venit contra regulam, actus legitimi non recipiunt,
6 † neque diem, neque conditionem de regul. iur. nam conditio, de qua in d. cap. 2. est de præsenti, vel de præterito, quæ non est propriè conditio, & non suspendit actũ, l. cum præsens ff. si cer. pet. & nec per hanc nouam baptizationem iteratur character, secundum glosam in d. cap. 2. nam character semel impressus non potest de nouo
7 imprimi. † Etenim secunda baptizatio ad solum verbum refertur, sicut & secunda manumissio nihil operatur. C. de indicta liber. l. 2. sed ad solam vocem refertur, quod apparet ex his, quæ dicuntur ex illis verbis. Non te rebaptizo. Non enim est intentio, vel esse potest alicuius, quòd aliquid iteretur secundum Host. & Doc. in d. c. 2. sic idẽ dicendũ est de reiteratione

8 tione † verborum consecrationis super hostiam consecratam: Etenim illa licita est, si probabiliter dubitat Sacerdos an consecrauerit, quia generaliter nulla forma alicuius Sacramenti iterabilis est non iterata materia, fallit tamen, quando fit ob causam, quia dubitat, facit glosa in ca. non æstimemus, 23. q. 2. vbi ratione dubietatis melius est totum, & superfluum facere, quam aliquid dimittere, vt 42. dist. cap quiescamus, Hinc licet pro excommunicato excommunicatione maiori mortuo non sit orandum, vel pro hęretico, aut quocũq; in peccato mortali defuncto. 22. q. 2. c. pro obeuntibus, 24. q. 1. c. sanè, & c. nec quicquam, etiam si hoc Abbas monacho præciperet, vel Episcopus presbytero, vt pro huiusmodi personis Missam cantent, modo de hoc constet, & hoc fiat speciali oratione, tamẽ in generali, vt pro omnibus fidelibus defunctis hoc potest fieri, quia cum non discernimus, qui sunt isti, oportet orare pro regeneratis omnibus, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos sacrificium altaris, aut eleemosina, aut oratio, vel ieiunium possint, & debeat peruenire, quia ratione dubietatis melius est superfluum facere, quàm aliquid omittere & ita in dubio iterare absolutionem, quàm non absoluere. Ad declarandum
11 tamen † hoc dubium, an primo absoluerit, an debita forma verborum vsus fuerit, & ita an sit dubiũ hoc probabile, vel scrupulosum proueniens ex nimia scrupulositate pœnitentis, videtur recurrendum esse ad arbitrium prudentis, & docti Confessarii, qui si ignorat hoc discernere, dedignari non debet consulere peritiores.

Monitio an semper facienda à Medico ad infirmum, vt confiteatur, videtur arbitrarium. Cap. 22.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas corporis prouenit ex animæ infirmitate, num. 3.*

2 *Infirmitas corporis prouenit ex plurimis causis.*

3 *Medicina propriè versatur circa corpus.*

4 *Iura sunt omnino meliora medicinâ.*

5 *Medicus nõ mouens infirmũ ad confitẽdũ an peccet mortaliter, videtur arbitrariũ.*

CVm ex animæ infirmitate proueniat quandoque corporis infirmitas text. est in cap cum infirmitas de pœnit. & remiss. Hinc ex glosa Euangelij. Matt. cap. 9. super illis verbis confide fili remittuntur tibi peccata tua: tradit Ioan. Andr. in dist. cap. cum infirmitas ex pluribus caussis prouenire infirmitatem corporalem,
2 † primo vt iustus crescat in merito per patientiam pro vt legitur de B. Iob. Secundo vt facilius virtus custodiatur, ne alius nimium quis superbus fiat, iuxta illud Apostoli, cum infirmior, tunc fortior sum. At, dem in c. nisi cum pridem, extra de renũt. Tertio ad peccati correctionem. Quarto ad initium pęnæ, vt videlicet in hoc seculo agat pœnitentiam, vel agere incipiat pęnitentiam de peccatis suis, 7. q. 1. c. cũ percussio. Quinto quia ex animæ infirmitate venit nonnunquam corporis infirmitas,
3 † d. cap. cum infirmitas, hinc quia cessante causa cessat effectus, Sũmus Pontifex voluit in d. c. quòd Medicus cum effectu debeat inducere infirmum, vt ante omnia prouideat saluti animę suę, nec sufficit verbo monere, nisi cum effectu eum inducat ad vocandum Sacerdotem, non obstante quacunque consuetudine illi constitutioni contraria tãquã irrationabili, eo, ꝙ præiudicat omnibus, vnde non excusat ipsos corporum Medicos: De qua monitione faciẽda habetur per Constitutionem Pij V. super gregem, & latè per nos in praxi casũ reseru. l. 2 c. 26. & nota, quòd dixit Medi-
4 cus corporis, quia Medicina propriè † versatur circa corpus, ex quo arguit Do. Cardinalis Zabar. in d. c. cum infirmitas, n. 2. quòd cum anima sit pretiosior corpore, d. c. §. cæterum, & iura emanauerunt ad medendum animabus, vt in proœmio decret & quod ibi notatur, quòd iura sũt om
5 nino meliora medicina, † quod etiã dicit phylosophus 1. Ethicorum circa finem, vnde per hoc alias arguit Zabar quòd per scientiã medicinę quis non potest peruenire ad fœlicitatem, quia fœlicitas est secũdũ animam, & non secundum corpus,

sicut

ſicut ſumitur per Phyloſophum, vbi ſupra; Igitur vt ad rem noſtram deueniamus, tũ ex verbis tex in d. cap. cum infirmitas in verbo diſtrictè præcipimus, tum ex pœnæ graui appoſitione colligitur mentem Romani Pontificis fuiſſe non monentem Medicum ad confitendum peccare mortaliter: Tamen vt arbitror id mihi videtur ar-
5 bitrarium. Secundum arbitrium † Medici ſpiritualis, qui debet eſſe cautus, & diſcretus, intelligens, idoneus, & prudens, cap. omnis de pœnit. & rem. cap. menſuram de pœnit. d. § 1. cap. ſi Epiſcopus eod. tit. lib. 6. & c. 1. de ſent. excom. eod. lib. Quid enim ſi monitio non per ſeipſum, ſed per alium fiat, vt per conſanguineum, aut Parochum aut eius Confeſſarium, & hoc conſtat in ſcriptis, per fidem factam de confeſſione, facit gloſa in c. Apoſtolicæ de cler. excom. miniſtr. vel quid ſi conſtat, quòd infirmus fuerat confeſſus abſque mandato Medici, iuxta Doct. in d. c. cum infirmitas, Sy ueſt. in verbo Medicus, quæſt. 3. verſic Quarto. vel quid ſi Medicus ideo non monet, quia probabiliter credit infirmum ſine monitione hoc exequi, nam infirmus eſt fortè religioſus; quare ſufficit, vt Medicus dicat infirmarijs illum eſſe in probabile periculo mortis, vel actum eſſe de eo, vel quid ſi infirmus de proximo ſumpſiſſet Sacramenta. Quapropter creditur perſeuerare in bono ſtatu; & pura conſcientia, quia ante infirmitatem per tres, aut quatuor dies percepit Sanctiſſimam Euchariſtiam, Sylu. qui ſupra. verſ. Quartum. Et quid ſi ægrotus indigeret celeri remedio, & expectatio Confeſſoris obeſſet ſanitati, & quid ſi infirmitas ſecundum communem non eſſet ad mortem, quamuis in hoc ſint diuerſæ opiniones, ſed tutior eſt, quòd medicus teneatur, nam poteſt morbus à principio non eſſe periculoſus, & ex poſt facto ſic: Tunc enim in his, & ſimilibus caſibus videtur eſſe arbitrarium, nam ſi monitio fiat per alium, poteſt iudicare, quòd illa ſufficiat, quia non curamus de modo, modo habeamus effectum, & qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, c: mulieres, §. 1. extra de ſent. excom. Idem, quando infirmus fuit confeſſus abſque mandato, vel ægrotus indigeret celeri remedio cũ Medicus habeat tres dies à tempore infirmitatis incluſiuè, iuxta conſtitutionem Pij V. ſuper gregem, & quid ſi infirmitas non eſt durabilis vſque ad tertium diem, & ita videtur arbitrariũ, conſiderando ſtatum infirmitatis, ſic ſi infirmus eſt bonæ, & timoratę conſcientiæ ſolitus frequenter confiteri, poteſt arbitrari quòd ſine monitione fuerit confeſſus. De hac tamen materia vide Collect. 163. ad text. in cap. ad aures, de ætat & qualit.

Reſeruantis caſum eſt in arbitrio tãtam audire confeſſionem, uel reſeruata tantum. Cap. 23.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quando videatur eſſe conceſſum dignitati.*

2 *Pœnitentiarius decentius facit audiendo totam confeſſionem quando pœnitens habet caſum reſeruatum cum cenſura.*

3 *Cenſura per Superiorem ſublata caſus deſinit eſſe reſeruatus.*

ARbitrarium quoque eſt quando alicui competit poteſtas abſoluendi ab excommunicatione ex officio, vel pri-
1 uilegio † perpetuo, nam tunc videtur eſſe conceſſum dignitati ſiue per ſe abſoluere, vel alteri demandare abſolutionem, vel quia eſt occupatus, cap. quod ſedem extra de offic. ordin. ſiue hoc notum fiat ex ſola voluntate, extra de offic. deleg. cap. Paſtoralis in princip. Ita Doctores notant in cap. fi. de offic. ordin. Quod ſecus eſſet, ſi conceſſum eſſet nudum miniſteriũ, extra de offic. de leg. cap. vlt in fine. Quod idem extende, quando pænitens haberet caſum reſeruatum, cui annexa eſt excommunica-
2 tio licet decentius † faceret, ſi totam confeſſionem audiret, tamen poteſt Prælatus audire tantum caſum reſeruatum, & à vinculo ſolum excommunicationis abſoluere, & deinde pænitens tenetur illud peccatum, ſimul cum alijs inferiori confiteri, vt ab omnibus ſacramentaliter abſoluatur. Nam ſublata cenſura per abſolu-

3 lutionem † Superioris talis casus non est amplius reseruatus, & ita est mos, & consuetudo Romanæ Ecclesiæ, Nauar in ca-
4 pit. 1. §. cautus de pænit. distin. 5. † Quod idem, quando pœnitens haberet sola peccata reseruata absq. excõmunicatione, quia est ĩ arbitrio Superioris omnia audire peccata, vel tantũ sola reseruata, & ab illis absoluere, nã talis confessio est ex intentione integra, Nauar. qui supra num. 11. vel remittere absoluendum ab omnibus peccatis tam reseruatis, quàm non reseruatis per simplicem Confessarium secundum Palud. receptum, quia ita testatur seruari in Romana Curia.

Famulis in Monasterijs degentes quibus confiteantur, videtur hoc in arbitrio Prælati ipsius Monasterij esse. Cap. 24.

SVMMARIVM.

1 *Famuli in Monasterijs degentes an subsint Abbati Monasterij.*
2 *Familia gaudet priuilegio Domini, fallit, num. seq.*
3 *Familia Episcopi gaudet priuilegio Episcopi, quare non est angarianda, nu. 5. & 6. Quod non sic dicendum de familia clericorum.*
7 *Necessitas quæ eximat familiam a priuilegio, videtur arbitraria, vide numero sequen.*
9 *Familia Episcopi non gaudet priuilegio Episcopi quo ad Canonem.*
10 *Familia Episcopi quando non gaudeat.*
11 *Conuersi Ecclesiarum sunt in duplici differentia.*

1 FAmuli qui intra monasteria monachorum degũt, † & præcipuè in hæremis, & extra oppida existentia subsunt plenariè Abbatibus, & Prælatis, & ita illos poterit assignare vnicuique cui voluerit presbytero, vt confiteantur, ita probatur in Concilio Tridentino sess. 25. capit. 12. vbi exceptuat à iurisdictione Episcoporum ipsos, qui sunt de ipsorum monasteriorum familia, sic sess. 24. de reformat. cap. 11. exceptuantur a iurisdictione Episcoporum ij, qui in monasteriis actu seruiunt, & intra eorum septa, & domus resident, & sub eorum obedientia viuunt. Et hoc videtur etiã procedere de iure, nã familia gene-
2 raliter gaudet priuilegio † domini, vt notatur in auth. habita ne filius pro patre. Abbas in cap. quanto, 3. artic. extra de censi. Quod non sic dicimus de familia clericorum, & ita tenetur communiter, quòd non gaudeat. Capi. decis. 12. num. 2. licet glosa in c. clericum. 11. q. 3. indistinctè affirmet gaudere: Tamen Archid. post alios in c. ecclesiarum seruos, 12. q. 2. tenet cum glosa in d. cap. clericum, sed non simpliciter. Vnde dicit quòd tunc solum, quando actu seruit non autem, quando esset familia conductitia, hoc est, conductitij essent seruitores,
3 † idest qui pretio seruiunt, idem habetur per Panorm in cap. 2 num. 6. de foro compet. sic nec in familia licentiata dixit Bal. in l. 1 C. de vxor. mili. Hinc Conc. Triden. inter cæteras qualitates ponit hanc vt actu seruiat, sed tu tene, cum communi. At in familia Episcopi Doctores communiter tenent in c. fin. extra de offic. Archid. quod eodem priuilegio familia sua gaudet, quo
4 & ipse, † argum. tex in d. c. fin. vbi Host & Zabar. C. de Epis. & cler. l. 1. d. c. ecclesiarum seruos 16 q. 1 cap. similiter, de offic. de leg cap. ex litteris, extra de foro compet cap. cum contingat. Secundum quæ iura non deberẽt tales de familia angariari,
5 vel molestari, aut perangariari, † vel alias affligi, similiter Episcopus qui nec pro rebus Ecclesiæ sportularum nullam debet habere exactionem, vel molestiam alioquin exactor duplum reddere debet, & si militat, cingulum perdere, si vero clericus fuerit, debet deponi, vt in auth de Sanctiss. Epis. §. sportularum. Ita Host in d. cap. fin. Idem habetur in d. cap ecclesiarum seruos vbi dicit Hugo, quòd tex. ille est cõtra Principes, & Consules malos, qui Ecclesias, & eorum rusticos grauant in tallijs, & angarijs, & publicis operibus. s. in fossatis vadis & muris extruendis, nam tales cogi non possunt ad has publicas operas, nisi cum
6 occurreret magna necessitas, & cum ciui-

tas

tas esset obsessa: tunc enim non debet ecclesia pati suos rusticos defendi aliquo priuilegio à custodia, & huiusmodi, imò debet eos ad hoc compellere, extra de immunit. eccles. cap. peruenit, & ibi vide Innoc. & Host. Ita dixit Præpositus in d. ca. ecclesiarum seruos, nu. 1. facit tex in cap. non minus, vbi glosa in verbo tãta, eod. tit. de immun. eccles. vbi dicit, quòd in hoc versatur
7 arbitrium Episcopi, vel Cõfessarij † ipsius, si ab eo fuerit interrogatus, an sit necessitas tanta, vt ecclesiarum serui cõpelli possint. An vero ecclesiarum serui excusentur à murorum vigilijs, Dixit Gemin. in d. c.
8 ecclesiarum † seruos quòd sic. Sed an ad refectionem murorum ciuitatis teneantur cõtribuere ciues etiam ecclesiastici dixit peritissimus de Ponte de elect. officialium §. 1. nu. 40. quòd etiam tenentur contribuere ecclesiastici secundum Lucam de Penna, in l. fi. C. de extract. tribut. Sed non ex vi legis laicorum, sed ex vi rationis, iuxta communem distinctionem, de qua per Abbatem, & Canonistas in capit. Ecclesia Sanctę Mariæ de constit. & per Iserniam in c. 1. §. firmiter. col. 3. de prohib. feudi alien faciunt ea, quæ dixit Sotus in 4. sent. dist. 25. art. 2. col. 4. q. 2. vbi licet clerici nõ subiiciantur legibus secularib. c. si Imperator, d. 96. sunt tamen subiecti legi naturali, & diuinę, quę præcipit ne quis sua vltra iustum pretium vendat, quapropter clerici, vendentes frumentum vltra pretium taxatum à Republica mortaliter peccant, licet non teneantur ad pœnæ solutionem impositam contra carius vendentes; sic etiam tenentur ecclesiastici ad refectionem põtium, & viarum, & multo magis eorum subditi, & rustici iuxta facultates vniuscuiusque iuxta iura in leg. ne splendidissimè, & l. omnes, & l. turres. C. de oper. publ. non obstante quolibet immunitatis priuilegio, quia nemo ab his debet esse immunis, quia nulla ratione debent ab hoc qđ in communi oĩbus prodest seiungi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ cõpellendæ a suis Superioribus, Guido Papæ decis. 78. latè Io. Andr. de Nigris in clem. vnic. de vita, & honest. cler. nu. 3. Sed vt ad rem redeamus, à qua paulisper digressi sumus, quando dicitur familiã Episcopi gau-
9 dere priuilegio Episcopi, † non autem Canonis, nam illud non datur carenti ordinẽ secundum omnes in cap. vnico de cler. coniug. lib. 6. & datur illis, qui actu seruiunt, vt habetur per Concil. Trident. vbi supra secus si Episcopus familiarem licentiaret,
10 † vel seipsum familiaris licentiaret, & datur deputatis ad seruitium Episcopi, siue sint mercede conducti, siue non, clem. Ne Romani, de elect. sic de conuersis ecclesia-
11 rum, qui sunt † in duplici differentia, nam alii sunt conuersi ecclesię regularis, alii Ecclesiæ secularis, vt habetur per Gemin. in capit. duo sunt 12 q. 1. Hi vero, qui sunt cõuersi ecclesiæ regularis, & sunt in perpetuum oblati, de quibus in cap. per exemptionem de priuil. lib. 6. vbi Gemin. in ca. non dubium, extra de sent. excom. cap. 2. de foro compet. & per glosam in cap vt lex continentiæ, 27. q. 1 siue sint professi, siue nouitii, cum gaudeant priuilegio concesso Monachis, Abbatibus, & Religiosis quo ad confessionem, nam põt Prælatus,
12 qui præest illis † mansitantibus in monasterio eos assignare, vt cõfiteantur tali, vel tali, Quod etiam idem arbitramur de famulis degentibus intra monasteria regularium, vt satisfaciant pręcepto confessionis, & communionis in die Paschatis confitendo Sacerdotibus deputatis ad confessionem à suo Prælato, vt ibi sanctissimam percipiant cõionem. Non aũt tenentur ad confessionem, & cõionem singulis mensibus iuxta clemen. Ne in agro, §. sanè de statu monac. argument eorum, quæ diximus in 1. par. consil. lib. 3. consil 4. num. 7. de celebr. Miss. Sic & alias in 2. vol. consi. de pœnit. & remiss conf 3. affirmauimus magi-
13 strum † nouitiorum non approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones iuxta Conc. Trident. sess 14. cap. 15. posse audire confessiones secularium de licentia Abbatis, qui pro nouitiis recepti monasterio de eiusdem licentia remanserunt. Quare ex his rectè videtur concludendum famulos, qui sunt in monasteriis regularium, quandiu actu seruiunt in monasterio, & permanent, posse iuxta arbitrium Abbatis confiteri cuicunque regul. subdito ipsi Abbati.

Quod

Quod pænitentiæ sint in arbitrio Confessarij. Cap. 25.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens virus habet veniam culpæ.*
2 *Pęna infinitas tollitur p remißionē culpæ.*
3 *Pœna quòd sint arbitrariæ qualiter intelligatur.*
4 *Arbitrium Sacerdotis quale esse debeat. num. 7.*
5 *Pœnitens si non habet condignam pœnitentiam, tenetur supplere, & an Confessor minus dignā imponens peccet. n. seq.*
8 *Confessor eam debet imponere pœnitentiam, quam scit posse facere pęnitentē.*
9 *Pœnitentia iuueni debet maior imponi, quam seni.*
10 *Confessor imponendo minorem, debet innotescere pœnitenti, quòd illa pœnitentia non sit condigna.*
11 *Pœnæ satisfactoriæ sunt sicut medicinæ.*
12 *Confessionis reuelator qualiter veniat puniendus.*
13 *Confessoris prudentia in iniungenda pœnitentia.*
14 *Pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ; n. seq.*
16 *Crimen fit graue propter qualitatem continuationis.*
17 *Minor ætas excusat à delictis.*
18 *Pœna iniuncta à Canone secundum circūstantias potest addi, vel minui.*
19 *Pœna scripta in iudicio criminali mutari potest sic in iudicio animæ.*
20 *Intellectus ad tex. in c. falsas de pœnit. d. 5. & c. productior, d. 3.*
21 *Pœnitentia qualiter imponenda nu. 22. & seq.*
24 *Confessor debet scire peccata, quæ mortalia vel venialia.*
25 *Inferior an poßit diminuere pœnitentiam iniunctam à Superiore.*
26 *Pœnitentia publica potest commutari in priuatam ex causa.*
27 *Arbitrium Confessoris extenditur, vt possit absoluere absque pœnitentia.*

AD intelligentiam huius capituli sciē-
1 dum est, † quòd qui est verè pęnitēs, & confessus habet veniam culpę, quā solus Deus in contritione remittit, quæ non datur nisi correcto, ca. peccati venia de reg. iur. & pęna æterna debita pro culpa mortali commutatur à Deo in pęnam temporalem, nam sicut culpa respectu illius, in quē cōmissa est, fuit infinita, sic & pęna debet esse infinita, cuius infinitas tollitur per re-
2 missionem culpæ, sed quanta remaneat pęna, ignorat minister Dei, qui in pęnitentiæ Sacramento aliquam portionem illius pęnæ remittit, vnde minister Dei post premissa arbitratur de culpa, quam credit superesse ad arbitrium suum, & sic intelligitur,
3 quòd omnes pęnæ sunt arbitrariæ, iuxta tex. in clem. Dudum §. statuimus verbo cognouerit de sepult. cap. tempora, 26. q. 7. c. quæsitum, & ca. seq. extra de pęn. & remiss. tamen posset esse tanta pęnitentis contritio, quòd ne dum culpa, sed pęna prorsus tolleretur; Verum, quia hoc est dubium apud homines, minister Dei hanc pęnam cōmutat in certis operibus satisfactionis, ita dixit gl. in extrau. commu. c. 1. in verbo confessus de pęnit. & remiss. Debet tamen
4 hoc arbitrium esse discretum, † c. quem pęnitet de pęn. d. 1. quod in eo consistit, vt nō detur pęnitentia sic leuis, quæ vilescat, nec nimis rigorosa, quæ conturbet, nam si Confessor minus discretè, & sine causa legitima leuem dat, ita quòd ad plus teneatur satis-
5 facere, vtiq; ad illud plus † tenebitur supplere quod de iure deficit, l. 2. §. si quis condemnatus, ff. de re iudic. gl. in d. verbo confessis. Hinc D. Thomas in 4. dist. 20. dicit, quòd pęnitens quantumcunque persoluat pęnitentiam sibi impositam à Sacerdote, si pęnitentia præfata nō sit sufficienter satisfactoria, siue condigna pro solutione pænæ debitæ culpæ, pænitens non soluens talem pænitentiam, non est omnino absolutus, siue liberatus, sed erit obligatus persoluere in purgatorio. An verò Sacerdos minus condigno pęnitentiam iniungens peccet, dico quòd non semper peccat, tum quia non potest determinatè quantitatem pęnæ debitæ cognoscere, quamuis aliquid propè consideratis regulis patrum determinare possit, tum quia

quan-

quandoque ex industria minorem pęnam imponens plus prodest pœnitenti, quam noceat, qui fortè propter magnitudinem pœnæ posset à pœnitentia peragenda impediri propter debilitatem virtutis adhuc in eo de nouo recuperatæ, & ideo negligit minus damnum, vt maius euitetur, & iterum in eo paulatim confortatur amor domini, qui ad plura opera peragenda ipsum concitabit propria sponte, quàm Sacerdos sibi secundum quantitatem peccatorum iniungere potuisset, ita Turrecr. in d. cap. mensuram, num. 6. versic. Ad tertium col. 2. in fine. Debet etiam arbitrium Sacerdotis in iniungenda pœnitentia esse prouidum, de pœnit. dist. 3. cap. inter hæc, & diuino spiritu regulatum tam in pœnitentiis † taxatis, quàm taxandis; & cum sit Medicus spiritualis, non debet dedignari imitari Medicum corporalem, nam sicut Medicus habet oculum dextrum ad naturā, sinistrum ad morbū, & vlterius non vult, sic amouere subito morbum, quin velit etiam adhibere remedium contra recidiuum in illum morbum, & etiam alios, sic & iste, qui habet iniungere pœnitentiam salutarem, non quæ mortem animæ operetur, nunquam debet imponere pœnitentiam, nisi credat, quòd ille velit, & possit facere, alias ponit laqueum, † & non antidotum, sed venenum, propter quod non tantam imponat, quòd ille desperans totam dimittat, siue propter debilitatem bonæ voluntatis, siue corporis: ignis enim paruus, & scintilla vna non est oneranda multis lignis, sed paulatim fouenda, ne extinguatur. Debet etiam considerare recidiuum, quia aliquando est peccatum grauius, sed minus periculum recidiui, & debilius subiectū ad pœnitentiam, sicut fornicatio senis, quàm iuuenis, sed propter robur, & concupiscentiam vigentem † in iuuene debet maior iniungi, & ita habenda est consideratio ætatis, vt habetur per Turrec dist. 86 cap. tanta. Igitur consideratis omnibus circunstantiis peccati, & peccantis, & corporis, & animæ, & maiorem, & minorem debet imponere, sicut magis credit saluti illius expedire, sed ne eum decipiat, si minorem debito imponat propter aliquam iustam causam, debet illi innotescere, † quòd illa non est condigna, & q meruisset septemnē pro mortali, & huiusmodi, quod si non faciet hic, faciet alibi grauiorem, nisi propter hoc crederet eum incidere in desperationem, quia tunc non debet hoc dicere. Rursum pœnæ satisfactoriæ sunt, sicut medicinæ, & vt medicinæ in arte † determinatę non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium Medici non propriam voluntatem sequentis, sed medicinæ scientiam, ita pœnæ satisfactoriæ in Canone determinatæ non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium Sacerdotis diuino instinctu regulatum, glosa in capit. mensuram de pœniten. distinct. 1. cap. de his, distinct. 20. optimus tex. in d. capit. quem pœnitet. Ibi ipsi enim, vbi habetur, quòd procedat etiam si Canon imponat certam pænam. Hinc quamuis secundum tex. in capit. omnis, extra de pęniten. & remiss. reuelator confessionis debeat deponi, & ad agendam pœnitentiam † in arctum monasterium detrudi, tamen illa pœnitentia imponenda est iudicio, quando quis hoc fatetur, vel conuincitur, argum. textus in cap. vestra extra de cohab. cler. vel muli. quin in foro pœnitentiæ videtur esse pęna arbitraria pro huiusmodi fractione sigilli, sicut pro aliis peccatis, ita Archiepis. Flor. in 2. par. sum. tit. 17. de celatio. confess. cap. 22. & sicut Medicus alicui nō dat medicinam ita efficacem, quæ ad morbi euacuationem sufficiat, ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur, ita Sacerdos diuino instinctu motus non semper totam pęnam, quę vni debetur peccato, iniungit, ne infirmus ex magnitudine pęna à pęnitentia totaliter discedat. Igitur omissis duabus opinionibus, quarum prima erat, quod pęnitentię sunt arbitrariæ, hoc est in voluntate Confessarii, qui pōt plus dare, vel minus pro voluntate sua, nec peccat, & hoc ex vi clauium, Et altera, quòd ita sunt arbitrarię, quod eorum est iudicare de circunstantiis omnibus contingentibus, & à Canonibus non recedere, idest à pęnitentiis iniunctis à Canone; Et quod eorū est arbitrio, vel pęnitentias iniunctas a Canone aggrauare, si qualitas facti hoc exigit, vel

Margin numbers: 7 (at "tiis † taxatis"), 8 (at "sit facere"), 9 (at "bur, & concupiscentiam"), 10 (at "scere"), 11 (at "in arte"), 12 (at "agendam pœnitentiam"), 13 (at "non semper totam")

vel etiam diminuere, dicamus cum Alex. de Ales & D. Thoma in 4. sent. distin. 18. & cum Richardo de Alta villa, & Turre-
14 cr. † quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ remittendæ arbitrio Confessoris, qui multa debet considerare, vt dicit Leo Papa in d.c. tempora, cuius hęc sunt verba. Tēpora pœnitudinis habita consideratione moderationis constituta sunt tuo iudicio, pro vt conuersorum animos perspexeris esse deuotos, pariter habentes simul ætatis intuitum, & periculorum quorumcunque, aut ægritudinis respiciēs necessitates Quapropter in iniūgēda pęnitētia cōsideranda est
15 criminis commissi qualitas .s. homicidij, vel adulteri, sacrilegij, vel parricidij, quoniam secundum qualitatem criminis est iniungenda pœnitentia, vt vbi maior culpa fuerit, ibi maior, & asperior detur pœnitentia, iuxta illud Deuter. 25. pro mensura peccati erit plagarum modus: Item an occultum, vel manifestum. Item personæ dignitas, An Abbas, vel religiosus, ca. quoniam de vita, & honest. cler. nam augetur peccatum ex dignitate præpositi, ff. de re milit. l. homines, §. augetur. Hinc magis peccat percutiens Principem, aut in statu sublimiori constitutum, quam subditum, & plus percutiens clericum, quam laicum, & senem, quam iuuenem, & plus qui in maiori ætate peccat, quam qui in puerili, aut iuuenili propter maiorem, vel minorē vsum rationis, & plus qui cum virgine, quàm qui cum meretrice, & plus qui cum vxorata, vel vidua, quam cum soluta, & plus cum religiosa, vel cognata, vnde secūdum conditionem personarum augetur, vel minuitur pænitentia. Item consideranda est nobilitas, dist. 86. cap. non cognatis Item conditio, An sit seruus, vel lib. Item Paupertas, de senten. excomm. capit. fin cap. si quis propter, de furt. Infirmitas, Debilitas, cap. 2. de obser. ieiun. Perseuerantia, nam crimen fit graue propter qua-
16 litatem continuationis, † Hinc Baldus in capit. de appella. in fine, extra de appell. dicit, quòd licet quis propter furtum non debeat suspendi de iure, sed tantum latro, si tamen fuerit furtum continuatum, bene suspendetur, & tex. in cap. cum vnum, §. criminis, dist. 25. quòd peccatum veniale fit mortale propter continuationem, Quare dixit Gul. per l. nemo C. de Episcop. aud. quòd qui geminat delictum non debet sperare veniam, & indultum Principis super condemnatione secunda non valet, nisi fiat mentio de prima; quia censetur esse subreptitium; & reiterans delictum non debet gaudere priuilegio legis, d. l. nemo. Vnde nulli dubium, quòd quanto in peccato plus perseuerauit, plus peccauit, tum quia bonum, quod facere debuit, non fecit, Tum quia diutius existens in peccato Deum diuturnius, & frequentius offendat. Item consideranda est Sociecas, & Locus, quia plus peccatur in vno loco, quam in alio, vt plus in loco sacro, quam in non sacro. Item Aetas, quarè tam in foro exteriori, quàm interiori ętas excusat, etiam
17 † in delictis grauioribus, vt mitius puniatur minor, quam maior, quam etiam in foro animæ, vt non sit sic graue peccatum: Hinc nos diximus ex Iulio Claro in 1. par. consil. libr 5. de adult & stupro consil. 3. num. 14. quòd minor pœna. s. fustigationis imponitur puero, qui permisit se carnaliter cognosci, & quo ad hoc dicitur ætate imbecillis etiam maior 14. annorum, sed minor 25. Sic & in animæ iudicio, facit tex. in cap: 1. & 2. extra de delict. puer facit tex. 33. q. 2. capit. in adolescentia, Item contritio, lachrymæ, & deuotio, ætas senilis, 86. dist. c. tanta, sic loci, & temporis qualitas, & aliæ circunstantiæ, ob quas temperatur rigor iuris, extra de transact. c fin. 23. q. 8. cap. occidit. Quibus consideratis dicimus quòd non solum pœnitentiæ, quæ à Canonibus non sunt taxatæ, sed etiam taxatæ, sunt arbitrariæ, & ita generaliter seruatur. Hinc licet sint taxatæ pœnitentiæ a Canone, si quis euomuerit Eucharistiam, vel si non custodierit bene Sacramē-
18 tum, vel mus † vel aliquod aliud animal in ecclesia comederit, tunc debet pænitere decem diebus, vbi in prædictis diebus debet ieiunare, & à cōmunione cessare presbyter tamen pensatis negotijs personæ, & criminis conditionibus potest minui, & addi; vt dixit summa Asten. lib. 4. de defecti. conting. in Missa. tit 15. col 4 Sic licet pro quocunque peccato mortali, vt habetur in cap. hoc ipsum. 33. q. 2. imponebātur

7. anni

7. anni pœnitentiæ, qui quidem septem anni non intelligebantur, vt quotidie fieret pænitentia, sed forsan semel in hebdomada indicebatur, vel in mense vnum ieiunium, vel aliud bonum opus secundum arbitrium Sacerdotis; Ita Steph. de Gaeta. in repet. cap. ad limina, num. 434. 30. q. 1. tamen illi 7. anni iuxta iudicium Confessoris poterant remitti, vel augeri, ita Abb. in cap accepisti, num. 4 de spons. duo, & in cap. accusasti, num. 3. de accus. siue talis pænitentia sit taxata à Canone, siue non. Etenim si Iuristæ communiter tenent pęnam scriptam in iudicio crimina-
19 li, & contentioso mutari posse: Quod pręsertim habet locum in Principe, nam omnes pœnæ secundum Aegyd. Boss titu. de pænis, num 9. & 23. sunt Principi arbitrariæ, quare potest extendere, vel minuere quomodo melius ei videbitur, Farina. Latissimè in tit. de delict. & pęnis, q. 13. part. 1. num 39. & 60. multo magis hoc concedendum erit in iudicio animæ. Quod si quis objciat text. in cap. falsus, de pœnit. dist. 5. vbi habetur, quòd falsas pœnitentias esse dicimus, quæ non secundum auctoritatem Sanctorum Patrum pro quali-
20 tate criminis imponuntur: † sic text. in c. productior, dist. 3. de pæn. quia resp. iuxta Do. Albertum Magnum, quòd Gregorius in d. capit. falsas non intendit, quòd nihil iniungatur alicui pęnitenti, nisi quod dicit Canon, & quod exigit qualitas criminis, sed potius dicit quòd Canon, & qualitas criminum sint regulæ iniungendi pœnitentiam, sed tamen propriæ huiusmodi regulæ ad hunc pænitentem, & illum sunt secundum arbitrium discreti Sacerdotis, licet auctoritas det regulas medicinæ, sed illas moderari competit discreto Medico, ita est in pænitentiis impositis a Canone, concordat Sanctus Thomas, qui ait, quòd ad literam seruentur pœnitentię in Canone iniunctę, sed consideratis conditionibus peccati, & pęnitentis pœnitentię sunt moderandę: Et ita illę pœnitentiæ dicuntur falsæ, quæ nullis consideratis circunstantiis, imponuntur, Turręcr. in d. ca. falsas. Ad secundum num. 4. Illud vero cap. productior intelligitur de pęnitentia interiori. Sunt ergo pænitentiæ imponendę ad arbitrium boni, & discreti viri, quod etiam extende, quando in Bulla Iubilei diceretur, vt pęnitentiæ iniungantur pro suæ voluntatis arbitrio, vt diximus in 1. parte consil. lib. 5. de pęniten. & remiss. consi. 1. num. 30. Cauere tamen debet Sacerdos, quòd sic discretè arbitretur, quòd ipsemet non oneretur, & nec auctoritas ecclesiæ, aut potestas clauium contemnatur, dist. 50. c absit. Quare iniungat pęni-
21 tentiam † per contrarium correspondens ipsi peccato; vt superbo orationis humilitatè, auaro eleemosinarum largitionem, guloso abstinentiam, luxurioso ieiunium, & eleemosinam & si videbitur expedire peregrinationem, vel aliàs loci mutationem vt sic caro maceretur, & non resti-
22 tuatur ad delectationem memoria † facti ex aspectu loci, vel personæ, in quo loco, & cum qua peccatum est commissum, d. 81. cap. valet, & 15. q. cap mulier. Sic ei, qui omisit recitare officium sine causa, est pænitentia iniungenda de peccato omis-
23 sionis, † & satis est conueniens, quod Sacerdos ei in eo pænitentiam iniungat, in quo deliquit, scilicet in dicendo eadem officia, sed si in hoc non crediderit ei proficere, mutabit in aliam pænitentiam. Secundum Innoc. & Ioan. And. & Panor. in cap 1. de celebr. Miss. Item ad pænitentiā congruam imponendam necessarium est scire quæ sint peccata mortalia, & quæ venialia, quæ multa enumerat August. dist.
24 29. cap. vnum § criminis Consulo tamen Confessori, vt non sit nimis promptus iudicare peccata mortalia, nisi sibi constet pro certo, sed potest dicere esse peccata, & inducere homines ad pænitentiam de talibus: Aliter enim possent homines induci ad desperationem. Cum ergo pęnitentiæ sint arbitrariæ fit, quòd inferior possit commutare, aut diminuere pænitentiam,
25 † quam iniungit superior per text. singularem in cap. tempora, 26 q. 7. cap. accedens distin. 50. etiam si fuerit iniuncta ab Episcopo, vel Papa, quando non est facilis recursus ad Superiorem, & difficiliter potest adimpleri, & periculum est male implendi ex fragilitate pœnitentis, Ad idem glosa in cap. latorem in verbo conuersionem 33. q. 2 Syluest. in verbo confessio 1.

siue

siue pęnitentia fuerit iniuncta in eo casu, de quo ab initio inferior poterat pęnitentiam iniungere, cognita tamen causa, nisi superior reseruauerit talem relaxationem, vel commutationem, arg. tex. in d.c. accedens, cap. tempora, & cap latorem, siue ēt pęnitentia fuerit iniuncta in casu reseruato Superiori; modo vrgeat necessitas, aut vtilitas: quia tunc est pium interpretari, quod Superior in his casibus commiserit inferiori auctoritatem commutandi, verbi gratia ob spiritus languorem, vel corporis debilitatem, Turrecr. in d.cap. tempora. Quod multo magis extende ad pęnitētiam iniunctam à se, atque à pœnitente acceptatam, vt nos diximus in append. lib. 2. cap. 1. nu. 10. Et nota quòd in tantum attribuitur Sacerdoti arbitrium circa pęnitentiam, quòd etiam pęnitentia publica, quæ debet fieri in aliquo casu, possit commuta-
26 ri † in priuatam ex causa, vt tradit Abb. post Host. in cap. 2. in vlt. notab. extra de malef. Decius in ca at si clerici. §. de adult. n. 33. & 34. de iudic. qui etiam dixit, quod
27 in tantum extenditur arbitrium, † vt possit absoluere absque pœnitentia, si maximam in pœnitente viderit contritionem, secundum glosam in d.cap. mensuram, verbo doloris de pęnit. dist. 1.

Peccati venia an ex diuturnitate temporis aggrauetur. Arbitrarium. Cap. 26.

SVMMARIVM.

1 *Diuturnitas temporis an aggrauet peccatum, & culpam, num. 2.*
3 *Consuetudo ad excusanda peccanda peccata non est alleganda.*
4 *Consuetudo an in delictis excuset à pęna.*
5 *Tolerantia duplex, approbatiua, & permissiua.*
6 *Quod quis suo ingenio sit relinquendus, vt intelligatur.*
7 *Venia non datur nisi correcto.*
8 *Excommunicatus quando sit absoluendus intuitus.*
9 *Pœnitentia, cui magis iniungenda, vel diu delinquenti, vel ei qui recenter.*
10 *Delicta sunt in triplici differentia.*
11 *Peccat quis tanto grauius, quanto magis singularis est in peccato.*
12 *Pœna mitior imponenda ei, qui debilis est in fide, & leuiter trahendus, nu. seq.*

CIrca præsens capitulum plures inuenio opiniones, nam in foro exteriori text. in cap. cum haberet; extra de eo, qui dux. in matrimon. dicit, quòd diuturnitas
1 † temporis aggrauat delictum, tex. vero in l. si diutino, ff. de pęnis, & l. ei, qui, ff. de furtis dicunt, quòd temporis longitudo attenuat, & minui delictum, vbi contrectatione longioris temporis non augmentatur furtum, sic in foro interiori, quod est conscientiæ ex diuturnitate temporis aggraua-
2 tur culpa, † c. cum tanto, extra de consuet. vnde ad continuationem peccati in tempore datur augmentum peccati, & ita ex reiteratione actuum, in qua consistit consuetudo, potius augmentatur, quam minuitur peccatum, quod notat D. Anto. de But. in d.cap. cum tanto, nume. 4. contra
3 illos, qui ad excusanda peccata † sua, & aliorum allegant cōsuetudinem, pro quo facit glosa in c. denique, dist. 4. vbi intrat illam materiam, An in delictis consuetudo excuset a pęna, & arguit pro, et contra, Sed finaliter concludit, quod excusat a pæ-
4 na temporali, Sed non gehennali. † Similis est glosa in cap. cum venerabilis de cōsuet et in c. vnico, extra de postul. prælat verbo de cætero, Et ita ecclesia tolerat consuetudinem malam tolerantia permissiua ad euitandum peccatum, et peri-
5 culum † schismatis, vel scandali, non autē approbatiua, et sic est intelligēdum illud, quod quis est relinquendus ingenio suo, hoc est, quòd quis peccando toleratur, quando timetur scandalum, vt quia multitudo est in causa, 1. quæst. 7. cap. quoties, 23. quæst. 7. cap non potest: tunc enim toleratur, et ideo dicitur suo ingenio relinqui, dūmodo nō sint nimis enormia, quia tunc nullo modo delicta toleranda sunt, si cōpesci possunt cap. flagitii. 33. q. 7. c. fi. 1. q. 3. præpos. in d.c. denique. num. 5. sic etiā intelligitur veniam non dari nisi corre-

7 cto, vt in c. peccati venia de reg. iur. in 6. scilicet culpæ, nõ autem pęnæ, ex qua glosa iustificatur illud, quod Io Andr. post Sãctum Thomam in ca. 2. de senten. excom. lib. 6. dicit, quòd excommunicatus absol-
8 uitur † inuitus, vbi excommunicatione fit deterior: Hinc fit, quòd ex perseuerantia criminis, grauior sit pœnitentia imponenda, de hoc, dist. 90 cap. si quis Monachus, & cap. seq. Verum cui magis imponenda sit pęnitẽtia illi, qui diu est, † quod
9 deliquit, vel illi, qui nouiter, & recenter. Anch. in d c. cum haberet, nu 8. & in cap. cum tanto, vbi Imola, extra de consuet. sic distinguit, quòd quædam sunt delicta momentanea, quæ reiterationẽ non recipiũt, vt homicidium, in quo magis punitur qui hodie, quam qui decem annis elapsis illud commisit. d. l. si diutino, & tunc si commisit quis antiquo tempore, & tunc punitur, debet pęna aliquantulum subleuari, & ita loquitur tex. in d l. si diutino. Quædam vero sunt maleficia, quæ licet sint momenta
10 tanea, sunt tamen reiterabilia, † vt adulterium, puta quia tenuit mulierem in adulterio longo tempore, vt in d. c. cum haberet, & tunc debet acrius puniri vt in l. mariti, §. sex mensium, & ibi not. ff de adult. Vbi seuerior ponitur pęna propter diuturnitatem temporis, quo in adulterio perseuerauit. Quædam sunt delicta, quæ non sunt momentanea, sed habent actum successiuum, vt e man sor, & tunc debet pœna augeri, l. aut facta, §. tempus, ff. de pęnis, & ita distinguit Bar. in d. l. si diutino. Et hæc procedunt in foro exteriori; Verum circa forum conscientiæ dixit. Ioan. Andr. in d. c. cum haberet, nu. 5. quòd quanto maiori tempore quis est singularis in peccato,
11 † tanto grauius peccat, quia quanto diutius inficitur anima, tanto amplius elongatur à Deo, debilitatur, & corrumpitur, & sic per consequens difficilius releuatur, & sic intelligitur tex. in d. c. cum tanto. per hoc autem apparet, quòd ex eo parcẽdum
12 est, & mitior pœna † imponenda arbitrio Confessarij, quia debilis in fide supportandus est, & leuiter trahendus, c. Deus, qui extra de pœnit. & remiss. Maximè tamen parcendum est, quando non defendunt errorem, & sunt animo parati illum deserere nam si eos nimiis ieiuniis, & orationibus Confessor grauaret, & disciplinis, cũ sint in bonis operibus debiles, possent contemnere pęnitentiam, & cadere in illa, & alia crimina, Quapropter secundum consiliũ
13 Augustini cum mansuetudine † sunt suscipiendi à Confessario, quousq; trahãtur ad Deum, & faciant eos saltem pro prima vice, vel duabus post primam confessionem confiteri post octo dies, & iniungere eis à principio leuem pęnitentiam: Deinde iniungere paulatim maiorem, hoc igitur erit arbitrarium considerata qualitate personarum, & contritione, idem diximus in 1. par. cons. de sent. excom. cons. 16. nu. 11.

Consuetudo per quos actus inducatur. Arbitrarium. Cap. 27.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo capitur pro assuefactione hominum.*
2 *Consuetudo quibus actibus introducatur.*
3 *Priuilegio excarcerandi pro aliquo delicto gaudebit solum, qui semel excarceratus est.*
4 *Frequentare quãdo aliquid dicatur fieri.*
5 *Semel, aut bis quod fit dicitur raro, fieri.*
6 *Reiterationes multo plures, quam binæ, vel ternæ requiruntur ad inducendam consuetudinem.*
7 *Contemptus Dei, & proximi multiplicatur ex fornicationis multiplicate.*
8 *Consuetudo, quæ sumitur pro iure publico ex quibus actib. hominum oriatur.*
9 *Actus quot, & qui requirantur, est arbitrarium.*

Diximus ex præcedenti capitulo. An ex diuturnitate peccati sit leuis, vel grauis pœnitentia iniungenda, modo superest, vt consideremus per quot actus ipsa diuturnitas, frequentia, & consuetudo introducatur. Vnde sciendum est, quòd de cõsuetudine facit vnum tractatum Io. Andreas in c. fin. extra de consuet. Hæc au
1 tem consuetudo quandoque capitur † pro con-

consuetudine, quæ consistit in facto, hoc est pro assuefactione hominum praua ad peierandum, blasphemandum, & adulterandum, &c. & ad hanc consuetudinem inducendam dicit glosa in c. mos, dist. 1. quod
2 ex duobus vicibus † quis dicitur consuetudinem facere in delictis. Idem ponit Archid. 12. dist. c. illud, vbi dicitur, quòd ex bino actu probatur consuetudo, & vitium hominis, quod nota, quòd ad hoc vt quis dicatur consuetus vsurarios contractus facere, non sufficit probare vnum contractum vsurarium per ipsum fuisse celebratum, & ita debet intelligi, extra de pignor. c. illo vos, facit ad idem tex. in l. nemo. C. de Episc. aud. vbi dicit glosa, quòd duæ vices faciunt consuetudinem, per quem tex. dicit ibi Bar. quòd si statuto cauetur, quòd
3 qui reperitur in carcere † pro maleficio die Veneris sancti debeat excarcerari, hoc priuilegio gaudebit solum ille, qui semel carceratus est, non autem ille, qui ex eadē causa iterum carceratus est, casus est in d. l. nemo. facit dictum Iasonis in l. nec damnosa C. de preci. imper offeren. nu. 4. & ita duæ vices in criminalibus faciunt consuetudinem. Sic habetur per glosam, extra de vita, & honest. cler. ca. monasteria, quòd
4 frequenter † dicitur fieri quod bis fit. Ad idem glosa in auth. de defens. ciuit. & nota, quòd idem dicitur frequenter, quam assidue, c. cum oporteat, extra de accusat. l. 1. in principio legis, ff. de susp. tut. Iacobus autem Butrius dicebat binum actum non dici frequentem; quia quod bis accidit, cōtemnunt legislatores, ff. de legib. l. nam ad ea, in auth. vt sine prohibitione §. pen. in fin. colla. 8. Hinc Bar. in l. iura, nu. 1. ff. de legib. dixit quod id, quod fit semel, aut bis
5 dicitur raro fieri. vnde alii dicunt decies debuisse fieri actum, vt illi inducant consuetudinem, sicut decem oues gregem, ff. de abig. l. fin. in princip. Sed eodem modo possent isti aliis numeris vti, qui notātur, extra de elect. c. 1. Iason autem in l. ait prætor, §. rurali, ff de iureiur. dicit, quòd non sufficit binus, aut ternus actus ad inducendam consuetudinem, l. 3. ad finem. C. de Episc. aud. Sed pro consuetudine requi-
6 runtur multo plures reiterationes, † quantæ esse debeant, credimus eas esse remittēdas arbitrio prudentis Cōfessarii, qui hoc habebit desinire ex qualitate actuum, an scilicet eodem tempore, vel diuerso, quia debent vices non esse continuatæ, sed interruptæ ad introducendam consuetudinem, nam crimen continuatum eodē die pluries habetur pro vno delicto, Bar. in l. de quibus, extra de consuet. Bal. in c. cum ecclesia, extra de causa posses. & propriet. Licet quo ad peccatum in foro consciētiæ Gem in c. imitare, 6. q. 1. dixit quod ex multi-
7 plicitate fornicationis eodem contextu † cum muliere commissæ multiplicatur cōtemptus Dei, & proximi, nouumq; peccatum contrahitur toties, quoties mulier carnaliter cognoscitur, vnde toties peccatum multiplicatur, quoties perfectum, & multiplicatum iterum multiplicatur. Nauar. in Man c. 6. nu. 16 versic. Quarto. Quapropter non sufficeret confiteri se semel fornicationem commisisse, sed toties, quoties. Item Confessarius arbitrando debet habere rationem ad personarum qualitatem, an calore iracundiæ, & si iracundia fuerit talis, quòd nō aduertat quid faciat, & ita cum certa regula tradi nō possit per quos actus introducatur consuetudo in peccatis, videtur arbitrarium, c. de causis, extra, de offic. deleg. sic si loquimur de cōsuetudine, prout sumitur pro iure publico, & tunc hæc consuetudo oritur ex actibus hominum, qui sic consueuerunt face-
8 re, vt dicit text in cap. mos, dist. 1. & tunc ad introducendam hanc consuetudinem requiruntur tot actus, ex quibus insurgat expressus, vel tacitus consensus populi, vel habentis potestatem legis condendæ, ex quo appareat ipsum consentire, & velle illud pro iure seruare, vt fiat actus toties, & tam publicè, vt verisimiliter ad notitiam populi, vel maioris partis peruenerit. Quot
9 autem actus, & qui requirantur, † non potest tradi certa doctrina, sed verior, & cōmunior videtur opinio, vt boni viri committatur arbitrio dignoscere quot actibus consuetudo censeatur inducta, vt per Menoch. post Gem in cap. mos, distin. 1. de arbitr casu 83. num. 4 & latè Roch. Curt. de consuet. sect 4. nu. 37. vbi alios allegat, & sect. 7. nu. 18. & 20.

Blaſphemia publica quæ ſit, videtur arbitraria. Idem de pœnitentia. Cap. 28.

SVMMARIVM.

1 *Famæ bonæ, & malæ deſcriptio.*
2 *Manifeſtum quid, & qualiter à fama differat.*
3 *Notorium iuris, & aliud facti.*
4 *Populus quando dicatur eſſe teſtis, & quæ perſonæ faciant populum.*
5 *Blaſphemia an ſit notoria, videtur arbitrarium.*
6 *Publicum dicitur quaſi populicum.*
7 *Rumor quid, & omnino occultum, & penè occultum quid dicatur, num. ſeq.*
9 *Blaſphemia iniungenda blaſphemanti eſt arbitraria.*
10 *Punitur magis in arbitrijs delinquens cõtra Deum, quam Sanctos.*

AD euidentiam huius c. videndum eſt quid differat fama à manifeſto, notorio publico, rumore, & pene occulto. Fama ſecũdum Hoſt. duplex eſt, vna, quæ
1 habetur de homine, & ſic deſcribitur. fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus probatus, & qui talem famam negligit, eſt crudelis, 12. quæſt. 1. cap. nolo. Et conuenit iſta deſcriptio tantum famæ bonæ, vnde per oppoſitum poteſt deſcribi mala fama, infamia eſt læſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus reprobatus, Eſt etiam alia deſcriptio, quæ communiter conuenit bonæ, & malæ famæ, & eſt publica, ſiue famoſa inſinuatio, ſeu proclamatio, & communis ex ſola ſuſpitione, & incerto auctore proueniens, vel aliter ſecundum Guli. poteſt deſcribi, fama eſt vehemens, vulgi, ſiue maioris partis eius opinio rei de qua quæritur, conſentiens, arg. 11. q. 1. c. presbyter. An tamen hæc fama probet, videnda eſt ſumma Aſteſana lib. 4. titu. 16. col. 3. in fine, & 4. Manifeſtum vero eſt pu
2 blica, ſeu famoſa inſinuatio: † ſiue proclamatio, & communiter ex certa ſcientia: Et hoc differt à fama, quæ ex ſola ſuſpitione oritur, ſed manifeſtum ex opinione communi, & ſcientia paucorum. Et tale manifeſtum dicitur publicum, ex fama, quia eſt fama, & quia eſt famoſum, & certũ, extra de cohab. cler. & muli. ca tua, §. ſi vero. publicum ſit. At notorium aliud eſt iuris,
3 † & aliud facti. Notorium iuris eſt illud, de quo aliquis canonicè per ſententiã eſt condemnatus, vel in iudicio ſpontè cõfeſſus, c. veſtra de coha. cler. & muli. Sed notorium facti eſt cuius teſtis eſt populus, & diſſimulationi, & inficiationi non eſt locus, d. c. veſtra, & c. tua. Sed ſe exhibet conſpectui hominũ, ita quòd nulla poteſt tergiuerſatione celari, c. quæſitũ eo tit. & dicitur populus eſſe teſtis, ſiue crimen notũ
4 ſit omnibus, qui in loco illo ſunt, ſiue in Villa, vel Parochia ſunt, ſiue maiori parti ſecundum Inn. 2. q. 1. c. manifeſta, & c. de manifeſta, & quia decem Parochiani faciunt populum, quamuis Parochia habeat multos Parochianos, etiam mille. Si tamẽ illi decem eſſent perſonæ graues, & honeſtæ, & ſcandalizarentur de Sacerdote fornicatio, vel viro blaſphemante, tunc ſecundum Rod. fit interpretatio, quod populus ſcandalizaretur, cum decem faciant populum, ſicut duo Congregationem, extra de elect. cap. 1. & tres collegiũ, & 12. vel 20. turbam, & decem oues gregem, ff. de verb. obligat. l. Horatius, ſic ſi villa, vel Parochia non haberet niſi decem Parochianos ſufficeret crimen eſſe notum illis decem, vt ſic diceretur notorium Hoc vero notorium facti quando dicatur, relinquitur arbitrio Confeſſarii, cum in iure non ſit expreſſum, cap. de cauſis de offic. de leg. l. 1. ff. de iure delib. Et ita vt blaſphemia fit no
5 toria, vr̃ eſſe arbitrarium, † vt conſideret Confeſſarius homines audientes, qui fuerunt, an fuerint perſonæ graues, item loci qualitatem, & temporis, nam notitia multorum hominũ accipienda eſt iuxta numerum perſonarum, qui ſunt in loco. Etenim ſi nouẽ homines in Ciuitate ſunt pauci, in villa tñ erũt multi. Vnde ſi in publica platea, aut mercato coram decem audiẽtibus blaſphemiam quis promeret, tunc eſſet publica blaſphemia, quamuis ibi eſſet numerus mille hominum, verum ſi in villa, tũc ſufficit pars minor, quæ audiſſet. Debet ẽt conſiderare Confeſſarius corã quibus blaſphemauerit, an domi corã filiis, & famulis,

lis, quamuis essent plures, quam decem, vel nauta in mari coram socijs, Mulio per viam incedendo, nam tunc profano non erit publica blasphemia, nisi indifferenter vbicunque inueniretur, prorumperet in blasphemiam coram multis, sic etiã oportet considerare tempus, vt fiat in die concurrentibus circumstantiis, nam si fieret de nocte, non esset blasphemia publica, & notoria, quę omnia prudens Confessarius perpendere debet, vt iudicet an blasphemia sit notoria, vel publica: nam publicum
6 dicitur † quasi populicum, glosa in §. consequens instituta de suspe. tutor. Deriuatur enim hoc verbum publicum à populo, nam publicum dicitur, quòd generaliter omnes sciunt, notatur in l. 1. C. de sacr. sanct. eccles. Vnde blasphemia publica idẽ est, quòd notoria, de iure, vel facto. Est etiam rumor, qui est insinuatio particula-
7 ris ex sola suspitione, † & incerto auctore proueniens, arg. extra de eo, qui cogno. cõsangu. vxoris suæ, cap. super eo. & hic non probat, sed solum præsumptionem inducit, vnde non est persequendus multum, quia vanæ voces populi non sunt audiendæ, C de pœnis, l. decurionum, & extra de elect. cap. osius, & dicitur rumor, idest clamor, extra de excess. prælat. cap. ex literis. Audistis quantus est clamor populi. Est e-
8 tiam occultum omnino, † quod nulla ratione potest probari, & de quo nullus loquitur, quia nescitur, quod vindictam non habet in seculo, 32. q. 5. cap. christiana, vnde relinquitur diuino iudicio. 32. dist. cap. erubescant, & 6. q. 1. cap. si omnia, suspendit tamen hominem quantum ad se, & quã tum ad Deum, vt 32. dist. cap. habuisse, & 1. q. 2. c. Sacerdotes. Occultum pænè secundum Hostiensem dicitur quod scitur ab aliquibus, puta duobus, vel tribus, vnde est singularis, & priuata insinuatio ex scientia, & certo auctore proueniens, vel secundum Abbatem dicitur id, quod probari potest, sed cum difficultate, vnde dictio pœnè diminuit, sicut dictio quasi, & ita ex pręmissis patet, quod est omnino occultum, quid pœnè, quid rumor, quid fama, qui notorium, & publicum, & diximus quòd blasphemia an sit notoria, vel non, remittitur arbitrio Confessarii determinanda. Sic pæ
9 nitentia, † quę erit iniungenda in foro pęnitentiæ blasphemanti, erit arbitraria, nã arbitriũ versari debet an fuerit assuetus, hoc est an pluries reiterauerit blasphemiã. An illa fuerit pronuntiata in Deum, aut Beatissimam Virginem, aut sanctos, quia grauior est illa, quæ fit contra Deũ, quàm in Beatissimam Virginem, & hæc grauior, quàm contra Sanctos, vt probat tex. ex ordine literę in c. 2. extra de maled. Hinc ma
10 gis punitur in arbitriis delinquens † contra Virginem, quàm contra Sanctum aliquem, vt dixit Abb. in d. c. 2. nam in ordine Sanctorum primum locum obtinet, c. noua de pœnit. & remiss. Quare multo grauior imponenda est pœnitentia blasphemanti Deum, quam Beatam Virginem, & illam, quàm Sanctos. Considerare etiam debet an malitia fuerit cum animo, & affectu detestandi, vel Deum irridendi, quàm quę fit ex passione, & an sit prolata ex deliberatione, vel sine ea. item consideranda est qualitas personarum, nam ratione personæ aggrauatur peccatum, vnde plus peccat in dignitate constitutus, quàm priuatus, & plus Prælatus, quàm subditus, cap. homo dist. 40. & 2. q. 1. cap. nulli fas. & ita his omnibus circumstantijs perpensis, & consideratis arbitrabitur, quæ nam pœnitentia sit iniungenda pœnitenti blasphemanti.

Quod Sacerdos eo ipso ob crimen teneatur deserere officium confessiones audiendi, an semper procedat, Videtur arbitrarium. Cap. 29.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrarium videtur requiri prudentis Confessarij, an censeatur adempta licentia audiendi confessiones propter sollicitudinem.*
2 *Scandala ad euitanda receditur à regulis iuris.*
3 *Incontinenti renuntiasse quando dicatur.*
4 *Fama quando periclitaretur, officium non est renunciandum.*
5 *Restitutio differenda, quando esset periculum famæ, vel corporis.*

6 *Mulier quando excuſetur à reuelando partum ſuppoſitum.*
7 *Famæ reſtitutio facienda eſt ſub peccato mortali fallit.*
8 *Ordinarius an faciendo conſtitutionem, reſeruando ſibi ſodomiam, ita vt in ſacris conſtituti illam perpetrantes ſint ipſo iure ſuſpenſi à diuinis, dicta conſtitutio valeat.*
9 *Prodere ſeipſum plus eſt quàm verbis.*
10 *Occultum delictum quale dicatur.*
11 *Confeſſor, qui non poteſt deſerere officium Confeſſoris ob crimen, quod cõmiſit ſub pœna licentiæ reuocatæ ipſo iure, quid faciet.*
12 *Confeſſio ſolum requiritur in ſuſcipiendo Eucharistiam, & ſacros ordines.*

SOlet in aliqua Diœceſi ab omnibus locorum ordinarijs reſeruari caſus Confeſſorum exemptorum ſollicitantium pænitentes ſiue in actu cõfeſſionis, ſiue propè, vt eo ipſo cenſeatur adempta approbatio. An ſemper procedat, Reſpõdeo quòd hoc videtur procedere, & pendere ex prudenti
1 † arbitrio prudentis Confeſſarij, quod ſi delictum eſſet occultum, & ſi deſiſteret ab audiendis confeſſionibus, eueniret ſcandalum, vel ſi in claſſe iterum ſe præſentaret,
2 nam tunc recedendum eſſet † à regulis iur. vt dixit Felyn. colligendo quindecim ſpecialia inducta ad euitandum ſcandalum in cap. nihil nu. 2. extra de præſcrip. vel quid ſi dum abſtineret Sacerdos, præciperetur à Superiore, vt audiat confeſſiones, ſicut prius, quod ſi renueret obedire, periclitaretur eius honor, & fama, nam tunc non debet deſerere audientiam confeſſionum, ſed tempus expectare, vt quamprimum oblata occaſione illud abſque tali periculo deſereret: nam dicitur incontinenti renuntiaſ-
3 ſe, qui † renuntiauit quamprimum oblata ſibi occaſione, vt adnotauit Abb in cap. vlt. num. 11. extra de ordi. cognit. facit dictum Menochi, par. 1. conſ. 2. num 179. ſic licet priuentur voce actiua, & paſſiua regulares, qui abſque expreſſa licentia ſacræ Congregationis iuxta decretum ab ea editum Romæ nonis Maij 1590. quod incipit Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi Domini ad monaſteria, ſeu domos quarumcumque Monialium, vel Sororum ſui, ſeu alterius cuiuſuis Ordinis accedunt, tamen nullus eorum erit obligatus ſtatim relinquere, & renuntiare officiũ, quod habet quando per huiuſmodi renuntiationem poſſet ſuum delictum manifeſtari, & fama periclitari,
4 honorque amitti, ita Alfonſ. de Caſtro de poteſt. legis pœna lib. 2. ca. 11. in argum. 1. per totum. Pariter reſtitutio facienda eſt ſub reatu peccati mortalis, facit text. in capit. ſæpè de reſtit. ſpoliat. tamen ſi probabiliter facienda eſſet reſtitutio cum diſcri-
5 mine animæ, famæ, † vel mortis periculo, tunc differenda eſſet, quia ordine charitatis, anima, corpus, & fama debent anteferri rebus temporalibus, argum. tex. in ca. officij. extra de pœnit. & remiſſ. Hinc diximus in noſtris deciſ. par. 1. lib. 1. c. 132. nu. 16. non teneri adulteram cum periculo mortis, & diſcrimine ſeipſam prodere, licet vt diximus ibi ex Soto, num 29. quòd ſingularis poſſet euentus contingere quo quis cum periculo propriæ vitæ teneatur reſtituere non ſolum famam, & honorem, verumetiam fortè rem pecuniariam. Verumtamen prudens iudicium Confeſſarij neceſſarium eſt, vt exploret pœnitentem, an reſtituendo eueniret ſcandalum, an fama eius periclitaretur, nam tunc poteſt differri. Sic à ſimili diximus in praxi caſu reſer. lib. 2. cap 30. de partu ſuppoſ. nu. 15. &
6 17 mulierem † non teneri ad reuelandum partum fuiſſe ſuppoſitum, quando talis reuelatio fieri non poſſet abſque graui ſcandalo, & præiudicio, atque periculo homicidiorum, nam ex hoc caſu cum ſit ſolum damnum rerum, ſi tacet, auferens bona his quibus debentur, & dans alienis, & ex altera parte damnum probabile animarum, & corporum, vel famæ, tunc maius damnum eſt euitandum capit nerui diſtin. 13. Doctores in d. c. officij. Sic famæ reſtitutio omnino fieri debet ſub peccato mortali,
7 modo tres † adſint conditiones, vt auferas famam & contra iuſtitiam, & quam alter non in integrum reparauit Sotus de iuſt. & iur q. 6. ar 3. col. 6. tamen quando reſtituendo adeſſet iuſtus timor mortis, & periculum ſalutis animæ, & corporis cum ſint

bona

bona altioris ordinis. Hinc in 1. par. conſil. de pæniten. & remiſſ. conſil 8. per totum ordinarium non poſſe facere conſtitutio-
8 nem, † reſeruando ſibi peccatum non nominandum, & inceſtum, ita vt in ſacris cõſtituti hæc perpetrantes ſint ipſo facto ſuſpenſi à diuinis, & participatione Sacramentorum, quorumcunque fructuum cõmunis maſſæ, & quòd transgreſſores ſi non obediant, & abſtineant à diuinis, nam non obediendo, & percipiendo fructus non incurrunt excommunicationem, neque nouum peccatum, neque irregularitatem, cũ obediendo infamarent ſeipſos, quod eſt cõtra ius naturæ: Quid enim ſi iſte in ſacris eſſet Sacerdos, & Confeſſor ſolitus aſſiſtere diuinis, & diſtributiones percipere, & poſtea ipſo facto deſiſteret, quid aliud eſſet, niſi ſeipſum infamare, & prodere ſi non verbo, ſaltem facto, quod plus eſt ſe facto prodere, quàm verbo, facit tex. in capit. ſi quis ſuadente. verbo iniecerit 17. quæſt. 4 Quid enim poterit iudicari niſi malum, quare in tali caſu non tenetur ſe prodere. Igitur, quando accidit caſus, quòd pœnitens acceſſiſſet ad confitendum ſe ſollicitaſſe filiam ſuam in confeſſione, vel propè, interroget de qualitate delicti, an occultum, vel publi-
10 cum, & dico occultum, quod probari † nõ poteſt, facit tex. in cap placuit, 2. q. 2. capit. plerumque, 2. q 7. Item ſi deſerendo officiũ Confeſſoris adeſſet periculum famæ ſuæ: nam tunc nemo tenetur detegere ſeipſum, cap. quis aliquando, § non tibi dico de pœnit. diſt 1. cap. quidam maligni. q. 5. vel eſſet ſcandalum, aut adeſſet periculum corporis ſui, quia idem eſſet dicendum. Interroget etiam, ſi Confeſſor eſt ordinarius, aut Parochus, nam tunc non eſt reuocata licentia, ſic arbitrati ſumus in 1. par. conſil. de pœnit. & remiſs. conſ. 7. num. 18. vel delegatus, & tunc ſic. Et in caſibus, in quibus poteſt deſerere officium abſque periculo corporis, famæ, vel ſcandali, tenetur deſerere, ſed quando vnum ex ſupradictis adeſſet, tunc debet accedere per ſuum Confeſſariũ
11 ad Epiſcopum † cauſa accipiendi auctoritatem ab ipſo, vt poſſit ab hoc peccato abſolui, quod ſi nec ipſe, nec alius obtinere hoc poſſit, vſque tertio regulariter interpellando, iuxta tex. in cap. conſtitutionem de ſent excommun. lib 6. cap. contingit, 2. eo. tit. tunc vt valeat abſque peccato confeſſiones audire, ſufficeret contritio, nam ſolum in ſumendo Euchariſtiam, aut ſuſcipiendo ordinem ſacrum requiritur confeſſio non propter dignitatem ordinis, ſed propter di-
12 gnitatem Euchariſtiæ, † quam ordinati ex more eccleſiaſtico ſumunt, Sylueſt. in verbo Confeſſor, 1. q. 2. Quare ex his arbitror concludendum recurrendum eſſe ad arbitrium prudentis Confeſſarii an ſollicitans filiam ſpiritualem teneatur deſerere officium, vel non, & quando non tenetur, debet dare modum, qualiter ſe gerere debeat.

De Sanctiſsima Eucharistia Communicare quotidie, vel abſtinere, Arbitrarium. Cap. 30.

SVMMARIVM.

1 *Communionem frequentare ſimpliciter loquendo bonum & quare fallit aliquando, num. ſeq. & 3.*

Apollonius Abbas monebat vt ſi fieri poſſet, quotidie Monachi communicarent Chriſti Myſterijs.

Sacerdos abſque peccato mortali deſiſtens à celebratione quã malè faciat, probatur.

Sacerdos dubius an frequenter celebret, debet capere conſilium.

Impedimenta quæ occurrere poſſint circa ſumptionem huius Sanctiſſimi Sacramẽti Euchariſtia, nu. ſeq. vt pollutio.

Euchariſtiam quotidie accipere nec laudo, nec vitupero, verba hæc explicantur.

10 *Sacramenti huius ad reuerentiam pertinet quotidie ſumere & aliquando abſtinere.*

11 *Euchariſtiam quotidie ſumere, vel aliquando abſtinere relinquendus eſt iudicio ſuo, Sed bonum eſt accipere conſilium Cõfeſſarij nu. 12.*

13 *Communionis tempore dæmonum opera tẽpor accidere ſolet.*

14 *Confeſſarij arbitrium in quo verſari debeat.*

15 *Celebrare quotidie non modo nulla est temeritatis effigies, sed religionis exemplũ.*
16 *Eucharistia est cibus, & medicina spiritualis homini.*
17 *Pactum de Missa Beatæ Mariæ quotidie celebranda fuit per Papam modificatum.*
18 *Quotidie aduerbium intelligitur, etiam quod non fit continuato tempore.*
19 *Desistens ad celebrandum omni die ex quadam deuotione videtur licitè hoc facere.*

NVlli dubium, quòd simpliciter loquẽdo melius sit frequentare communionem,
1 † imitando eos, qui in primitiua ecclesia quotidie communicabant, & iuxta Domini auctoritatem, qui docuit nos orare, & quotidie petere panem super substantialem. Item Ambr. Panis iste quotidianus est, quotidie accipe, vt quotidie tibi prosit, item, quia hoc Sacramentum est in remissionem venialium, quare cum semper peccamus venialiter, debemus quotidie accipere. Vnde idem Ambrosius in libro de Sacram. ait. Si quotiescunque effunditur Sanguis Christi, in peccatorum remissionem effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco; debeo semper habere medicinam: Quare tum auctoritatibus, tum rationibus melius est quotidie communionem sumere, quam ab ea abstinere: cum accedere ad hoc Sacramentum sit bonum secundum se, licet in aliquo casu melius sit abstinere, quam accedere, quando
2 scilicet aliquis probabiliter pręsumit ex frequenti sumptione reuerentiam minui: Vnde dixit B. Thomas in 4. sent. quòd si ista duo comparentur adinuicem, inuenitur præualere sumptio Sacramenti abstinen-
3 tiæ à Sacramento propter triplicem rationem, tum ratione multiplicis effectus, quẽ consequitur dignè accedens, qui habentur in nostris sermonibus spiritual. de admirab. fructu, & vsu Sanctissimi Sacramenti serm. 5. & de fructibus Eucharistiæ. serm. 6. Item ratione præparationis qualiscunque sit, qua disponit se, qui ad communionem accedere intendit, tum ratione virtutis elicientis actũ, quia sumere vr̃ esse charitatis, in qua radix merendi consistit, Abstinere autẽ timoris; amor autem timori præualet. Qua cõsideratione habita Sanctus Apollonius Abbas in vitis Patrum, li. 2. ca. 38. monebat (vt si fieri posset) quotidie, vt Mona-
4 chi cõicarent Christi mysteriis. † Cuius admonitionis quinque rationes ponũtur, prima ne fortè qui se longe facit ab his, longè fiat à Deo. Secũda, quia qui frequẽtius hoc suscipit, vr̃ frequentius suscipere Saluatorẽ. Vnde dr̃ Io. 6. Qui manducat carnẽ meã in me manet, & ego in eo, Tertia, quia ipsa commemoratio Dominicæ Passionis, cũ assiduè fiat a nobis, plurimũ vtilitatis eis confert. Quarta, quia per hoc datur cõmonitio vt studeat vnusquisq; ita paratus inueniri, vt dignus diuinis mysterijs inueniatur. Quinta, quia per hoc remissio datur peccatorum. Et venerabilis Beda fertur dixisse,
5 quod Sacerdos, † quando est absque peccato mortali, & celebrare potest, & non celebrat, priuat primo Sanctã Trinitatẽ gloria, secundo Angelos in superna Hierusalẽ lętitia. Tertia hoĩes in ecclesia militanti adiutorio, & venia. Quarto animas subsidio in Purgatorio, & gratia, seipsum autẽ priuat ordine mentis, informatione intellectus, verborũ veritate, famæ claritate, desideriorũ puritate, & omni stabilitate. Hęc ille Cęteris ergo paribus accedẽdum est potius ex cõfidentia diuinæ pietatis, quã ex consideratione propriæ fragilitatis abstinendum. Quãuis de hoc consulendus sit Cõfessarius
6 cuius arbitrio † vtrũq potest reddi pro loco, & tpe cõmendabile. Cum. n. hoc Sacramentum pietatis in remedium institutũ sit quandocunque homo facit, quod potest, habilitando se ad gratiã, sufficit, nec requirit Deus ab homine hoc, quod sibi vr̃ impossibile esse. Accede ergo, & pulsa nihil hęsitãs, medicus est, & piissimus distributor, & largissimus remunerator, ipse solo verbo restaurat vniuersa, sua pręsentia curat vulnera, medetur corda, tristitiam depellit, & cordis lætitiam tribuit, Igitur secundum se debet quotidie sumere Corpus Christi, qui sẽper peccat, & cũ iste panis sit quotidianus, debet secũdum Ambrosium quotidie eum capere, cum possit, Verum quia in pluribus hominibus multa impedimenta huius deuo-

deuotionis occurrunt propter corporis in
7 dispositionem † vel animæ, vt infirmitas, facit text. in cap. ad audientiam, extra de cler. non resid. vel quia non posset celebrare nisi cum vestibus vilibus, vel cum calice ereo, qui forte vomitum generare posset, vel ligneo, aut calice vitreo, vel sine aqua, & lumine, de consecr. dist. 1. cap. vt calix, extra de celeb. miss. cap fin. quod prohibet honestas, facit tex. in cap. significatum, extra de præben. ibi salua honestate. Sic ad honestatem spectat, quòd non celebret bis in die, de consecr dist 1. cap. sufficit. Item impedimentum esse potest nocturna pollutio, quæ solet quandoque contingere ex imaginatione, et turpi cogitatione, nam tunc est abstinendum, dist. 6. ca. testamentum, quia esset contra debitam deuotionem, dicto cap. significatum. Cum igitur hæc, & singula impedimenta possint occurrere, ideo vtile omnibus hominib. non est ad hoc Sacramentum quotidie accedere, sed quotiescunque se homo ad hoc paratum inuenit. Vnde Augustinus in cap. si quotiescunque de consecr. dist. 2. dicit.
9 Quotidie Eucharistiam sumere nec laudo, nec vitupero. Nec laudo, quia fortè malus est, qui accipit, nec vitupero, quia fortè bonus est, qui accipit, vel non laudo, quia potest hoc facere mala intentione: Nec vitupero, quia potest hoc facere pura, & recta intentione. Pertinet ergo ad reuerentiam huius Sacramenti secundum Sanctum
10 Thomam, † & quod quotidie sumatur, & quod aliquando abstineatur. Vnde si quis experimento cognosceret ex quotidiana sumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis deberet quotidie communicare, si autē sentiret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere, vt cum maiori reuerentia postmodum accederet, quapropter uidetur unusquisque quantū
11 ad hoc suo iudicio relinquendus † Vnde Augustinus dicit in d. capit. quotidie, licet dixerit quispiam non quotidie accipiendā Eucharistiam, & alius affirmet quotidie accipiendam, faciat tamen unusquisq; quod secundum fidem suam pie credit esse faciēdum, scilicet si se uiderit esse in magno feruore, laudandus est, si quotidie cōmunionem percipiat, sin autem inuenerit se frigidum, & tardum laudandus est, quod raro, sin autem medio modo, medio modo debet se habere, & aliquando cessare, vt addiscat reuereri, & aliquādo accedere, ut inflammetur amore, quia tali hospiti debetur honor, debetur, & amor, & tunc secundum illam partem, secundum quam se uiderit melius proficere, ad illam magis declinet quod homo solum experientia discit. Ita dixit Sanct. Bonau. in 4. senten. d. 11. q. 2. circa finem. Sed quia in hoc posset quandoq; errare tanquam in facto proprio, credens non accedere reuerenter, & deuotè, ideò debet accipere consilium Cō
12 fessarii, † qui diligenter exploret ipsum pęnitentem, an ex sumptione huius Sacramēti senserit se proficere in feruore dilectionis in Christum in maiori desiderio, in fortitudine resistendi peccatis, & tunc consulat, vt quotidie communionem sanctam percipiat. At si ex frequentatione sentiret in se minorem reuerentiam, monere debet, vt quandoque abstineat Hæc est doctrina Sancti Thomæ, 3. par. summæ q. 80. artic. 10. & 1. Corinth. c. 12. Sed considerandum etiam est, quod quandoque dæ-
13 monum opera tepor † accidere solet tempore communionis, per quem moliuntur nos a Sacramento arcere. Vnde tali casu dixit Gerson perinde tunc esset à Sacramento abscedere, ac si quis dum frigeret, ad ignem accedere recusaret. Considerare e-
14 tiam debet † prudens Confessarius diuersas personarum qualitates, & status, nam illis, qui corruptis affectibus fluctuant, licet quotidie resurgant, non est sanum consilium quotidie ad Sacramentum accedere, etiam si sint Sacerdotes, tum quia timendum illis est, ne non sit eorum pænitentia legitima, tum quia neque sinceram, neque castam reuerētiam afferre possunt, vt Sacramentum pro dignitate æstiment. Aliis vero secularibus, qui rei familiari inseruiunt, quamuis a peccato mortali sint liberi, non consulerem frequentius quam a quindena in quindenam ad Sacramentum accedere, nam quamuis curam habeant expurgandæ conscientiæ: nihilominus, quemadmodum ait Paulus, Non possunt

ſunt non curare, quomodo placeant vxoribus, & quomodo rei familiari proſpiciant, quod frequentiori ſumptioni Sacramenti non eſt adeo congruens, potiſſimũ, quòd in Religionibus, illis qui nõ ſunt Sacerdotes, non datur frequentius communio, & apud nos omnes clerici accedunt ſingulis hebdomadis die dominico, quod etiam approbarem apud ſeculares quò ad aliquam perſonam, & probitate, & modeſtia inſignem. At inter Sacerdotes, & religioſos, dummodo integrę ſint, & probatæ vitæ, non modo nulla eſt temeritatis effigies, verum eſt etiam
15 religionis exemplum † quotidie celebrare, refert namque Gregorius, lib. 4. Dialog. cap. 36. de Beato Caſſio Epiſcopo Narnenſi, qui quotidie celebrabat, & audiuit vocem de Cęlo dicentem. Age quod agis, & non ceſſet pes tuus, in natali enim Apoſtolorum venies ad me. Quo vtique die poſt ſeptennium migrauit ad Dominum. Hæc Sotus in 4. ſentent. diſtinct. 12. quæſtione 1. artic. 11. circa finem. Ibi tertia. Igitur ex his, & ſimilibus poteſt prouidus Confeſſarius conſulere pęnitenti an ſit bonum communicare, vel celebrare, an aliquando abſtinere debeat; Quod ſi conſulat, vt quotidie communicet, vel celebret, & pęnitens non vult eius conſilio acquieſcere, ſed illi replicaret. Vellem pater à celebratione abſtinere, quoniam in perceptione huius Sacramenti nihil percipio dulcedinis ſpiritualis; Ad hoc reſpondeat Confeſſarius, quòd cibus iſte eſt medicina
16 † ſpiritualis homini. Vnde ſicut medicus peritus quibuſdam dat quandoque medicinam dulcem palato corporis, quandoque non ſic. Sed dulcem palato mentis, quæ quamuis non gutturi, bene tamen ſapit rationi, ſic Dominus noſter verus medicus dat fidelibus ſuis ſemper dulce corpus, ſed dulcedinem ſuam alio modo iſtis, alio illis diſtribuit, ſecundum quod vnicuique expedire nouit; Hinc eſt quòd quidam dulcedinem ſuam ſapiunt per affectum, & ardentiori delectantur deuotione, Et alij eandem dulcedinem ſapiunt per intellectum, & ſufficienti reficiuntur vtilitate. Igitur quamuis quis non ſapiat primo modo, ſapit tamen ſecundo per intellectum multæ vtilitatis, vt diximus in ſerm. ſpirit. in Feſto Corporis Chriſti ſer. 2. lib. 2. Poteſt tamen Confeſſarius quamuis noſcat pęnitentem proficere in perceptione huius Sacramenti, relinquere iudicio ſuo, vt quanto frequentius celebret, ſalua tamen honeſtate, & debita reuerentia, cap. ſignificatum, extra de præben. vbi habetur, quòd pactum de Miſſa Beatę Ma
17 riæ quotidie celebranda † fuit per Papam modificatum, vt dicat quanto frequentius ſalua honeſtate, & debita deuotione: Quare aduerbium quotidie celebret poſitum in d. cap. ſignificatum intelligitur etiam,
18 quod non † ſit continuo tempore, ſed interpellato, capit. 1. extra de officio Archipresby. Archid. in cap. frequens de reſtit. ſpolia. lib. 6. dum tamen fiat congruis temporibus, & horis, & ita notet ibi Imola, nu. 7. quòd deſiſtens à celebrando omni die
19 † ex quadam deuotione, videtur licitè hoc facere, quòd habetur in diſt. cap. quia quotidie, & non peccat. Si vero non celebrat per quandam incuriam, & negligentiam in præcipuis feſtis, & maximè in illis, in quibus ſeculares deuoti ſolent communicare, tunc peccat quidẽ, & ſi non mortaliter, ſaltem grauiter, vt patet in cap. dolentes, extra de celebr. miſſ. Imò videtur, quòd non excuſetur à mortali, quando ſine rationabili cauſa in talibus debita non celebrat, ita habetur in ſum. Raim. de Euchariſtia, fol. mihi 216.

Cibi ſumptio, & ſi medica, an impediat ſumptionem Euchariſtiæ. Arbitrarium. Cap. 31.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium naturæ quid, & in quo conſiſtat.*

2 *Ieiunium Eccleſiæ quid.*

3 *Ieiunium quale neceſſarium ad celebrandum, vel communicandum.*

4 *Ieiunium naturæ rationabiliter fuit inſtitutum.*

5 *Caſus poſſit in quibus non ieiunius communicare, num. 13.*

Ieiunium

6 *Ieiunium naturæ an soluatur per ea, quæ interius geruntur sine exterioris cibi sumptione.*

7 *Reliquiæ cibi an impediant communionem, & quæ impediant num. 8. & quid de reliquijs aquæ, num. 9.*

10 *Tabernarij, & Coqui an gustando impediantur a communione, nu. seq.*

12 *Cibus ex proposito deglutitus, si statim euomitus, an impediat communionem.*

13 *Arbitrarium videtur quando quis sit admittendus ad communionem propter sumptionem cibi.*

1 PRo intelligentia huius † capituli id prænotandum est, quod duplex est ieiunium iuxta Gabrielem Bien. de Canõ. miss. lectio. 10. Primũ naturæ, quòd priuationem cuiuscunque præassumpti per modum cibi, vel potus importat, & tale ad reuerentiam, & venerationem sumendi Sacramenti requiritur, & ideo neq; ad sumptionem aquæ, vel medicinæ, vel alterius cibi, & potus in quacunque minima quãtitate licet hoc Sacramentum accipere; Nec refert vtrum aliquid huiusmodi nutriat, vel non nutriat, aut per se, aut cum alijs, dummodo sumatur per modum cibi, & potus, ita Cardin. Turrecr in cap. liquido ad secundam in fine de consecr. dist. 2.

2 Secundum vero est ieiunium † ecclesiæ, quo aliquis suam commestionem vnius diei non transgreditur per extraordinariam refectionem secundum morem ecclesię; vnde ea, quæ sumuntur propter alios cibos deducendos, puta potum post prãdium, vel digerendos, sicut species medicinales, aut electuaria, ieiunia ecclesiæ non soluunt: Ita medicina qualibet diei hora sumpta. Hoc sic præmisso, quòd tam ad celebrandum, quam ad communicandum ordinatè, & licitè non sufficit ieiu-
3 nium ecclesię, † sed requiritur regulariter ieiunium naturæ, hoc probatur in d. cap. liquido, & in ca. ex parte, extra de celebr. miss. & capit. nihil 7. q. 1. & hoc quidem
4 rationabiliter fuit institutum, † tum propter tanti Sacramenti reuerentiam, quæ minor est regulariter in pranso, quam in ieiuno, tum vt prius quæratur cibus spiritualis, quam corporalis, vt probatur in c. liquido de consecr. d. 2. & ca. Sacramenta. Dixi regulariter, quòd requiritur ieiunium naturę, vt quis possit communicare, nam sunt multi casus, in quibus non
5 ieiunus † potest Sanctissimam Euchari- stiam percipere, & primus est, quando Sacerdos inaduertenter, & errore apposuit aquam in calice pro vino, postea enim sumens illam soluit ieiunium naturæ, & tũc vt ait Missale Romanum Pij V. iussu editum pag. 18. titul de defectu vini, tenetur celebrans apponere aliam hostiam iterũ consecrandam, & vinũ in calice, & vtrunque consecrare, & sumere, quamuis aliam hostiam consecratam, & aquam sumpserit, & hoc fit propter Sacramenti integritatem in celebratione seruandam, Pelag. de planctu eccles. cap. 27. versic. 31. Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 8. versi. 8. arguitur. Syluest. in versi. Eucharistia 2. nume. 14. & in verbo Eucharistia 3. num. 8. vers. vel supplere. Secundus de infirmo, qui instante necessitate poterit communicari nõ ieiunus, Sylu. qui supra num. 8. collect. in cap. sanè de celebr. missa. Tertius in clerico non ieiuno; nam licet prosequi Missam inchoatam ab alio consecratione facta, qui illam non potest perficere, modo non reperiatur clericus alius ieiunus, qui illam perficiat, 7. q. 1. cap nihil Nauar. in manu. cap. 25 num. 86. versic. 2. Quartus in die parasceues, in qua non consecratur vinum, vt dixit Nauar. in d. c. 25. num. 88. Sotus dist. 13. q. 2 art 2 versi. Hic primum adnotato. Sed particula hostiæ, quæ fuit reseruata in monumento commiscetur cũ vino non consecrato, & licet clarum sit, quòd prius, & aqua descendant in stomachum, quàm particula illa hostiæ, tamen ex generali ecclesiæ consuetudine percipitur eo in casu illa particula a non ieiuno, vt aduertit Gabr. de canone Miss. lect. 10. An vero ea, quæ interius geruntur si-
6 ne exterioris cibi sumptione soluant ieiunium naturæ, † Petr. de Paluda in 4. sent. dist. 8. q. 2. & Turrecr. in dist cap. liquido, Syluest. in verbo Eucharistia, num. 3. Sotus in 4. sen. dist. 12. q. 1. art. 8. versic. quarto quæritur. Gabr. de cano. Miss. lect. 10.

Iran.

Fran. Victoria de sacr. Eucharistia, nume. 83. omnes vnanimiter dicunt, quòd re-
7 liquiæ cibi, quę remanent in ore, † & casualiter traijciuntur non impediunt communionem, tum quia traijciuntur per modum saliuæ, tunc quia non sumuntur de nouo, Verumtamen est, quòd si ex proposito traiicerentur, quamuis illa die non ingrediantur in os de nouo, ieiunium soluunt, vt si quis zacarum ab heri in ore posuit, & hodie traiiciat, ieiunus nō est, inde quandocunque sit illud cibi, & potus, quod traiicitur de nouo ex intentione, & proposito, dum tamen non sit saliua, videtur impedire sumptionem. At si quis salè,
8 † & aceto perfundere dentes, & quicquid faceret, siue medendo, siue lauando, dum tamen non deglutiret, & non esset comestio, neque potus, non impediretur à perceptione Sacramenti, quia stomachus est ieiunus, licet os non sit ieiunum, De reliquiis autem aquæ, ex quo casualiter, & nō
9 ex proposito, os abluendo † traiiciuntur. licet non sint conuersę in saliuam, dicendum est, quòd non impediunt, quia nec per modum potus sumuntur, quia neutrū intenditur, dum modò non traiiciantur in magna quantitate, sed permixtæ saliuæ, quod euitari non potest: secus autem est de medicina, quæ ex intentione bibitur, seu comeditur, licet non ex intentione nutriendi. Pariter nec quæ sumuntur per modum
10 gustationis, † sicut Tabernarii, & Coqui faciunt, qui cibum, vel potum super linguam ponunt, & statim proiiciunt, quia non videtur, quòd impediant, sicut si aliquis ad probandum vtrum sit aqua, vel vinum hoc facit. Non enim est cibus, & potus, & nec per se, & per accidens potest nutrire. Et de Christo legitur, quòd cum gustasset, noluit bibere, idest glutire, ergo gustare non est comedere, vel bibere, Bene tamen est, quòd Tabernarii, & Coqui, qui
11 debent communicare ex decentia † debēt à talibus abstinere, sic qui celebrat, si odorem vini nesciat discernere, faciat aliū nō communicaturum gustare. Et an clericus, qui ad probandum an sit vinum album, vel aqua, sumit illud in os, & casualiter transglutiat, possit illa die celebrare, vide collect. in cap. ex parte versic. octauus de celebrat. Miss. Si autem deglutiret ex pro-
12 posito, licet statim † euomeret, non alterutrum in aliquo, nihilominus impediret quia vera comestio fuit, si vero ad gustandum sumeretur, & pręter intentionem descenderet, idem videtur dicendum quod de reliquijs aquæ quando os lauatur; quia neutrum intentione cibi, vel potus sumitur, & ideo non impediunt, ita præfati Doctores, & pręcipue Petr. de Palu sic quā
13 do clericus † post vltimam ablutionem sumpsit reliquias, quas inuenit in corporalibus, vel in calice, quia bene potest eas sumere, licet non sit ieiunus, quod intellige quo ad reliquias paruas, & quæ decenter, & sine periculo non possunt seruari, & quando id fit incontinenti, & parua interueniente morula, Syluest. in verbo Eucharistia, 3. nu. 10. & in verbo Missa, 1. num. 2. versi. quintum si autem, Victor. in sum tit. de Eucharistia, nume. 8. Sotus in 4. distin. 12. q. 1. art. 8 in fine, & ratio est, quia totū reputatur vnum Sacramentum, nec censetur perfectum, quousq; omnes reliquiæ insumantur. Fallit tamen hoc, quando portiones post communionem populi superfuerint, quia tunc illæ essent reseruandæ in pixide, & ita intelligitur text. in cap. tribus de consecr. distinct. 2. quia intelligitur quando particulæ non sunt consecratę ad sumptionem Sacerdotis: Sed nos loquimur quando fuerunt consecratæ ad sumptionem Sacerdotis: Sotus qui supra. Pariter, quando reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiuntur post mediam noctem, nam non impediunt communionē, cum non per modum cibi transglutiantur: Sed per modum saliuę, Caiet. in verbo cōmunionem Sacramentali in versic. Dixi quoque. Sic quando post sumptionē Corporis, & Sanguinis aliqua particula hostiæ in ore remanserit, potest sumi ablutio, licet ea prius deglutiatur, imò, & toties potest sumi, quoties opus fuerit ad hostiam deglutiendam, quod decentius videtur, quàm ad id digitum ori inferre, Nauarr. in manu. cap. 25. num. 90. Ex quibus omnibus videtur esse arbitrarium Confessa-
14 rio, † vt inspecta qualitate personarum diiudicet an pœnitens possit admitti ad communicandum, sit nimis perplexus, &

nimis

nimis scrupulosus, item consideret Confessor tempus an sit aliquis pręcipuus dies festus, item an quod sumpserit, fuerit cibus, vel potus, nam tunc quantumlibet minimus impedit, si post mediam noctem 7. q. 1. cap. nihil. An cibus fuerit de nouo sumptus, & quando, An traiiciatur casualiter, quia tunc non impedit, an ex proposito, & tunc secus, An lauerit mane os, & non deglutiuerit, vel gustauerit cibum, vel potum, non tamen deglutiuerit, & si deglutiuerit an casualiter, vel ex proposito, & ita his consideratis, & aliis arbitretur an sit communione dignus, vel non.

An sit peccatum mortale non solutis matutinis celebrare, arbitrabitur Confessarius ex multis. Cap. 32.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum lethale est matutino non soluto celebrare, nisi subsit rationabilis causa, & quæ nu. seq.*
3 *Infirmus potest impediri a persoluendo officio diuino, non tamen à Missa.*
4 *Sacerdotes absque prævia peccatorum confessione iure aliquando sacrificant.*
5 *Matutino soluto ante laudes matutinas an liceat sacrificare.*

DIximus sequendo communem sententiam peccatum esse mortale in 1. parte consi. lib. 3. de celebr. Miss. consil. 4. nume 9. celebrare matutino † non soluto
1 absque rationabili, & legitima causa, Quapropter interrogandus esset pęnitens à Cõfessario, si celebrauerit absque causa, vel non, si absque causa dixerit, tunc vera est conclusio, Aliàs secus; Quæ tamen sit legitima causa, videtur pendere ex prudenti arbitrio Confessarii; Quid enim si subito necessitas occurrit, quę facit licitum, quod alias de iure esset illicitum, cap. quod non est de reg. iur. Iason in l. si ex toto de legat. 1. (verbi gratia) accedit Illustrissimus, &
2 magnus † Princeps rem diuinam gratia audiendi, nec adest vllus tunc Sacerdos, qui sacrificet, nisi qui preces matutinas tunc non recitauit. Adest etiam populus ingens in die festo sacrum auditurus, vel etiam adest Sacerdos vacans curæ infirmorum, & sunt infirmi graues, & de proximo morituri, & ille euadit, vt melius potest, alium substituens pro tempore loco sui, & sacrum facit non matutino soluto, alias non posset celebrare. Item si Superior præcipiat, vt sacrum faciat, quod intelligerem, modo Sacerdos se excusaret non posse, quia nondum matutinum dixerat, vel quid si necesse sit, vt sacrificium fiat ob mortuum subito delatum in templo sepeliendum, vbi de more defunctus sine Missæ sacrificio non sepelitur. Sic si infirma valetudo Sacerdotis iustam daret
3 † excusationem officij matutini omittendi, non tamen impediret quo minus sacrificium Missæ faciat; plus enim aliquando male valenti nocere potest, si preces horarias recitet, quàm si Missæ sacrificium faciat, & sicut Sacerdos absque sacra peccatorum confessione cum debito tamen, & iusto peccatorum dolore iure
4 aliquando † sacrificat, quia non est cui posset sua peccata commodè confiteri, Sic etiam qui per corporis valetudinem preces canonicas soluere nequit, potest aliunde ritè præparatus ad sacrum faciendum accedere. Et quod diximus matutino non soluto peccare mortaliter, qui sacrum faceret absque legitima causa, idem dicerem
5 non esse fas ante † laudes matutinas Missam celebrare absque legitima causa, cum solum in nocte Natalis Domini hoc faciat ecclesia, nam integro matutino nondum soluto ante laudes ante diem sacrum decantat; ergo alio tempore videtur abnegasse, nisi aliqua idonea, & legitima causa se offerat a matutinis precibus laudes disiungere, vt supra diximus. Hæc Azorius par. 1. lib. 10 instit. Moral. capit 28. col. 6 l. C. & circa finem, versic. 18. & 19.

Viaticum an in infirmitate reiterandum. Cap. 33.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium unde dictum, & quando fuit præfiguratum.*

Sa-

2 *Sacerdos semper vino digitos post communionem perfundere debet.*
3 *Eucharistiam non ieiuno sumi non debet, fallit in articulo mortis, num. 4.*
5 *Medicus infirmo nunquam debet persuadere, vt accipiat aliquod animæ contrarium.*
6 *Celebrare an liceat pranso.*
7 *Missas plures quando liceat dicere.*
8 *Sacerdos quando defert Eucharistiam ad infirmum, qualiter debeat redire.*
9 *Concesso aliquo a Principe videntur concessa media perueniendi ad illud.*
10 *Non ieiunus quando potest consecrare, & sumere.*
11 *Communicans per modum viatici, quando iterum poterit communicare, nu. 12. & seq.*
14 *Eucharistia an possit percipi iterum per modum viatici, consulendus quandoque est Confessarius.*

Viaticum ex eo dictum quoniam iti-
1 nerantes † per mortale huius exilii desertum ad immortalitatis stabilimentũ, & gloriam perducit æternam, De quo Beatus Ambrosius ait. Figura Dominici corporis præcessit, quando Dominus in deserto patribus manna præbuit, quia sicut ille panis populum per desertum transeuntem ad terram promissionis duxit, ita hæc esca cælestis fideles huius seculi per desertum transeuntes, in cęlum subuehit, vnde rectè viaticum appellatur. Hæc etiam figurabat panis Angelorum, quo confortatus Elias in fortitudine cibi illius totum desertum transiit, & ambulauit vsque ad montem Dei Oreb, quod mensa interpretatur, mensa in quã æternæ gloriæ. An inquam sumi possit à non ieiuno. Respondeo, quòd licet Eucharistia sumi non debeat nisi ieiuno stomaco, vt supra diximus in cap. 30. propter huiusmodi Sacramenti omnimodam reuerentiam de consec. d. 2. ca. liquido, extra de celebrat. Miss. cap. ex parte. Vbi dicitur, quòd semper Sacerdos
2 † vino post communionem debet perfundere digitos, & sumere vini perfusionem, nisi sit secundo celebraturus, quia si esset secundo celebraturus illam percipere non debet, cap. ex parte, extra de celebrat. Missarum. Syluest. in verbo Missa. 2. nume. 7. versic. Tertium quando, & Sotus dist. 13. q. 2. artic. 2. versic. vnde secundo postquã, & ratio est, quia facit quem non ieiunum, & ideo celebrare non potest. Igitur Eucharistia Sancta a non ieiuno sumi non debet glosam in verbo minimum in cap. nihil. 7. q. 1. cap. liquido de consecr. dist. 2. quia est illicitum non tamen secundum se, nam sic ecclesia dispensare non posset, sed est solũ malum, & illicitum, quia ab ecclesia prohibitum, vt dixit Petr. de Palud. in 4. sent. d. 8. q. 2. quem sequitur Cardin. à Turrec. in d. cap. liquido num. 2. Quod autem ecclesia dispenset, patet in necessitatis articu-
4 lo, vt † quando timetur, quòd infirmus pransus non possit crastinum expectare, quin moriatur, vel quin cadat in phrenesim, vel in alium grauem casum ipsum priuantem à communionis perceptione ergo non est de se malum, quia in his, quæ sunt de se mala, nulla consuetudo excusat. cap. cum tanto, extra de consuet. Vnde extra de pœnit. & remiss. cap. cum infirmitas in fine prohibetur medicis ne propter quod-
5 cunque periculum corporalis vitę † Suadeant infirmis aliquid, quod sit contrariũ animæ, puta sacrilegium, aut fornicationem. Igitur licitum est pranso communicare. An vero sit licitum pranso celebrare, præmitto hoc primum, quòd si Sacerdos
6 celebraret, esset verum Sacramentum † cũ character, intentio, Sacerdotis verba, & materia concurrant, vt dixit Turrecr. in dist. cap. liquido. Ad tertium. Felynus in cap. si constiterit num. 3. de accus. Palud. in 4. d. 8. q. 2. num. 9. magnum tamen committit delictum, Albar. Pelag. libr. 2. de plan eccles. Imò & beneficio priuari potest, Abb. in cap. ex parte in final. verbis de celebr. Miss. Igitur respondendo ad quęsitum dixit Petr. de Palu. d. q. 2. quòd nunquam est licitum pranso celebrare neque pro cõmunione morientis, & ratio ponitur secũdum eundem, quia cum vtrumque sit à Papa, & vniuersali consuetudine ecclesiæ prohibitum, solus Papa, vel generalis consuetudo potest dispensare, inuenitur tamẽ

de

de commissione permissum in necessitate, & dispensatum,& à Papa,& generali consuetudine,non sic autem de dispensatione. Imò cum liceat plures Missas celebrare
7 († verbi gratia) in Natiuitate Domini, In prima non est sumenda lotio quæ soluit ieiunium, ergo in nulla necessitate celebrare licet non ieiuno, ita Turrecr. Vbi supra ad tertium, idem affirmat Syluest. in verbo Eucharistia,num.8.vbi dicit nunquam celebrare licet nec propter infirmũ communicandum,nec propter scandalum quodcunque vitandum non ieiuno licet, nec propter præceptum,nisi Papa, qui in hoc solum dispensare potest idem Sotus in 4.sent.dist. 12.art.8.col.pen. Turrecr. Victoria fol.49.num.83. & ita videtur communis. Verum Petr.de Palude, dist. 12.q. 1.videtur dicere contrarium, Ibi Tertius casus,vbi ait Tertius casus est pro necessitate infirmorum petentium viaticum, si non sit Corpus Domini seruatum,nec aliter possit haberi, licet celebrare, & pluribus hostiis,vt vna infirmo portetur, & altera seruetur, quamuis hoc vltimum non seruetur, vt dicunt Doctores in cap sané de celebr. Miss. Vbi dicitur,quando Sacer-
8 dos defert Eucharistiam ad infirmum,† nõ debet redire sine Eucharistia, Quapropter non debet vnam solum portare,sed ire munitus plurib. Eucharistiis,ita vt semper redeat cum Eucharistia, & si propter multitudinem infirmorum oportet omnes Eucharistias distribuere, non deberet redire cum lumine, nec in apparatu,ne populus ex ignorantia adoret tabernaculum. Et hæc opinio Petri de Palude videtur melior,saluo tamen iudicio melius sentientis per regulam illam,quòd concesso aliquo à
9 Principe videntur etiam concessa† media, per quæ peruenitur ad illud, l.oratio,ff. de sponsal. l. ad reum mobilem, ff. de procur. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. Sed ecclesia concedit in casu necessitatis, vt pransus possit communicare, ergo & medium, vt possit peruenire ad illud, & ita vt Sacerdos non ieiunus in tali casu necessitatis possit celebrare,quando Corpus Domini non est seruatum, & nec aliter haberi potest. Et nec est verum, quod dixit idem Petrus de Paluda in primo dicto quod nunquam est licitum pranso celebrare, quia hoc est contra dictum Gabr. de Bien. de cano. Missę lect. 10. col. 2. Vbi addit casum specialem quo ad celebrantem, vbi etiam non ieiunus potest consecrare,& sumere,& hoc,ne Sacramentum remaneat imperfectum, 7. q.1.capit.nihil exempli gratia,si quis erro
10 re seductus † aquam pro vino infundit calici, quam post deglutionem sensit esse aquam,& tunc debet iterum consecrare calicem,vt dixit Collect. ad cap. ex parte, nu. 4. de celeb. Miss.& sumere,sic de gutta sanguinis stillante, quæ recolligi non potest, necessitas est labendi, tunc etiam pranso lambire licet fortè secundum illud capitulum de consecr. dist. 2. c. si per negligentiã. Idem Petr. de Palud. dist. 9 q 1. in fine. His igitur præhabitis respondeo ad quęstionẽ, quòd si aliquis in infirmitate se communicaret per modum viatici non ieiunus, &
11 postea superuiuat per aliquos dies † secundum Tabiensem verbo communicare, nu. 54 quem sequitur Lo. Cardin. Toletus in sua summa lib.6.cap. 15. in fine,& Armilla verbo communio, §.18. quòd si infirmus postquam communicauerit,cognoscit benè quòd per peccatum mortale fuit à Deo separatus, tunc debet communicare, non obstante,quòd non sit ieiunus, quia tunc necessitas non habet legem. At si paruo tempore steterit, & non occurrit dubium
12 † separationis, tunc ieiunus ex deuotione potest,non tamen per modum viatici. At quando transierunt aliqui dies, puta sex, vel octo,& infirmus est animo ancipiti,an incurrerit peccatum mortale, consulat Confessorem, eiusque consilio acquiescat
13 an Eucharistiam accipiat per modum viatici,vt non ieiunus,vel ex deuotione ieiunus.

Hostiæ consecrandæ quoties renouandæ, videtur Arbitrarium. Cap. 34.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia vnde dicatur,& qualiter collocanda.*

2 *Eucharistia clauibus sub fideli custodia conseruanda.*

In

3 *In pœnitentijs a canone iniunctis est ieiunandum, & a communione cessandum.*

4 *Rem, quam, quis debet ponere sub clauibus, & non ponit qualiter teneatur in foro exteriori, & interiori, nu. seq.*

6 *Corpus Christi licitè conficitur, vt custodiatur pro infirmis.*

7 *Hostię pro infirmis plures conseruari possunt.*

8 *Hostiarum renouatio qualiter facienda, videtur arbitrarium, num. seq. & qualiter apud nos seruetur, nu. 10.*

11 *Hostiæ si marcescunt, non sunt dandæ communicantibus.*

HAbetur in ca. sanè, extra de celebrat. Miss. quòd Romanus Pontifex districtè præcipit presbyteris, quòd Eucha-
1 ristia quæ est † Corpus Christi dicta ab eo, quod est bonum, & carithes, quod est gratia, in loco singulari mundo, & honesto, atque signato semper honorificè collocata deuotè, & fideliter conseruetur. Idem habetur in cap. presbyter de consecrat. d. 2. tex. & Doct in cap. 1. de custod. Eucha. Imo locus ille lumine est illustrandus, & ad minus vna in eo lampas die, noctuque ardere debet, Paul Fus. de visit. lib. 1. cap. 5. num. 6. Collect. in d. cap. sanè, nume. 1. circa finem. Et alibi habetur per text. in cap. statuimus, extra de custo. Eucha. quòd statuit ecclesia Eucharistiam sub fideli cu-
2 stodia clauibus adhibitis conseruari, † verum pensatis conditionibus negotij, & personæ hoc est arbitrarium, quia potest minui, & addi, Igitur ex illo text statuimus habetur, quòd Eucharistia, debet conseruari sub fideli custodia, quod si is, ad quem spectat dicta custodia, eam incautè relinquerit, tribus mensibus, ad officio suspendi debet, & in foro conscientiæ in his pœnitentiis indictis à sacris canonibus debet ieiunare, & a communione cessare: Sed vt supra diximus pensatis conditionibus potest pœnitentia minui, vel addi. Hinc colligitur, quòd quando res, quę ponenda est sub clauibus, & non ponitur, tunc is, qui illius curam habet, potest redargui de negligentia, & incauta custodia, imò in foro exteriori est puniendus non solum de ne-
4 gligentia commissa in officio, † sed etiam de omni delicto, & damno inde postmodum prouenientibus, quod secus videtur in foro animæ iuxta dictum Innoc. in cap. sicut dignum, extra de homic. qui dicit, quòd non punitur quis ad satisfactionem
5 damni, si damnum intulit † præter propositum, sed punitur de negligentia, quasi velit, quòd in foro animæ habeatur respectus ad voluntatem delinquentis, ita refert Abbas in d. cap. statuimus. Rursum colligo ex textu in d. cap. permittimus, extra de sent. excomm. quòd licitè conficitur Corpus Christi, vt custodiatur pro infir-
6 mis, † pro hoc d. capit statuimus, & dicit Hostiensis, quem sequitur Ioan. Andr. in d. cap. permittimus, Sacerdotem non debere custodire Eucharistiam vltra vnam hebdomadam, ne putrescat, sed si infirmi illa hebdomada non indigent, debet Sacerdos consumere antiquam cum noua, quã conficit, & alteram innouatam reseruare, & pro hoc facit tex. in d. cap. permittimus, qui permittebat semel in hebdomada celebrare, quasi vltra vnam hebdomadam non deberet reseruari; sed singulis hebdomadis debet illa renouari. vbi nota duplex arbitrarium, primum, quòd licet ex dicto text. permittatur tempore interdicti Sacerdoti consecrare, & reseruare vnam hostiã, in hebdomada, Tamen si repente infirmētur tot, quod nun sufficiat Eucharistia re-
7 seruata, † tunc poterit plures consecrare, & reseruare, & ratio est, quia imminens necessitas non est subiecta legi: & infirmis subueniendum est, argum. in eo, quod legitur, & not. in cap. literas. extra de temp. ordin. Debet autem Sacerdos omnia hæc cum prudenti iudicio, & discretione agere, vt scilicet non solum vnam Eucharistiã reseruet, sed plures considerata multitudine populi, quem habet, & infirmitate loci, & ita hoc videtur positum in arbitrio Sacerdotis, an vnam, vel plures hostias reseruet. Secundum arbitrarium est circa renouationem hostiarum inspecta qualitate loci, vbi si locus, vbi reseruatur cum
8 lumine, † esset adeò humidus, quòd non possent ibi durare, quia marcescant, tunc Sacerdos debet eas renouare frequenter,

&

& cum timore, & tremore debet eas sume re saltem semel in hebdomada, quia hoc etiam ex causa potest Sacerdos facere tempore interdicti cum illis circunstantiis, de quibus in d.c. perpendimus, S. Thomas de Sacram. Euchar. opusc. 65. Verum ego cre
9 derem hoc esse arbitrarium, † quando hostię essent mutandæ, nam si locus esset adeò humidus, quod non possint durare, quin marcescant, tunc essent mutandæ saltem in hebdomada. Attamen si non esset sic humidus, tunc secundum Felicianum de Sacramen. Euchar. c. 19. possent ibi permanere vsq; ad mensem, vel quindecim dies, & ita apud nos seruatur. An vero si hostiæ marcescerent, & inueterascerent,
10 essent dandæ † communicantibus. Dic quòd nos, quia non esset ibi Corpus Christi, cap. qui bene de consecr. dist. 2.

Aqua quanta apponenda in calice per Sacerdotem. Arbitrarium. Cap. 35.

SVMMARIVM.

1 *Aquæ commixtio simul cum vino seruanda est.*
2 *Aquam non apponere peccatum est mortale, nisi omittatur ex obliuione, nu. 4.*
3 *Sacerdotis officium non exerceat ignorãs, quæ Sacerdos facere debet.*
5 *Aqua si dimittatur, nihilominus est Sacramentum.*
6 *Aqua debet esse vera, & propria, & non rosacea.*
7 *Aquam non habens non se ponat ad celebrandum.*
8 *Aqua, quanta in calice apponenda, videtur arbitrarium.*
9 *Vinum solum quando consecretur.*
10 *Sacerdos quando ponit aqua plus iusto, quid faciet.*
11 *Aquæ gutta vna an sufficiat, num. seq.*
12 *Aquæ debet apponi simul cum vino, & quare num. 1. quæ specialiter benedicenda est.*

Vera est conclusio aquæ commixtionem simul cum vino seruandam esse, cum simul de latere Christi emanauerint sanguis, & aqua vno impetu, vt dixi Petr de Paluda, distin 11. Quinta conclusio, vt tenent omnes Theologi, quod reue
1 ra obligat sub peccato mortali, quapropter qui aquam scienter non apponeret, iuxta tex. in cap. in Sacramento, & capit. cum Marthæ de celebr. Miss. nisi omitte
2 ret ex obliuione, mortaliter † delinqueret & similiter qui ignorãter, licet minus, nisi sit talis ignorantia inuincibilis, & facti, quæ excusat, nam iuris ignorantia nõ excusat, quia non debet officium Sacerdotis
3 exercere, † nisi sciat ea, quæ Sacerdos facere debet, Secundum illud. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne tu Sacerdotio fungaris, sicut Filij Heli nescientes Dominum, nec officium Sacerdotum 1. Reg. 31. & extra de celebr. Miss. c literas, Sic deponitur qui in fermentato, & ligneo cipho sine aqua, & igne celebrat, quia aut malitia, aut nimia insipientia fuit, & in talibus insipientia non excusat, sed accusat, At si aqua omittatur ex obliuione, for-
4 tè non esset peccatum † mortale; ita ait Sotus in 4. sent. dist. 9. q. 1. artic. 6. col. 4. verbo colligatur. Qui etiam dicit, quòd præter iura est mos ecclesiæ solemnissimus apponere aquam, sed mixtio aquæ nõ est de necessitate Sacramenti, sed de necessitate præcepti. Vnde in Concilio Florentino solus panis triticeus, & vinum de vite ponitur tanquam necessaria materia, quare si aqua dimittatur, nihilominus est Sacramẽ
5 tum, † quia nec ipsa manet, sed conuertitur in vinum, & vinum in sanguinem, sicut Innoc. 3. dicit, & habetur per Gabr. de can. Missæ lect. 33. Consecrans tamen sine aqua peccaret mortaliter. Vnde S. Bonau. loquens de integritate Sacramenti sic dicit, quòd sunt quatuor Materia, forma, ordo, & intentio consecrantis, de congruitate autem, & bene esse sunt, quæ sunt his annexa, aqua autem cum non sit aliquid horum, non est de necessitate, sed annexa est scilicet materię, idest vino, quę illi adiungitur, & in ipsum conuertitur, & postmodum in sanguinem. Et hæc aqua debet esse vera, non rosacea, vel alia, quæ non est

6 verè aqua,& propria, si tamen apponeretur, esset quidem verum Sacramentum, sicut si nulla esset aqua apposita, sed tamen incurritur peccatum,& equale, ac si nulla an poneretur aqua, ita dixit Turrecr. in c. sic in sacrificando ad quartum nu. 5. de cõ
7 secr. d. 2. Quare si non habet aquam, † non ponat se ad celebrandum, sicut nec, si non haberet ignem, aut debitum calicem, vel altare, quæ sunt de necessitate præcepti, licet non de necessitate Sacramẽti, quæ quidem aqua debet apponi in parua quantitate, vel vt dixit Sotus modicissima, si .n. aqua sic debet apponi, vt conuertatur in vinum, fit, vt quanto minus apponatur aquæ, tanto sit tutius, nam tanta posset esse aquæ permixtio, vt vinum distraheretur à sua specie, & propter nimiam aquæ appositionem vini substantia exhalaretur.
8 Hoc vero videtur arbitrarium. Etenim Sacerdos prudenter debet considerare qualitatem vini, nam si nimium debile fuit, minusque substantiosum,& tenuè, tanto minus de aqua apponendum est, Et tandem ex paucitate aquę nullum potest esse periculum, sed ex magnitudine periculum affertur: nam si tanta esset, quæ non posset conuerti in vinum, solum vinũ consecra-
9 retur,& ipsa maneret illic in substantia aquę, quod esset plebem seducere, quæ adorat quicquid substantiæ sub illis accidentibus reconditur, tametsi per ignorantiam ab Idolatria excusaretur, licet Sacerdos immane sacrilegium committeret, prę sertim si prudens,& sciens id faceret. Hæc Sotus, quæ quidẽ verba meo intellectui non quadrant, nam si tantum apponeretur de aqua, tolleret de vino vinositatem, vnde tunc non fieret Sacramẽti confectio, quia tunc non esset vinum, sed aqua aliquantulum vinata. Ita dixit Albertus Magnus in lib. de Missa, vt refert Turrecr. qui supra ad tertium; Quare dum apparet aquę
10 plus iusto effusum, debet calix † effundi, & vinum cum pauciori aqua infundi, sic dixit Sotus, in 4 sent. q. 9. dist. 1. art. 6. circa
11 finem. An vero sufficiat vna gutta aquę † apponi in calice. Abbas in cap. pen. de celebr. Miss. dicit, quòd quãuis aqua debeat esse minoris quantitatis, quam vinum nõ tamẽ debet solum gutta poni, quia textus non dicit guttã aquæ, sed plus de vino, quã de aqua, Igitur debet poni aquæ. sed non gutta aquæ. Hæc ille. Sed potest faciliter respõderi, quòd gutta aquæ est aqua, Nec textus dicit, quod ponatur in aliqua quantitate. Hinc Alex. de Ales, dixit quòd vna
12 gutta aquę sufficit quantũcunque parua sit, dummodo possit à suo toto separari Gabr. qui supra, Turrecr vbi sup. Ad tertium nu. 4. Sotus d. ar. 6. circa finem vers. Tertia demũ. Quare apponenda est modica aqua etiam vna gutta dummodo sit aqua, nam tam exilis posset esse gutta, vt non sit nisi res, eaque apponenda est diu ante consecrationem Ita quòd fuerit conuersa in vinum,& debet apponi simul cum vino, &
13 debet ipsa aqua specialiter † benedici, quia nihil venit in hoc Sacramentum, nisi benedictum, Non autem benedicitur vinum, quia super vinum restant benedictiones multæ, sicut super panem. Tabien. in verbo Eucharistia. 1. nu. 23. Petr. de Palu. d. 11. q. 1. col. 6. 8. conclusio. Quare ex his omnibus patet modicitatem aquæ esse arbitrariam secundum vini qualitatem.

In Corporis Christi eleuatione, quæ verba dicenda Arbitrarium. Cap. 36.

SVMMARIVM.

1 *Transubstantiatione facta eleuandum est Corpus Christi, & populus qualiter debeat adorare.*
2 *Verba in eius eleuatione, quæ à populo dicenda.*
3 *Oratio Dominica omnia includit.*
4 *Confessarius qualiter consulat pænitenti circa orationem, tunc temporis dicendã.*
5 *Arbitrarium est quæ verba dicenda in eleuatione Corporis Christi.*

PRiusquam Sacerdos Corpus Christi eleuet, prius dicere debet verba canonis, per quæ conficitur Corpus Christi, iuxta ea, quæ notantur in cap. de homine, extra de celebr. Miss. Alioquin faceret homines idolatrare, si eleuaret non dicendo prius verba. Igitur facta transubstantia-

tione,

tione, de qua loquitur Conc. Trid. sess. 14.
1 c. 4. eleuandum est Corpus Christi, † & populus debet se inclinare flexis genibus demissis oculis in terram adorando, commotis visceribus, & capite inclinato. Quod autem dixi oculis demissis intellige postquam ipsis eleuatis viderit Corpus Christi, firmiter credendo, & adorando, eod. tit. ca. cum Marthæ, §. cæterum, & possunt
2 † dici hæc verba. Salue lux mundi, verbum patris, Hostia vera, viua Caro, Deitas integra, Verus homo, Salue caro Christi, quæ pro me passa fuisti, me mũda Christi caro, sanguis & vnda. Vel secundum Abbatem in d. cap. sanè. Auerte faciem tuam cum tribus versiculis sequentibus, vel Deus propitius esto mihi peccatori. Vel Iesu Fili Dauid Redemptor mundi miserere mei. Vel secundum Vincent. Aue principium meę creationis, Aue viaticum meæ peregrinationis, Aue causa meæ saluationis te adoro, te verum Corpus Christi esse confiteor, per quod liberati sumus à potestate Diaboli, Sanctissime pater miserere mei, vel potest dici hęc oratio. Deus qui singularis Corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta, maculas scelerum meorum absterge, & omnium viuorum, & defunctorum fidelium peccata dimitte, eisque præmia æterna concede. Vel aliter Gratias tibi agimus Domine sancte pater pro iam beatificatis postulantes, vt eorum interuentu apud te mereamur adiuuari, pro his autem, qui adhuc in Purgatorio detinentur, immolatur tibi patri fidelium obsecrando, vt per hanc sacrosanctam hostiam pœna illorum breuior fiat, & leuior, pro nobis autẽ, quos adhuc peccata grauant carnis, & sanguinis immolatur tibi filius supplicando, vt peccata, quæ existentes in carne cõtraximus, caro mundet, sanguis lauet Domini Nostri Iesu Christi. Vel hymnum Iesu nostra redemptio, vel orationem Dominicam, in qua se
3 cundum glosam † in d. c. sanè omnia includuntur. Hanc enim docuit Christus suos discipulos, & nec super magistrum discipulus esse potest, quapropter interrogatus
4 à pœnitente, qualiter debeat † orare, cum sint tot orationes positæ à Doctoribus in d. ca. sanè, potest consulere vt dicat vnam ex prædictis, quam voluerit, quia hoc est
5 † arbitrarium secundum Abbatem, & Cardin. Zabarellam, nam cum gl. in d. c. sanè ponat modum, & alii alios, quia non est tradita forma, quilibet potest dicere quod vult, dummodo sit deuotum, & honestũ, commemorandi imminens illud beneficium, quo Dei filius homo factus corpus suum ex virgine assumptum pro nobis in mortem tradidit, & sanguinem suum in cruce fudit, vt mundum vniuersum à peccato, & morte æterna liberaret.

Pollutio, quæ impediat sumptionem Eucharistiæ, arbitrarium. Cap. 37.

SVMMARIVM.

1 *Causæ, ob quas solet euenire pollutio nõcturna.*
2 *Pollutio desiderata quando sit peccatum.*
3 *Pollutio habens causam ex delicto quando impediat sumptionem Eucharistiæ.*
4 *Pollutus ex delicto quando possit communicare.*
5 *Pollutio in somnis, quæ habuit originem in vigilia ob turpes cogitationes, quod peccatum.*
6 *Pollutio in somnis inchoata, & in vigilia perfecta an peccatum.*
7 *Dormiens quousque reputetur in materia pollutionis.*
8 *Complacentia habita de Pollutione quò ad peccatum.*
9 *Peccatum an sit vtens licitis, vt eueniat pollutio, & quid de distillatione, nu. 10.*
11 *Pollutio cum vxore in vase debito an impediat communionem.*
12 *Pollutio, quæ impediat sumptionem Eucharistiæ: arbitrarium.*
13 *Cogitationes libidinosæ cum concupiscentia, & consensu peccatum mortale.*
14 *Pollutio sine peccato ob duo impedit communionem potest tamen communicnre ex causa, nu. 15.*
16 *Pollutio, quæ fit in somnis, an polluat ecclesiam.*

1 MVltæ sunt causæ, ob quas euenire † solet nocturna pollutio, quæ afferuntur per tex. in cap. testamẽtum, d. 6. & per nos in 1. par. decis. lib. 2. de pollut. noct. ca. 87. Ideò opere pretium esse duxi considerare qualiter se gerere debeat prudens Confessor cum pœnitente, qui mane confitetur se nocte præcedenti habuisse pollutionem, vel eadem die, qua vult communicare, aut celebrare. vnde interrogare debet an pollutionem, quam habuit, prius appetiit, & in hanc futuram cõ
2 sensit propter † voluptatem, & tunc semper est veniale, si subitus est consensus, vel mortale, si deliberatus, An consenserit in cogitationem habitam de præterita pollutione, & tunc est peccatum mortale, si deliberatè propter voluptatem consenserit, vel veniale, si subito, & inaduertenter propter illam, vel etiam si deliberatè propter bonum, vt propter exonerationem naturæ, aut propter hoc, ne die proxima magis deuota ei contingat, & à celebratione impediatur, & deuotionem perdat, & ita peccatum mortale impedit sumptionem huius Sacramenti, non sic veniale, nisi de cõgruo ob mentis indeuotionem, vel irreuerentiam, Quod si pœnitens fatetur pollutionẽ habuisse causam ex delicto, tunc ra-
3 tione peccati mortalis † impedit de congruo, quamuis sit contritus, & confessus, quando pollutio accidit citra mediam noctem, vel fortè citra 24. horas, nam eodem die peccati mortalis non est communicandum de honestate, quamuis contritus sit, & cõfessus, quia magnam solet afferre siccitatem, torporem, & indeuotionẽ; & hoc consilium dandũ est à Confessario pœnitẽti volenti accedere ad sacram communionem, quando contingit pollutio, quæ est peccatum mortale, nisi quis ex magna de-
4 uotione, † vel ex rationabili causa, vel adesset obligatio pro se, aut pro alio tunc celebrandi, vel necessitas, vt quia est dies festus, & nec est alius, qui pro populo celebret, vel est dies, quo ipse cum alijs cõmunicare debet, ita quòd sine scãdalo, aut magna nota id omitti non potest, vt dixit Fra. Ant. Cord. lib. 1. q. 7 propositio secunda secundum Hiero. Llamas in sua summa 3. p. c. 8. ibi. Addimus secundo, si tamen celebraret quamuis contritus, & confessus, cũ scandalo, vt si Sacerdos nocte fornicatus esset associatus cum aliis consciis delicti, tunc vtique peccaret mortaliter, ita Sot. in 4. sent. d. 12. q. 1. art. 7. col. pen. Tertia pro-
5 positio. Sed quid si pœnitens fatetur † se in vigilia dedisse causam pollutioni futuræ, cogitando turpia, vel immiscendo se conuersationibus, aut tactibus illicitis; Sed antequam dormiret, sui facti pœniteret, An pollutio in somno subsequens sit peccatũ, diximus in nostris decis. par. 1. lib. 2. c 87. nu. 14 in fine, quod non: & ratio est, quia causa, quatenus erat culpabilis, iam ablata est, & intercisa, Vnde pollutio postea subsequens est omnino inuoluntaria, Corduba in suo quæstionario lib. 2. q. 23. col. pen. §. Quinto probatur, qui plures alleg. Quapropter Confessarius de congruo cõsulere debet, vt abstineat à communione, die sequenti post pollutionem, non autem de necessitate. Sed si pœnitens dicat pol-
6 lutionem in somno cæpisse, † & in vigilia desiisse, an sit peccatum. Respõdeo, quòd pollutio quantum ad meritum, vel demeritum magis iudicatur secundum principium, quàm secundum finem, quia corporalis motus non pertinet ad meritum, vel demeritum nisi Secundum quod à voluntate causatur. Ex quo autem ille motus est excitatus in dormiendo, non subiacet vlterius voluntati ipsius vigilantis, nec reputatur vigilasse dormiens, quousque recu-
7 perauerit verbum, † aut visum, Potest tamen contingere quòd in ipsa euigilatione peccatum oriatur, scilicet si pollutio placeat propter delectationem, quæ quidem
8 complacentia, † si fit ex subreptione, erit venialis, si autẽ cum consensu deliberato, & præcipuè cum appetitu futuri, erit mortalis. Ista tamen cõplacentia non facit præteritam pollutionem esse peccatum, quia non eius causa, sed ipsa in se est peccatum, si autem placeat, vt est naturæ exoneratio non est peccatum, ita dixit Sum. Astesana lib. 4. tit. 18. q. 2 ar. 2. Sed quid si dicat se fecisse aliquid licitum, vel se vsum fuisse ali quibus sibi licitis eo fine, vt eueniat pollu-
9 tio, siue seminis decisio extra vas etiam in somnis, An peccet mortaliter. Dic quòd sic: etiam si illa non eueniat, siue aliunde impe-

impediatur, Si autem eueniat, est mollities omnibus modis etiam in somnis. Exēpli gratia comedere calida mihi vetitum non est. At si hoc dirigam,& ordinem in seminis emissionem extra naturale vas, illam consequenter volo, & consequenter pecco mortaliter, Llamas 3 par. Methodi c.8.§.23.vers. His bene perpensis, Quod idem dicendum, quando quis causam da-
10 ret notabili distillationi, † aut commotioni spirituum vitalium; quia hæc distillatio,& commotio spirituum est notabiliter turpis & quasi inchoata pollutio, vt dixit Thomas Sanchez lib 9. de debito coniug. q.1.nu.32. Qui etiam nu.2. dicit qualiter differat pollutio à distillatione,& quid illa sit, Attamen qui aliquibus sibi licitis vtitur, si nō ordinet illa ad finem, vt eueniat pollutio ei, etiam si ex illis eueniat, non peccat, & neque si accidat pollutio, erit voluntaria, Llamas vbi supra. versic. Dico secundo. Sed quid si pœnitens confiteatur se nocte cognouisse vxorem reddendo
11 debitum, vel causa prolis non peccat, quapropter relinquendus est suo iudicio, quo ad communionem; cap. vir cum propria 33. q. 4. At si causa delectationis petiit debitum, tunc debet abstinere de honestate. Quod idem dicendum quòd propter reuerentiam debet abstinere a communione si petierit debitum causa prolis, tamen non est mortale. Reddere autem omni tempore petenti est licitum, Imo debitum Petr. de Palu. dist.9.q 3.col. 4. Secunda,& tertia conclusio circa finem. Igitur ex his omnibus clarè colligitur requi-
12 ri prudens arbitrium Confessarii † an, & quando polluto liceat sumere Corpus Christi, vt interroget pœnitentem, an pollutio prouenerit ex præcedentibus cogitationibus turpibus,& tunc iterum interroget, An fuerit coactus de talibus cogitare causa lectionis, prædicationis, vel disputationis,& tunc si istę fuerint sine concupiscentia,& delectatione, non erunt cogitationis immundæ, sed honestæ, At si sunt
13 cogitationes libidinosæ, † cum concupiscentia, & delectatione, & adest consensus, erit peccatum mortale,& si subsequitur pollutio, impedit communionem, nisi sit contritus, & confessus. Interroget etiā an pollutio prouenerit ex superfluitate cibi,& potus. Et tunc peccatum est veniale, & de necessitate nō impedit. Idem si ex superfluitate naturæ,& tunc ista est sine peccato, quia semē, quod fluit est superfluitas sanguinis, Itē an ex dæmonum illusione, quæ quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionē, vel orationem, & tunc potest esse peccatū veniale. At si prouenit ex nequitia dæmonum impedire volentium receptionē huius Sacramenti,& tunc nō est peccatū. Et tandem scire debet Confessarius, quòd si pollutio proueniat ex aliqua prædictarū causarum, quæ cum peccato mortali pro certo, vel probabiliter timetur esse, tūc nisi sit pęnitēs, necessariò impedit sumptionē Sacri, sed si prouenerit ex causa, quæ sit solū peccatū veniale, tūc necessariò nō impedit, Ita q̄ homo sumendo sit reus corporis,& sanguinis Christi, impedit tn̄ de cō-
14 gruo propter duo, † quorū vnū semper accidit, s. fœditas corporalis, cū qua propter reuerentiam Sacramenti non decet accedere ad altare, Secundum est euagatio mētis, quæ sequitur pollutionem nocturnā, præcipuè, quando cum turpi cogitatione, vel imaginatione contingit, Igitur si quæratur pęnitens an sentiat pollutionem illā multum inclinasse animam,& tunc consulendum esset ei, quòd faceret Sacro reuerentiam. Sin autem magis expeditam naturam sentiat, vt in religiosis timentibus Deum esse solet,& vlterius esset deuotio, vel solēnitas inuitaret, tunc cōsulat, vt cōicet, Idem, quando euidenter appareret,
15 quod diabolus vellet auferre † fructū Eucharistiæ, vt si sæpe pollutio accideret in festis, quando esset cōicandum, tunc non cesset à communione, nam sic cessabit illusio dæmonū. Et ita ex his, & superioribus dictis videtur multum necessarium arbitrium Confessarii, an propter pollutionē cessandum sit à communione, nec ne. Sed quæritur an pollutio, quæ fit in somnis
16 † in Ecclesia eo casu, quo est peccatum mortale, iuxta glosam in d. c. testamentū violet Ecclesiam, Dic quòd non, Et idem de pollutione nocturna occulta, Archidiac. in c. ecclesijs, de consecr. d.4. Franch. in c. vni. de consecr. eccles. lib.6.

Tractare indignè sacra, an semper mortale, arbitrarium. Cap. 38.

SVMMARIVM.

1 *Operari quod iustum est, non vt oportet, peccatum est.*
2 *Sacramenta secundum se incontaminabilia sunt.*
3 *Sacramentorum indecens administratio secundum si est peccatum mortale.*
4 *Corpus Christi in reuerentiam à nulla re contingitur, nisi sacrata.*
5 *Sacra indignè tractare an mortale.*
6 *Corpus Christi an liceat laico de terra eleuare, num. 7. vbi quandoque est opus religionis.*
8 *Tangere res sacras pro liberatione suæ infirmitatis an sit licitum.*
9 *Chrismatis liquor an liceat in necessitate vendi.*
10 *Arbitrarium est an liceat laico Corpus Christi à terra eleuare, vel vngere se oleo sancto pro liberatione suæ infirmitatis.*

Et si Sacramenta per malos ministros exhibita sint valida, tamen eisdem ministris delictum est illa exhibere, tex. est in ca. de homine, extra de celebrat. Miss. tam
1 operari id, quod iustum est, † non secundum quod oportet, peccatum est: Ministri autem Dei, qui ei, cum eius ministerium exequuntur, non assimilantur, operantur, non vt oportet, iuxta illud Leuit. capit. 9. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et Ecclesia. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, ergo peccatum. Imo peccatum est mortale, quoniam licet Sacramenta secundum se incontaminabilia
2 sint † illa tamen indecens eorum admini stratio ex parte ipsius administrantis, ad contaminationem Sacramentorum pertinet, & subinde ad irreuerẽtiam, Dei, quæ genere suo est mortalis, verum licet admi
3 nistratio Sacramentorum in peccato in genere suo sit peccatum mortale, Tamen tractare indigne sacra non est semper morta-
4 le, † sed hoc pensandũ est arbitrio boni viri ex obiecti qualitate; nã si agimus de Sacramentis, dum exhibentur per Dei virtutem sanctificantem, illa suapte natura ostẽdunt indignam eorum collationẽ esse genere suo læthalem, secus de aliis sentiendum, quæ minutiora sunt. Hinc licet ob re
5 uerentiam Corpus Christi à nulla re † cõtingatur nisi sacrata, vnde corporale, calix & patenæ consecrantur, quare nõ possunt tangi ab hominibus, nisi in sacris constitutis, sed Eucharistia solũ à Sacerdote, cuius etiam manus sunt sacratę, vt diximus in 1. par. conf. lib. 5. de sent. excomm. cõs. 5. nu. 30. Tamen in casu necessitatis licitum est Corpus Christi inuentum eleuare reuerẽ
6 ter, † vt ad locum debitum per Sacerdotẽ portetur, vt dixit Petr. de Palud. in 4. sent. d. 13. q. 1. Quarta cõclusio. Quo circa quãuis Adrianus in q. de baptis. ar. 5. in 2. par. existimet, quòd eleuare hostiam consecratam de terra, aut luto in peccato mortali
7 sit etiam mortale, † tamen hoc non est verisimile, nam illic nulla est administratio Sacramẽti; nec illud est opus, ob quod ministris conferatur gratia, vt teneantur peccata deponere, antequam illud præstet seruitium, Quare potius credit Sotus dist. 1. q. 3. art 6 vers. sed reges, illud esse opus religionis atq; adeò virtutis; si non adsit Sacerdos alius, qui dignius possit illam leuare, & reuerenter fiat. Sic an licitum sit in-
8 firmo tangere res sacras † pro liberatione suæ infirmitatis, dixit Gemin. in c. ad eius, dist. 5. quòd sic, sicut fecit mulier, quæ patiebatur fluxum sanguinis, facit quod dixit Syl. in verbo oleum. At præpos. in cap. de his itaque, dist. 23. nu. 4. dixit quòd nõ est licitum tangere res sacras pro liberatione suæ infirmitatis, sic glosa in ca. placuit. 1. quæst. 1. dixit, quod nec in necessitate vẽ
9 di debet liquor chrismatis, Ego autem censeo hoc arbitrarium, vt interroget pœnitẽtem, an leuauerit Corpus Christi extra necessitatem a terra, vel in necessitate, si poterat illud alius Sacerdos tunc leuare, vel non erat. Si leuauerit illud ex magna deuotione non permittens illud esse in terra, non cogitans alium esse Sacerdotem, vel cogitans. Sic si scienter vnxit se oleo sancto, vel chrismate ad sanitatem tuendam,

dam, An emit, quia prohibitum dict. cap. placuit, aut alia via habuit, quia grauissime peccauit, An si bona fide hoc fecerit, & ex magna deuotione forte ab aliis inuitatus, vel de licentia Episcopi, vel alterius licentia Papæ, quia tunc licuisset, Syluest. in verbo oleum in fine. Et ita his, & aliis circumstantiis consideratis iuxta arbitrium Confessarii poterit coniicere, quando laico licitũ sit eleuare de terra Corpus Christi, vel vngere se oleo sancto, vel chrismate ad tuendam sanitatem.

Peccatores publici quinam sint, vt denegari possit Corpus Christi. Arbitrarium. Cap. 39.

SVMMARIVM.

1 *Publicis peccatoribus non est concedenda communio, & qui sint statur prudentũ iudicio, num. 3. & 4.*

2 *Publicus peccator oportet, vt præter emendationem satisfaciat.*

5 *Dubium quando est an sit publicus, vel occultus peccator, Confessor debet inclinare, vt sit occultus.*

1 CVm manifestis, & publicis peccatoribus † non sit concedenda sacra communio, quamuis petant, vnde habetur in cap. pro dilectione de consecr. d. 2. pro dilectione inquit tua cõsulendũ existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo, qui apud nos constitutus in artis suæ dedecore perseuerat, an talibus sacra communio cum cæteris dari debeat, puto nec Maiestati diuinæ, nec euangelicæ disciplinæ congruere, vt pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fædetur. Imo vt publicis peccatoribus Eucharistia in publico dispensetur, non satis est clam esse emẽdatum, sed publica satisfactione opus est, vt tollatur scandalum, nam vt extra de pœn. & remiss. ait Alex. in c. 1. Manifesta peccata nõ sunt occulta correctione purganda. Clanculo tamen vbi nullum afferretur scandali periculum, posset forte Sacerdos illi emendato, si excommunicatus non esset, sacram hostiam impertiri, ita dixit Sot. in 4. sent. d. 12. q. 1 artic. 6. contra quartam. Ambiguitas tamen est in discernẽdo, qui nam sint publici pec-
3 catores, † & quidem Panor. in c. vestra de cohab. cler & mulie. tenet, quòd vt crimẽ sit notorium, debet esse notũ in Parochia, vel vicinia, Et Parochiam exponunt esse, vbi decem saltem crimen norunt. nam 10. q. 3. cap. vnio decernitur, vt ecclesia, quæ habuerit decem Parochianos super se, habeat Sacerdotem, At vero quamuis ad decidendas ciuiles causas atque ecclesiasticas horum fortè ratio habenda sit tamen vbi de Sacramentorũ administratione agitur, nullus certè potest præscribi personarũ numerus, vt crimen dicatur notorium sed
4 arbitratu † prudentum ascribitur, Quapropter licet de modo notorii criminis canonico, & iuridico possit certè constare, quando quis in iudicio crimen fuerit confessus, vel in criminosum fuerit lata sentẽtia, tamen de notorio crimine ex clamore populi nulla certior possit regula constitui, quam quòd nulla tergiuersatione crimen celari possit, vt habetur in c. tua nos, & in c. quæsitum de cohab. cler. & mul. Et in re dubia quandiu quis est in possessio-
5 ne sui honoris, & famæ, † inclinandum est in hanc partem, vt in re ancipiti ad sacram communionem admittatur, tanquam peccator occultus, cui petenti non est deneganda communio, de consecr. d. 2. ca. non prohibeat, nam cum habeat ius petendi, iniuria illi fieret sine manifesta causa non ei idem concedere ius, dum per occultam persuasionem factam à Sacerdote non posset à proprio dimoueri.

DE SACRAMENTO Ordinis.

Ordines an assumendi ab Episcopo originis paternæ, videtur requiri prudens arbitrium Confessarij. Cap. 40.

SVMMARIVM.

1 *Ordines sint conferendi à vero, & proprio Episcopo, nu. 3.*

2 *Prælati, & Episcopi differentia.*

4 *Abbates, & Guardiani possunt conferre primam tonsuram, non tamen minores ordines, sed quibus, num. seq.*
6 *Subditis tantum confertur prima tonsura etiam à Presbyteris Cardinalibus, num. 7.*
8 *Episcopus, vt possit ordinare extraneum, quē recipit in familiarē, quæ necessaria.*
9 *Episcopus quò ad collationem ordinū efficitur propriè tripliciter.*
10 *Beneficij ratione, vt Episcopus in clericum alienum habeat jus superioritatis qualiter intelligitur.*
11 *Episcopus, vt ratione beneficij possit ordinare extraneum, qualiter intelligatur, num. seq.*
13 *Domicilium quando constituatur, videtur arbitrarium, nu. seq.*
15 *Religiosi subijciuntur Episcopo, vbi moram trahunt quò ad ordines, num. seq.*
17 *Originarius an consideretur secundum originem suam, vel patris, videtur arbitrarium.*
18 *Originarius an dicatur ratione originis auitę.*

PRiusquam deueniam qualiter se gerere debeat Cōfessor de hoc interrogatus in confessione, vel extra, præmittendū est, quòd ordines sunt conferendi à vero, &
1 proprio Episcopo: Dixi vero, vt nō solum sit confirmatus, sed etiā consecratus. Etenim qui est in Epm, vel Archiepiscopū electus licet sit confirmatus, non tamē dr Episcopus, vel Archiepiscopus, antequā sit cōsecratus, sed solum vocatur electus, facit quod notat glosa, extra de relig. domi c. 1. Enimuero per confirmationem electus in Episcopum acquirit rerum ecclesiasticarū administrationem, ca inter corporalia, & ibi Abb. de transl. Epis. Vnde potest dici
2 Prælatus, † non tamen Episcopus, vt etiā dixit Panor. in c. eam te, extra de rescript. & in ca. de multa de præb. quia Prælatum facit officium cum iurisdictione, sed Epm consecratio, per quam consumatur matrimonium spirituale, & potest quis exequi ea, quæ spectant ad ordinem, vt dixit Abb. in d. c. inter corporalia. Item Episcopus, vt possit conferre ordines, oportet, vt sit pro-
3 prius, † de ætate, & qualit. cap. cum contingat. arg. tex. in cap. veniens, extra de præscrip. etiam si de prima tonsura quæratur, cap. cum inter vos. 1. resp. ibi tonsurationem de sent. & re iudic. Nam licet videatur aliter dicendum, scilicet Episcopū posse conferre primam tonsuram, etiā extraneo cum illam à minoribus ordinibus differre ex eo patet, quia Guardiani, & Ab-
4 bates, Prioresque regularium † possunt cōferre primam tonsuram, alios vero minores ordines non, vt per Præpos. in ca. quoniam num. 3. dist. 69. sequitur Franc. Marcus decis. 1082. nu. 5. Nam respondetur negando primam tonsuram respectu subiectionis eius, qui confertur, differre ab aliis minoribus ordinibus, quia Guardiani, vel alii Priores regularium nec etiam pri-
5 mam tonsuram conferre possunt, † nisi suis professis, & subditis, & in quos iurisdictionem habent, prout ipsemet Præpos. declarat in d. c. quoniam, nu. 3. Vnde quādo ordinatus non est subditus ordinanti, tūc ratio subiectionis militat etiam in prima tonsura, vt Episcopus non possit illam conferre, nam Abbas non potest primam tonsuram, nisi Monachis, & conuersis sui Monasterii conferre, & in his, in quos habent iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, ca. Abbas de priuil. in 6. Ioan. Andr. in d. cap. cum contingat ad finem, & ibi Butr. nu. 9. Cardin. q. 4. ad finem. Præpos in d. c. quo-
7 niam nu. 5. Et similiter Cardinales † Presbyteri non possunt dare primam tonsuram, nisi subditis, Io. Andr. quem cęteri sequuntur in cap. 1. de suppl. neglig Pręlat. Præpositus in d. cap. quoniam, nu. 5. Adhoc tamen vide Conc. Tridentinum sess. 23. cap. 10. Vbi prohibet. Abbati conferre ordines minores clericis secularibus, in quibus Abbas habet iurisdictionem, vel quasi sub pęna, & cæt. non obstante, quòd hoc Abbas habeat ex priuilegio, Abbas in cap. quanto de consuet. Quod idem de prima tonsura. Sic nec potest Episcopus ordi-
8 nare extraneū, quem in suum † familiarē recepit, nisi constet de tribus, & primo de collatione beneficii, cuius ratione factus est de foro eius, ita Spec. in c. eos in verbo

figmen-

figmento, nume. 11. de tempor. ordin. lib. 6. quem refert, & sequitur Lapus Abbas in cap. cum nullis, & ibi Gemin. colum. 2. propè finem versic. quid si Episcopus, & Franc. nume. 3. in fine eo. titul. Rebuff in pract. tit. de cler. & quomodo num. 24. Secundo de familiaritate. Tertio de triennali commoratione, vt habetur in d. Côc. Trid. cap. 9. sess 23. Ita Congregatio Cardinalium Conc. Trid. interpretum censuit 6. Settembris 1581. Secundo sciendũ est, quòd quò ad collationem ordinum Episcopus efficitur proprius altero de tribus modis, scilicet ratione Originis, † domicilii, & beneficii, vnde circa secundum modum notandum est, quòd ratione beneficii habet quis in clericum alienum ius superioritatis, quod intellige de beneficio ecclesiastico collato in titulum, non autem de beneficio temporali, puta dato magistro, extra de magis. ca. quia in nonnullis, & ita ratione plurium beneficiorum quis est subiectus pluribus Episcopis, qui si contraria sibi mandant, in dubio debet obedire primo, quia secundus videtur sub ista conditione recepisse, arg. text in l. in operis, ff. locati. Ita Petr. de Anchar. in d. cap. cum nullus nume. 2. Quapropter cum ratione beneficii, quis efficiatur subditus, in cuius diœcesi est beneficium, fit quòd poterit ab eo ordinari, † quod intellige, quã do beneficium haberet certos ordines annexos, puta subdiaconatum, nam prætextu talis beneficij potest Episcopus ordinare, vel literas dare etiam ad alios ordines, & ita videtur tenere glosa in d. c. nullus, & sequitur ibi Gemin. facit etiam glosa in verbo ordines vbi Franc. nume. 3. qui etiam nume. 3. addit, quòd vt ratione beneficij possit quis ordinari ab Episcopo, in cuius diœcesi est beneficium intelligitur etiam, si sit tale propter quod non eximatur a iurisdictione primi Episcopi, † quia non requirit residentiam, cum text. in ca. nullus de tempo. ord. simpliciter loquatur de beneficio secundum Ioan. Andr. & Gemin. Rursus circa ius superioritatis ratione domicilii quo ad collationem ordinum dic, quòd quò ad constitutionem domicilii lex videtur requirere habitationem decem annorum, † Ante vero qui habitat dicitur incola, vt l. 1. C. de incolis sed Ioan. Andr. in c. significauit, extra de Paroch. dicit, quod illa lex non seruatur, & dicit hoc arbitrarium, † Quid enim si aliquis est ordinatus ab Episcopo ratione domicilii, ex quo loco relicto omnia vendidit, & secum quæ habere potuit, asportauit, & alio loco domum, & possessiones emit, & in illo loco ordinatus est; tunc Confessarius interrogatus de hoc potest consulere fuisse rectè ordinatum, si dixerit se mutasse domicilium, quia præsumitur primum domicilium reliquisse, & elegisse secundum; pro quo dicto allego, quod notat Bart. in l. assumptio §. filius, ff ad municip. & l. prędia, ff. de fide instrum. De hac materia vide Anchar. in cap. significasti, extra de Paroch. Verum quo ad religiosos; Priores, & alii fratres non exempti dicuntur subesse diocæsano, vbi moram trahunt, etiam si inde non sint oriundi quò ad potestatem recipiendi ordines, etiam sacros: Priores ergo etiam temporales, & eorum socii, dũ morantur in ipsis Prioratibus debet recipere ordines ab Episcopo illius loci, quamuis Prioratus subsit monasterio alterius diæcesis, vt in c. 1. & 2. de relig. dom. Quare ex his infertur, quòd religiosi dicuntur sortiri forum, & domicilium † habere in loco, vbi moram trahunt, & dicuntur ciues Ciuitatis, vbi est monasterium, vt tenuit Bart. in l. 1. ff ad municip. Doct. in cap. dilectus filius, 1. extra de rescrip. & in cap. significauit de Paroch. Verum circa originem dubitatur quid iuris de origine paterna, argumentum est quod sibi sufficiat, ff. ad municip. l. assumptio, § 1. Vbi dicitur filium originarium Ciuitatis, de quo pater traxit originem, & l. libertus, §. patris eod tit Textus autem in d. cap. cum nullus ponderat locum originis ipsius filii, & hoc Ioan Andreas ponderat ante factum, post factum vero habet excusatos ordinantem, & ordinatum adducit similia, de quibus in reg. cum quid de reg. iur. Non autem hæc intellige de domicilio auito, quia † illud non sequitur nepos, licet enim quis sequatur forum ratione originis propriæ, vel paternę, non tamen sequitur originem patris mei, quam habuit ex origine patris sui, licet contra Boer. dec 13 nume. 6. & 9.

Ex

Ex his igitur habes duo corrolaria, vnum quoad constitutionem domicilii, & aliud
19 circa originem paternam, † vt interrogatus Confessor à pœnitente, An ordines recepti ab ordinario ratione originis paternę sint validi, interroget pœnitentem, vtrũ illos velit reciper, vel receperit. Nam post factum est ponderanda origo paterna, per l. assumptio, §. 1. ff ad municip. Vbi dicitur, quòd filius est originarius Ciuitatis, vbi pater naturalem originem duxit C. de munic. & origin. l. 1. & l. filios cum duabus seq. lib. 10 Ita Gemin. in d. ca. cum nullus num. 10. Anchar. nume. 1. Franch. nume. 3. Sed ante factum origo paterna non attenditur, & ita potest intelligi quod dixit Boer. dec. 13. nu. 15. scilicet filium retinere originem patris & matris, De his etiam vide Rotam in 1. p. dec. 327.

DE MATRIMONIO.

Matrimoniales denuntiationes causæ, quibus omitti possunt, videntur arbitrariæ. Cap. 41.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiationes matrimoniales qualiter sunt faciendæ.*
2 *Excommunicati, vt publicentur quare sic inoleuit practica.*
3 *Denuntiationes an possint omitti, remittendum arbitrio Episcopi.*
4 *Denuntiationes an omittantur, si quis nubat cum magnatibus.*
5 *Verecundia, & pudor iusta potest esse causa illas omittendi.*
6 *Sic cum diu fuerint concubinarij.*
7 *Denuntiationes omittuntur matrimonio reperto nullo, sed postea conualidato per Rom. Pontificis dispensationem.*
8 *Item cum timetur quòd pœnitens iniustè matrimonium impediat, secus si iustè, num. seq.*
10 *Discordia, & dissidij euitandi causa iusta est, vt Episcopus possit dispensare.*
11 *Sic quando virgo esset sub tutela iniqui tutoris.*
12 *Pariter quando aliquibus valdè expediret coniugium, quod timetur impediendum.*
13 *Causa iusta quæ sit, relinquitur arbitrio Episcopi.*
14 *Arbitrium Episcopi non liberum, sed regulatum esse debet.*

Circa denuntiationes præmittendum
1 est quod illæ sunt † faciendæ publicè, & solemniter, hoc est in ecclesia in diebus solemnibus in Missa maiori post cantatũ Symbolum Apostolicum non solum semel, sed ter à proprio contrahentium Parocho, vt habetur per Sanctam Synodum Triden. sess. 24. de reform. capit. 1. vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur. Sic & Abbas in cap. quia propter, §. electionis, num. 1. dicit, quòd electio est solemniter celebranda, & publicanda. Et ita id, quod dicitur de matrimonio carnali, Idem est dicendum de matrimonio spirituali, de elect. cap. fin. lib. 6. Sic excommunicatorum nomina sunt in celebri loco ponenda præforibus ecclesiæ, & indicanda cunctis conuenientibus ibi, quatenus excommunicationis causa, quam ignorauerint, omnibus auferatur Ita probatur per tex. in cap. curæ, 11. q. 1. Vbi Præpositus ait, Ex hoc inoleuit practica, vt excommunicati publicentur, & muris affigantur in litera grossa, & hoc ideo fit, quia non cadit ignorantia circa ea, quæ publicè fiũt, argum. tex. cum glosa in c. 1. de postul. prę lat. Hoc igitur sic præmisso, quando aliquis interrogat Confessarium, an possint aliqua ex causa omitti denuntiationes. Respondere debet, quòd hoc videtur pendere ex prudenti iudicio Episcopi, non quidẽ libero, & absoluto, sed regulato, † quod 3
idem extende ad Vicarium Episcopi generalem, cum iuxta receptam veram sententiam Doctorum habeat iurisdictionem ordinariam, vt in specie dixit Iacobus Sbroz. de Vicario Epis. lib. 2 q. 201. Vnde sanctũ concilium concedendo dictam facultatem ordinario, censetur non solum Episcopo, sed etiam ei, qui vices illius gerit committere,

tere, quia is ordinarius dicitur, glosa in ca 2. in verbo officialem de offic. Vic. in 6. & in cap. per lectis in verbo iurgia, 25. dist. & in cap. romana in verbo generaliter de ap pellat. in 6. Felyn. de offic. deleg. nume. 4. Tum, quia eadem est Episcopi, & eius Vicarii potestas, & Idem est amborum tribu nal. cap. 2. de consuet. in 6. in c. Romana de appellat. lib. 6. & inter Episcopum, & eius Vicarium non est dare medium, vt scripsit Abb. consi. 21. lib. 1 in fine. Et hæc contra Menoch vol. 1. consi. 69. nume. 55. Sed vt ad causas deueniamus; quæ sunt sufficientes, vt denuntiationes omitti possint, Dico quòd prima iusta causa est, quando contrahitur matrimonium cum magnati-
4 bus, † Vnde Reges, & Principes videntur posse contrahere sine bannis, quod intelligit Henricus Boich. in cap. fi ad finem, extra de clandestin. desponsatione, quando non est consuetam eorum matrimonia banniri, Ego autem in 1. par. dec. lib. 2. ca. 86. num. 2. simpliciter affirmaui posse Episcopum omissis denuntiationibus dispensare cum illis; quia cum magna deliberatione solent connubia tractare, & eorum matrimonia sunt valdè nota, quare si aliquod impedimentum inter eos esset, statim sciretur. Sotus in 4 sent. dist. 28. q. 1. art. 2 post tertiam conclusionem. D. Ant. 3. par. titul. 1. cap. 16. Secunda causa est, vt quia fortè vterque, vel alter eorum est se-
5 nex, † & erubescit contrahere cum tanta solemnitate, Ita Henric. qui supra. Vt si egregiè natus vxorem infimę conditionis ducat, vel ditissimus pauperem, vel senex puellam, & ita verecundia, & timor, ne peius eis sequatur propter inæqualitatem eorum, qui volunt contrahere, est iusta causa dispensandi, aliter nisi dispensaretur, vel fornicabuntur, & parentes si scirent, vel inferiorem interficerent, vel potius falsos testes supponerent, & sic malè impedirent. Si autem scirent ex toto celebratum, tunc quia non est remedium, sustinebunt, Ita Palu. in 4. d. 28 q. 2. ibi quãtum ad Tertium. Secunda conclusio: qui tunc hoc admisit, quando timetur esse impediendum matrimonium. Tamen vera videtur esse iusta causa generalis pudor, & verecundia, sic Sotus, & nos vbi supra D. Ant. 3. par. titu. 1. cap. 16. in fine. Anton. Cuccus, lib. 3. instit tit. 22. nume. 63. dixit causam iustam esse dispensandi inæqualitatem. Tertia est cum diu fuerint concu-
6 binarii, † quia si sola verecundia sufficit, vt supra diximus hæc à fortiori sufficit ex causa vbi pudor, & infamia concurrunt, quod maximè procedit in articulo mortis, vt si in præsentia Parochi, & testium omissis denuntiationibus quis contraxerit matrimonium cum ea, cum qua prolem susceperat, ad finem, vt illam faceret legitimã, & ad transeundum ex hoc seculo iter melius ornaret, nam licitum est matrimonium, & non peccat. Non enim illo tempore vacat mittere ad Episcopum, super denuntiationibus, & bannis, si qua essent impedimenta, vt si quis gladio grauiter percussus; & iam, iam esset moriturus, vt eleganter probat Gemin. consi. 66. colum. pen. & fin. Quarta, quando pro certo nullum esset impedimentum, quia tunc cessat causa Palud. qui supra, vt inter eminentes personas Causa alia etiam est quando matrimonium fuerit contractum iuxta conci-
7 lium, quod postea † fuit repertum nullum ob aliquod impedimentum, nam obtenta dispensatione sufficit, vt omissis denuntiationibus denuo occultè contrahant, & mutuo consentiant ad tollendum scandalum, vt diximus in 1. par. decis. lib. 2. cap 81 nu. 15. Alia est causa, quando timetur fore,
8 † vt consanguinei iniustè matrimonium impediant, Henric. d. cap. fin. patet hoc ex Concil. Trident sess. 24. cap. 1. verbo malitiose, malitia vero dolum importat, vt bene tradit glosa in cap. fin. de clandest. desponsat. Hinc infertur tunc esse iustam causam, quando parentes eius vi, dolo, aut falsis testibus, vel calumnijs impedirent ma-
9 trimonium, fecus, quando adest iusta causa impediendi ob notabilem disparitatem, & precibus ac suasionibus procurant impedire, quia tunc nihil malitię adest, sed iure suo vtuntur, cap. ecclesia vulterina de constit. vt dixit Menochius vol. 1. consi 69. nume. 63. posset enim nisi sic impediretur hoc matrimonium esse causa maximę di-
10 scordiæ, & dissidij, † quam sanè causam euitandæ discordiæ, & dissidij iustam, & rationabilem esse in specie consuluit Abb.

in

in cap. requisiuit nume. 4. de sponsal. Fely.
consi. 26. nume. 21. posset etiam causari o-
dium inter virum, & vxorem, & ita tale
matrimonium haberet infelicem exitum,
d. cap. requisiuit. Menoch. consi. 69. nume.
44. vsque 49. volum. 1. Iusta etiam causa
omittendi denuntiationes esset illa, quam
nos posuimus in 1. par. decis libro secundo
11 cap. 86. nume. 4. quando esset virgo † sub
tutela iniqui tutoris, & timet ne eam tra-
dat viro ignobili, atque indigno, nam tūc
facilius sibi suadere potest ordinarius esse
iustam dispensandi causam, Nauarr. in
manu cap. 16 num. 37. vel quando filia vi-
gesimum quintum ætatis suæ annum exce
dit, nam tunc videntur parentes esse in mo
ra, vel quando filij nouercam habent, nam
tunc facile præsumitur ex malitia impe-
diri matrimonium, vt deficiat soboles, &
hęreditas deueniat ad filios secundi matri
monii, & ne pater priuetur vsufructu hæ-
12 reditatis maternæ. Alia est † causa, quan-
do valdè aliquibus expediret coniugium,
timereturque impediendum, quod proba-
tur, quia olim in eo euentu erat licita ma-
trimonia clandestina, vt docet Sotus 4.
senten. dist. 28. q. 1. artic. 2 Et tandem quę
13 sit iusta causa, relinquitur arbitrio † Epi-
scopi, considerando qualitatem rei, & per-
sonarum, & ex tempore, vt dixit Palud. in
4. senten. 28. q. 2. secunda conclusio, quod
14 quidem arbitrium † non debet esse libe-
rum, & absolutum, sed regulatum, quod si
gnificant ipsa verba concilij. Quod si ali-
quando probabilis fuit suspitio, & cæt. nā
si arbitrium requireretur liberū, & absolu-
tum, non dixisset, si fuisset probabilis su-
spicio, quæ probabilitas iustitiam, & æqui
tatem præsupponit, quę tota deficit in ar-
bitrio libero, in quo sufficit pro ratione
voluntas, prętera illa verba concilii, quod
illius prudentię, & iudicio sancta Syno-
dus reliquit, quid aliud significant, quam
prudentiæ, & iudicii regulatum arbitriū.
Vt copiosè scripsit Menoch. de arbitr. vol.
1. q 8. num 14. & num. 27. Igitur quando
Episcopus consuluit Confessarium suum,
an denuntiationes possint omitti, vel pos-
sit statuere, vt fiat vna tantum, vel duæ, de-
bet respondere, quòd possunt ex aliqua le-
gitima causa, de quibus supra, & alijs simi-
libus, quæ illius prudentiæ, & iudicio san
cta Synodus reliquit. An vero Episcopus
facere possit, vt denuntiationes fiant die-
bus non festiuis, diximus, quòd non in 2.
vol. consi. de consan. & affin. consi. 2. Diffi-
cultas. 5. num 3.

An coniugis sæuitia iustam alteri diuertendi causam præbeat, & fornicatio, Arbitrarium. Cap. 42.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia coniugis multipliciter considerari potest.*
2 *Verberare quando liceat marito vxorem.*
3 *Castigationis excessus qualis exigatur, vt vxor possit diuertere a marito, num. seq. Vbi arbitrarium in foro conscientia.*
5 *Sæuitia qualis, vt vxor discedat a viro, arbitrarium.*
6 *Cautio quando locum habeat, & quando dicatur sufficiens. nu. 7.*
8 *Vxor an uiro restituenda ob sæuitiam viri, arbitrarium.*
9 *Cautio quæ continere debeat, arbitrarium.*
10 *Cautio an fideiussoria, vel pignoratitia præstanda, arbitrarium.*
11 *Fideiussores, uel pignora non vnicuique facile est dare.*
12 *Cautio etiam præstanda ob sæuitiam parentum.*
13 *Sæuitia viri extenditur ad violentam extorsionem debiti.*
14 *Excessus quando nimius possit esse in extorquendo debitum.*
15 *Furor quando est ita ardens, ut possit vxor separari a coniuge furioso, uidetur arbitrarium.*
16 *Alenda extra domum, quando vxor possit ob coniugis furorem, uel morbum contagiosum.*

For-

17 *Fornicationis causa potest maritus vxorē à se dimittere.*

18 *Indicia sufficientia ad dimittendam uxorem extra suam domum, videtur arbitrarium.*

19 *Separatio matrimonij propter fornicationem, si coniux innocens adulteretur, an possit cogi redire ad coniugem.*

AD intelligentiam infra dicendorum
1 presuppono, † quòd sæuitia coniugis dupliciter considerari potest, vel præterita, vel futura, & vtranque dicimus esse arbitrarium, Vnde quando coniux conquæritur cum suo Confessario se velle diuertere à viro ob sæuitiam, interrogare debet in quibus huiusce modi sæuitia consistit, Quod si respondeat in verberibus, tunc iterum illam interroget. An passim,
2 & ex leui causa, quod non licet, † an acriter ex magna causa, & acri flagellatione, & tunc nec licet vel raro ex vrgenti causa, & moderatè, & tunc licet, vt habetur per glosam in cap. cum beatus dist. 45. verbo grauioribus, & in cap. sicut 7. q. 1. item an hæc acris flagellatio sit præterita, vel an habeat timorem futurę, vt not. in cap. 1. vt lite non contest. & in cap. ex transmissa, & in ca. literas, extra de restit. spol. Igitur ad hoc, vt possit recedere a viro ob castigationem, & ali, atque dos mulieri restitui, vt not. in d. c. literas, nu. 2. non requiritur moderata, sed nimia castigatio, quia in Priori culpa vxoris est, At in posteriori ipsius viri, Nam permissum est viro vxorem moderatè corrigere, & punire, l. rei iudicatę, ff. solu. matri. sed existimo, & in hoc etiam
3 Confessarii arbitrium, † an nimius castigationis excessus sit, vt fuga vxoris culpa vacet, ac perinde extra viri domum ea non obstante ipsi debeantur alimenta, quamuis enim vir aliquantulum rationis limites in corrigendo vxorem excedat, Non tamen statim licet vxori ab eius consortio aufugere, Quod multo magis procedit, quando verberatio leuis esset, & moderata, & ex causa vrgenti. Quamobrem non est cur viro denegetur. Ita Host. in cap. quemadmodum ad finem de iureiur. Vbi Ioan. Andr. num. 12. Anchar. num. 12. Boich. num. 1. & 5. Idemque censeo, quando leuis esset verberatio absque causa. Nam & si vir iniustè agat, non tamen ea sęuitia tanti mo-
4 menti est, † vt vxori licitum sit augere; At qualis, & quantus debeat esse iste nimius castigationis excessus, arbitror in foro conscientiæ remittendum esse arbitrio Confessarii. Sic an ex causa verberationis pręteritæ quantumuis atrocis semper licitum sit vxori arripere fugam, requiritur ad hoc di-
5 scernendum † prudens arbitrium Confessarii. Quid enim si Casu, vel insolito iræ, ac perturbationis motu viri contigerit, nec probabilis timor eiusdem punitionis in posterum exercendæ subsit. Sic quid si semel tantum, aut bis coniux coniugem verberauit, tunc non videtur esse iusta causa diuortii, cum quod bis sit, dicatur raro fieri, nam ex vnica, aut bina verberatione non concluditur sęuitia, vt dixit Riminaldus Iunior consi. 144. num. 3. vol. 2. quia requiritur consuetudo, quæ non vnico, aut bino actu concluditur. Idem quid è contra si ex vnica verberatione coniectura sumi posset probabilis attenta viri natura, vt in posterum sęuiat, Etenim metus verberum acriū in virum constantem cadit, nam tunc vnicus actus satis est huiusmodi timori inferendo, quando ex eo coniectura prædicta merito capitur. Item quid si mulier culpā admisisset condignam acri correctione, & propterea terminos condignæ correctionis vir transgressus est, & adhoc sæuit, tūc ex his, & aliis coniecturis consideratis poterit Confessarius arbitrari, an possit vxor securitatis cautionem expostulare, si ab eo aufugerit, & si fuga fuerit licita, vel non: Nam tunc cautio locum habere debet, quā-
6 do † iusta causa esse videtur, quam iustam esse non credimus, si maritus minaretur acriter, velle verberare vxorem. Illud tamen non est solitus exequi. At iustam, quā do esset solitus exequi. An vero spoliato viro sua vxore ob eius sęuitiam sit ei resti-
7 tuenda, dicimus hoc esse † arbitrarium; Etenim si tanta est sęuitia, quòd vxor probabiliter timeat, ne lædatur in persona, est deneganda, vt notatur in c. 1. vt lite non contest. & in cap. ex transmissa, extra de restit. spol. Aut non tanta, & tunc concedenda cum sufficienti cautione, quæ tunc danda

est,

est, quando inter duos interuenit reconciliatio, & vnus de facili potest offendere alium, vt maritus vxorem, Abbas Mona-
8 chum, & dicitur sufficiens cautio, † si pignora, vel fideiussores dentur, ff. mandati, l. si mandato Titij, §. fin. Alias nomine cautionis simpliciter prolatæ intelligitur nuda promissio. C. de verbo. signif. l. sancimus Quæ autem continere debeat hæc cautio,
9 discretus Iudex arbitrabitur, †. Scilicet, quod ei non debeat malum aliquod inferre, Quamuis leuiter, vt supra diximus, poterit ex causa, vt prius castigare, glossa in c. sicut. 7. q. 1. & in c. cũ beatus, dist. 45. sic an sit præstanda cautio fideiussoria, vel pigno ratitia, remittendum est arbitrio Iudicis,
10 † vt illa præstetur, quę erit magis tuta, extra vt lite non contest. cap. quoniam §. fin. Quod si Iudex ancipiti est animo, an debeat viro restitui vxor ex eo, quia dicit maritus se talem cautionem pręstare non posse, tunc consulat Confessarium, cui respondeat hoc arbitrarium esse, hoc est, tunc debere præstare, quando potest: Non enim
11 cuilibet facile est † dare fideiussores, vel pignora, vt patet qui satisdat. cogant. l. si fideiussor, §. si necessaria, quare si non potest, debet cautionem iuratoriam exigere, & magnam pœnam imponere; extra de præsumpt. capi. litteras. Et nota, quòd hæc cautio sufficiens, vel saltem iuratoria exigitur non solum ob nimiam sæuitiam con
12 iugis, sed etiam † parentum, vt dixit D. Anton. de Butr. in d. cap. ex transmissa, numero 5. & 6. Imo dixit ibi Bald. in fine, quòd debet esse etiam tuta à consanguineis viri, & attinentibus, facit text. in l. 1. C. si rect. prouin. Hęc quoque sæuitia solet etiam extendi, quando vi maritus debitum coniugale ab vxore extorquere solet, vt dixit D. Anton. in d. cap. literas, num. 20. & nos 1. part. decis. lib. 1. cap 84. nu. 5 & licet erudito Sanchez par. 2. li. 10. de diuort. disput. 18. num. 27. hoc dictum nostrum non placeat, dicẽti, quòd licet in modo sit aliqualis iniuria, non tamen est tanta, vt attribuenda sit sæuitiæ tribuendi causam diuertendi; Eo vel maximè, quòd si vxor spontè debitum reddat, nulla erit vis, si autem deneget, ius habet maritus exigendi, quod si in modo aliquantulum excedit, non est tantus excessus, & vxor potest vim illam amouere, si spontè reddit, vt tenetur. Nam respondeo defendendo Dom. Antonium, & in simul me, atque alios Canonistas, dictum Sanchez procedere posse, quando in modo peccandi esset aliquantulum excessus, non autem, quando in magno, quia
14 tunc quando immoderatus † esset coitus coniugalis, tunc potest denegari debitum, Quod si vir violenter eam cognosceret, potest ab eo recedere, & si vir spoliatus petit restitutionem, tunc potest reddi cum sufficienti cautione, vt exigat debitum toties in die naturali, vt nos diximus de quodam homine, qui in Cathalonia tam potens in re venerea erat, quòd quolibet die cognoscebat vxorem suam triginta vicibus, quæ tandem compulsa fuit ire ad Regem Aragonium, qui mandauit ei sub pœna capitis, ne amplius, quam sexies in die vxorem suam cognosceret, vt nos diximus 1. par. consi. lib. 5. de adulter. consi. 1. num. 11. Potest etiam excedi modus in cognoscendo vxorem per vim pręposterè, tamen in vase, & aliis illicitis modis illam cognoscendo non vt vxorem, sed vt adulteram, vt dixit tex in cap. origo, 22. q. 4. Ex quibus omnibus habetis arbitraria circa hanc materiam, quando coniugis sæuitia alteri præbeat iustam causam diuertendi, vt nume. 3. cum sequ. Furor etiam, quando esset ita ardens, & vehemens, vt periculum esset
15 vxoris cohabitare † cum coniuge furioso, potest esse legitima causa, vt ab eo vxor separetur, Ita est communis sententia quam refert Alex. in l. si cum dotem, ff. sol. matr. At quando sit ita ardẽs, vt possit vxor ab eo recedere, remittẽdum videtur in animę iudicio prouidi Confessoris arbitrio, vt si persequeretur mulierem cum gladio, si in eam proijceret lapides, si eam proijceret in terram, si manus poneret ad faciem, vel ad collum, tunc profectò iusta potest esse causa, vt valeat vxor diuertere a viro absque tamen culpa ipsius coniugis furiosi, & tunc
16 tali casu ob viri furorem, † vel etiam morbum contagiosum, cuius infectionis periculo vxor cohabitans exponeretur, alenda esset vxor seorsum cohabitans, cum enim culpa vacet, par non est, vt damnum priuationis alimentorum subeat, Barba. 2. par.

pat. rubr. ff. solut. matrim. num. 42. Sic à simili fuit iudicatū in Curia Archiepiscop. Neap. quando maritus solet inebriari, & ebrietas tendit in periculum mortis, vt habetur in praxi Curiæ Archiepisc cap. 22.
17 nu. 13. Fornicatio etiam carnalis, vt si vir esset concubinarius, nā tali casu licitè potest vxor à viro discedere, quam debet alere extra domum, & non debet cessare ab alimentis, vel restitui dos, donec præstetur cautio de concubina expellenda, etiam per appositionem pœnæ, l. ex ea parte, §. mulier, ff. solut. matrim. Quod idem dicendum de marito habente aliqua indicia sufficientia circa adulterium vxoris, nam tūc posset propria auctoritate vxorem à se dimittere quo ad thorum, hoc est ab eius amplexu abstinere, ac debitum etiam illi petenti denegare, At quando sint hęc sufficientia indicia, videntur remitti pruden-
8 tis Confessarii arbitrio, † Etenim si maritus Confessario dixerit eam in eodem cubili cum adultero reperisse, vel in loco remoto solos amplexatos, & similia, tunc poterit arbitrari indicia illa esse sufficientia ad dimittendum, aliàs minora indicia, & rumores minores non sufficerent. Vide Sotum in 4 senten distinct. 36 q. vnica art 3. Si tamen post factam separationem propter adulterium coniux innocens fornicetur, communis est opinio quòd reintegretur saltem ex officio iudicis, vt dixit Abbas in cap. ex literis, extra de diuort. Imò Felynus in cap. lator extra de senten. & reiudic. dicit communem opinionem esse quòd etiam iure actionis possit peti reintegratio. Ledesma tamen de sacramen. matrimon. super quæst. 62. D. Thomæ ex mēte eiusdem in solutione ad quartum dicit de iuris rigore non posse coniugem post factam separationem à Iudice cogi de nouo redire: Etenim quod semel definitum est, nulla debet iteratione retractari, cap. quod bene 6. quæst. 4. Sed Iudex ex officio id faciet, quando adest periculum incontinentiæ, & scandalum aliorum. Hinc Curia Archiepiscopalis Neapolitana solet facere separationem arbitrio ipsius Curiæ, & secuta reconciliatione mulier recuperat dotem, cap. plerunque extra de donat. inter vir. & vxor. vt habetur per praxim Curiæ Archiepiscop. Neapolit. in cap. 22 num. 14. Item periculum mortis corporalis est iusta causa separationis thori, Ergo multo magis periculum mortis spiritualis, quod tanto est grauius corporali, quanto anima pręstat corpori, capit. cum infirmitas de pœniten. & remiss. Nempè, si cōiux inducatur a coniuge ad peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi (verbi gratia) in lenocinio mariti, qui vxorem ad peccandum cum aliis inducit, Ita Rota Romana coram illustrissimo Pamphilio in materia separationis thori, 17. Maii 1593.

Matrimonij dispensatio, vt fiat super gradus prohibitos, causæ quæ, videtur arbitrarium. Cap. 43.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio est strictè intelligenda.*
2 *Papa solus dispensat super gradibus affinitatis, & consanguinitatis.*
3 *Gradus qui, & quare sic dicantur.*
4 *Gradus prohibiti alij dicuntur a iure diuino, & alij à iure positiuo.*
5 *Dispensatio facta a Papa in secundo gradu consanguinitatis est valida.*
6 *Dispensatio vt fieri debeat cum causa, qualiter intelligatur.*
7 *Causæ dispensationis sunt multæ, & arbitrariæ, nu. 16.*
8 *Angustia loci iusta causa est dispensationis, & defectus dotis.*
9 *Delegatus, cui est commissa dispensatio, qua diligentia vti debeat.*
10 *Dos, quę augetur ob dispensationem, debet fieri in specie super bona.*
11 *Electio semel habita de viro discreto an possit reuocari.*
12 *Dispensationis iusta est causa probabilis timor futuri scandali.*
13 *Dispensatio fit per Papam inter patruū, & neptem.*
14 *Papa potest dispensare super matrimonium per cultus disparitatem.*

15 Papa

15 *Papa dispensat super primum gradum in linea transuersali.*

PRo intelligentia infra dicendorum notandum est primo, quòd cum dispensatio sit iuris communis relaxatio, 22. q. 4. cap. pietas in fin. est strictè intelligenda,
1 † atque interpretanda, cap. 1. & 2 de filiis presbyt. lib. 6 cap. non potest, extra de preben. cap. quod delicto, extra de consan. & affinit. Quapropter non debet fieri, nisi ex causa, glosa in cap. ex parte verbo Sacramentum, extra de transact. Vnde Conc. Triden de reformat. capit. 5. sess. 24 dixit, quòd in contrahendo matrimonium inter gradus prohibitos, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. Secundo notandum, quòd in gradibus affinitatis, & con-
2 sanguinitatis solus Papa dispensat. † Quare infertur, quòd inferior à Papa etiam si sit Legatus a latere, non potest dispensare, nisi ad hoc habeat speciale mandatū a Papa, Innoc. quem sequitur Imola in cap. fi. num. 6. extra de transact. vt habetur in cap. quod dilecto, in cap. quo circa, in cap. non debet, extra de consang. & affinit. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduū schalarum,
3 † vel locorum procliuium, quibus ascenditur, vel descenditur ab vno ad alterum, ff. de gradi. l. Iurisconsultus, §. gradus, & proprie inuenitur in linea recta, minus autem propriè in linea transuersali, Et est gradus determinata propinquitas personę ad personam, & distantia vnius ad alterum, & differt à stipite, nam stipes non facit gradum, sed est principium, & radix arboris consanguinitatis, à quo rami pullulant, vt diximus in praxi Casu reseruat. Tertio noto, quòd gradus prohibiti
4 alii dicuntur † prohibiti à iure diuino, & alii a iure positiuo: Gradus a iure diuino prohibitus est primus gradus ascendentium: Alij vero gradus sunt prohibiti per ecclesiam; Hinc fit, quòd Papa potest dispensare in omnibus gradibus affinitatis, excepto primo ascendentium, Ita dixit Sotus in 4. sentent. distinct. 41 quest. vnic. attic. 3. in fine. Conc. Triden. vbi supra. Tamen si Papa dispensaret cum sibi consanguineo, vel affine in secundo gradu sine
5 causa, talis dispensatio esset valida, † & dispensatus esset tutus in foro conscientię, nam vbi Papa dispensat contra ius positiuum, sufficit sola voluntas secundum Innoc. in capit. cum ad Monasterium de statu Monach. Felyn. in capit. quæ in ecclesiarum, numero 25. extra de constit. Decius in capit. cum in cunctis, §. inferiora, extra de elect. Vnde quando dicitur, quòd dispensatio debet fieri cum cau-
6 sa, † aliàs dispensatus non est tutus in foro conscientiæ quo ad Deum, intelligitur in his, quæ sunt de iure diuino, Ita glosa ordinaria in capit. non est, extra de voto, nam Papa potest ex causa dispensare in gradibus diuina lege prohibitis, ita dixit Ioan. Andr. in capit. per venerabilem numero 30. extra qui filij sint legit. qui allegat text. in capit. literas, extra de restit. spoliat. Vbi Abbas ibi, numero 21. & 22. Decius in capit. quæ in ecclesiarum, numero 44. extra de constit. qui allegat text. in distinct. capit. literas, quamuis Papa hoc non soleat, vt etiam dixit Host. in distinct. capit literas numero 3. Quod tamen secus est in his, quę sunt de iure positiuo vt dixit, Felynus in capit. ad audientiam, numero 4 de rescrip. vt est secundus gradus in linea transuersali. Quarto, & ita deueniendo ad rem nostram, Cum dispensatio sit iuris communis vulneratiua, non fit nisi cum causa. Causę vero ad dispensandum sunt multæ, & primo in competentia dotis, hoc est defectus dotis
7 ad contrahendum, † cum illo, qui mulierem petit in coniugem, & non cum alia sibi æquali, Nauar. in manua. cap. 22. in fine, Nec habetur ratio, quòd puella speret magnā hęreditatem, quæ sibi de necessitate non debetur; etiam si sit materna, Nauar. in consilio 19. de rescrip. Et nec, si pater habens plures filias, posset commode dotare vnam, sed habita ratione dotis aliarum filiarum non posset vnam dotare, nam tunc, si vnam dotet sufficienter, vtique dispensatio non erit subretitia, exprimens dotis incompetentiam nam illud dicitur fieri non posse, quod commodè non possumus, l. nepos proculo, ff. de verbor. significat Idem multò magis causa iusta esset, quando diues vellet

ducere

ducere in vxorem consanguineam pauperem, constituendo illi dotem, vt Nauarr. in manu dixit, qui supra. Sic iusta
8 causa dispensandi est angustia loci, † sed an illa mandanda sit executioni, si mulier in alio loco insigni, vicino suæ patriæ, virum suæ conditioni parem inuenire posset; Dicimus quòd sic; Quod intellige, modò in dispensatione non ponatur dicta conditio, quia tunc est interpretanda, vt verba sonant, & natura verborum requirit. Decius in capit. at si clerici, §. de adulteriis, numero 169. extra de iudic. Sed aduertendum quod magna di-
9 ligentia vti debet delegatus, † cui commissa est dispensatio propter angustiam loci, aut incompetentiam dotis, quia vt plurimum dictæ dispensationes solent esse subiectiuę, & propterea bona esset cautela, vt Curia se informet ex officio, & non examinaret testes a parte productos, præcipuè quando personæ, quæ intendunt contrahere sunt infirmę qualitatis, & locus non esset valdè angustus, Insuper quando impetratur dispensatio a Pa-
10 pa, † modo augeatur dos, non est admittendus vir ad constituendam dotem simpliciter super omnibus bonis suis, sed debet illam constituere in specie super aliquibus bonis, si illa habet, vt sic consultum sit vxori in casu eius mortis, ne de nouo indigeat tali dispensatione ita dixit Genuensis in praxi Archiepisc. Curiæ Neapol. capit. 21. numero 14. Aduertendum tamen est, quòd electio semel habita de viro discreto, cui a pœnitentiaria cō-
11 missa est dispensatio, † videtur, quòd non possit mutari electo, cum dicatur in breui per latorem eligendo, nam videtur electa industria personæ, quia grauia, & ardua mandantur, Iason in l more, numero 65. ff. de iurisd. omn. iudic & dispensatio est de grauioribus negotiis, crederem tamen hoc non procedere, quando electus nollet dispensare, quia tunc cum per eligentem non steterit, videtur, quòd possit alium eligere, nam tunc videtur verum, quòd electio facta non possit mutari, quando electio esset acceptata. Rursum ratione scandali, nam quamuis dispen-
12 satio impetrata fuerit, si tamen adest probabilis timor scandali futuri, posset Episcopus illam impedire, ita dixit notabiliter Abbas in capit. cum in tua desponſ. Felyn. in capit. nihil, extra de præscrip. sic è contrario posset fieri dispensatio propter bonum pacis futurum, & scandalum euitandum inde, & oriundum mortis puellæ, & cognatorum, argumen. text. in capit. quo circa de consang. & affin. Vbi pro scandalo vitando matrimonium aliàs illegitimè contractum non dissoluitur, & ita temperatur rigor iustitiæ, capitulo secundo de nou. oper. nuntiat. Sic etiam fit dispensatio per Papam, vt
13 inter patruum, & neptem † possit esse matrimonium, sed ex maxima causa, & ardua, Ita dixit Anchar. consilio 366. & consili o 274. Abbas in capitulo consuluit, numero 16. de concess. præben. & in capitulo literas, extra de restitutio. spoliator. & in capitulo gaudemus de diuort. Sic dispensat Papa, vt fidelis, cum infideli per matrimonium copuletur. Etenim cum matrimonium dirimi sit ius merè ecclesiasticum, fit, quòd Papa, qui est super omne illud ius, capitulo propo-
14 suit de concess. præben. possit ex causa rationabili dispensare, Imo quamuis ex nulla causa dispensaret, matrimonium tenet, vt supra diximus. Sed tamen ait Sotus in 4. sentent. distinct. 39. quęst. vni. articul. 2. colum. penult. id facere absque vrgentissima causa fas non esset. Cum præsentaneum esset periculum subuersionis fidei, sic Sotus distinct. 41. quæstio. vnica, articul. 3 colum. 3. dixit, quòd Papa dispensauit super primum gradum
15 in linea † transuersali, vt ex multis Summis Pontificibus constat, vt ibi habetur. Quod multò magis hoc procederet, quando gradus affinitatis originem haberet ex linea transuersali affinitate fornicaria, De hoc vide Archiepsc. Florentin. 3. part. summ. titul. 1. capitulo 11. Ioseph. Anglès de imped. affin. versic. vxorem fratris. Victoriam de sacri matrimo. numero 286. specu um coniug. 1. part. numero 47. & per nos consilio volum. 2. de consan. & affin. libro quarto consilio pri-

mo difficul. 1. & talis iusta causa, & vrgens posset esse, vt si per matrimonium possit pax patriæ recuperari, vel patria infidelis, & multò magis regnum ad fidem conuerti, facit glosa communiter recepta in capitulo cum ad monasterium de statu monach. Ioan. Andr. & Felin. in capitulo semel Deo de regul. iur. in 6. Item causa iusta est extinctio magnæ li-
6 tis, & alię † quę cum non sint a iure determinatæ, relinquuntur arbitrio Confessarii, qui interrogatus debet, iuxta suum arbitrium regulatum consulere, an dispensatio possit obtineri, an non.

Finis Primæ Partis.

IACO-

IACOBI DE GRAFFIS A CAPVA,

Abbatis Congregationis Cassinensis V.I.D.

LIBER SECVNDVS.

Absoluto ab excommunicatione Papali quod tempus detur, vt Romam proficiscatur, videtur arbitrarium. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ab excommunicatione Papali, quando reincidat in excommunicationem.*

2 *Tempus determinare quando Romam accedat, cui competat. num. 6.*

3 *Iuramento an stetur absoluti, se Romam non potuisse accedere.*

4 *Iuramento eius creditur, cum agitur de eius conscientia.*

5 *An etiam hoc procedat in foro iudiciali.*

7 *Statim aduerbium qualiter intelligatur.*

8 *Quam citius aduerbium arbitrarium est, num. seq.*

10 *Posse illud dicimus, quod commodè possumus, num. 18.*

11 *Excusationes, quæ admitti possint, ne quis promoueatur ad ecclesiam Parochialem, videtur arbitrarium.*

12 *Impedimentum iustum non excluditur à constitutione; quæ indefinitè loquitur.*

13 *Impedimentum iustum quale.*

14 *Professionem inualidam prætendens, infra quinquennium potest litem mouere.*

15 *Tempus præfixum à vouente non currit impedito.*

16 *Diebus continuatis fieri dicitur quàm cõmodè, & non omni die, num. 17.*

19 *Testatoris voluntas est extendenda infra annum, fallit, si fuerit hæres iustè impeditus.*

20 *Eps in casu dispensat in gradu prohibito.*

DIximus absolutum ab excõicatione Papali in articulo mortis ab eo, qui
non poterat, cessante impedimenti causa,
si incolumis effectus est, & dato aliquo
modico temporis interuallo, quo possit si-
bi de cæteris prouidere, quod in animę iu
dicio absoluens ipse poterit esse Iudex ad
huiusmodi tempus determinandum, iux-
ta glosam notabilem in clem. 1 §. fi. verbo
1 quam cito † de pęnis in eandem reincide
re excõicationem, tex est in ca. eos qui, de
sent. excom. lib 6. Ita ẽt hr̃ per nos in 1. p.
Decis. lib. 1. c. 13. n 93 & nota quod idem
est in effectu dicere quã citò cõmodè pote
rit vel quã citò opportunitatem habuerit,
de quo verbo loquitur tex. in c. de cætero
de sent. exc. Quis tamen poterit hoc tẽpus
determinare; quãdo Romam accedere de
4 beat? Dic, ꝙ in foro conscientiæ † Confes
sarius, ita gl. in d. § fi. D. Ant. de Butr. in d.
c. de cætero, sed vtrum super hac incõmo-
3 ditate stetur iuramento suo? † arguit gl. in
d. §. fi. quòd sic, tãdem determinat hoc esse

 relin-

relinquendum iudicis arbitrio, qui hoc arbitrabitur ex varijs circunstantiis, vtrum fuerit in mora adeundi Papā, vel non, qui eo vocato, & ex coniecturis summaria cognitione præmissa, debebit hoc æstimare, & si morosum repererit, publicare debet eum incidisse, clem. 1. de decim. Et nec obstat, quòd cum quæritur de animæ pericu
4 lo, & de alicuius conscientia, † creditur eius iuramento, extra de homic. c. significasti, 2. nam gl. in d. §. fi. soluit, quòd illud debet intelligi in foro pęnitentiali, & quo ad vinculum occultè contrahendum, Non autem quando sumus in iudicio contentioso, & in vinculo scito, & publico, ideo non suæ conscientiæ, sed iudicis arbitrio committitur, vtrum fuerit in mora adeun
5 di Papam, vel non, & quamuis etiam † in foro iudiciali stetur iuramento alicuius, quando aliter probari non potest de conscientia eius, c. præsentium, extra de testi. Tamen in casu nostro probari poterit ex coniecturis. Igitur vt ad rem redeamus, Aduerbium illud, Quàm citò oportunitatem habuerit, Romam accedat, videtur remittendum in foro conscientiæ, & in ani
6 mæ iudicio † prudenti arbitrio Confessarii, Sic Host. in c. de cętero, de sent. excom. dixit, quòd hoc tēpus est ad arbitrium boni viri, cum lege, vel canone non determinatur, c. de causis, de offic. deleg. l. 1. ff. de iure deliber. & exponit quàm citius, hoc est, quàm citò impedimentum temporale cessauerit, & indulto aliquo tempore modico, quo sibi de viatico, & aliis necessariis valeat prouidere, ff. ex quibus caus. maiores, l. fin. Sic quando Regii, & Ferrariæ reseruatur casus de notariis post publicationem testamenti non denuntiantib. Episcopis legata ad pias causas facta statim intelligitur, vt diximus in praxi casu. reseru. lib. 2. c. 20 nu. 19. illud aduerbium Statim
7 moraliter, ac ciuiliter hoc est, quando cessante impedimento aliquo, ob quod determinatio fieri non poterat, illa non fieret. quod quidem arbitrio boni viri censendū est; scilicet Confessarii. An notarius in foro animæ fuerit morosus, vel non, Ad idē facit gl. in c. quam sit de elect. in 6. in verbo citius. Vbi dicit hoc esse arbitrarium,
8 † quia intelligi debet cum quodam spatio temporis, quod magis intellectu percipi potest, quam electione exprimi, ff. rem ratam haberi, l. quo enim §. Iulia. Quare credit Archid. ex mente, quæ potest haberi legislatoris in d. c. quàm sit quòd publicata electione incontinenti eligentes se debeāt præparare ad id, quod sequitur pensando tempus, & considerando distantiam, si absens fuerit electus, & aliis circunstantiis, dist. 29. capit. sciendum. Et ideo hoc relinquendum arbitrio boni viri, hoc est iudicis, l. continuus, §. cum ita de verb. oblig. & Confessariis, si hoc fuerit interrogatus,
9 sic aduerbium illud quàm citius † commodè poterit in d. cap. quam sit, intelligitur commodè videlicet consideratis absentia, & præsentia, & statu ecclesiæ, persona, & qualitate temporis, & viarum, vt extra de donat. cap. Apostolicæ, propè finem, versic. quod autem sic in cap. cupientes verbo commodè de elec. in 6. dicit Arch. quod il
10 lud dicimus † posse, quod commodè possumus, 22. quęstione 2. capit. faciet, ff. de verbo. signif. l. nepos proculo, vnde impeditis non currit tempus, extra de elect. ca. ne pro defectu, quare hoc est arbitrarium, & iudex ex illo tex. inspecta qualitate personarum, viarum, & temporum arbitrabitur, qualiter possit commodè fieri. Sic quæ
11 excusationes admitti possint, † ne quis promoueatur ad ecclesiam Parochialem infra annum, videtur hoc esse arbitrariū, vt quia habuit aliquod iustum impedimētum (verbi gratia) quia anno illo toto fortè ægrotauit, vel Episcopus in remotis egit, aut obiit, & literas dimissorias habere nequiuit, vel aliud simile, propter quod ordinari non potuit, Ita Guliel. Speculator in cap. licet Canon num. 54. de elect. in 6. vbi ait, quòd licet constitutio in d. c.
12 licet Canon † indefinitè loquatur, iustū tamen seu necessarium impedimentum excludere non intelligitur, extra de elect. cap. ne pro defectu, & extra de concess. præben. capit. quia, etenim iustum neminem obligat ad impossibile, vel iniustum, dist. 4. cap. erit, facit etiam tex. in c. si quis iusto de elect. in 6. & in ca. venerabilibus ibi. Alio de sent. excom. in 6. Vbi Archid. declarat, quòd dicatur iustum impedimē-
13 tum, † vt quia infirmus. 3. q. 3. ca. si ægrotans,

tans, vel si vocatus ad maius tribunal, & simile, & ita est arbitrarium; Sic licet per Conc. Trid. sess. 25. de refor. ca. 19. habeatur, quòd prætendens professionem inualidam infra quinquennium, debeat causas, quas prætendit, producere coram su-
14 periore suo, † & ordinario, quod quidem quinquennium non potest prorogari, vt sacra Congregatio declarat 410. §. non dãtur, tamen non currit legitimè impedito, quin possit, etiam eo elapso, reclamare, facit tex. in cap. quia diuersitatem extra de conceß. præbẽ. l. 1. §. vlt. C. de anna. excep. Pariter si tempus præfigeretur à vouente, quòd nisi infra mensem non contraxerit
15 matrimoniũ † à tempore, quo ipse sanus effectus fuerit, velit monachari, non videtur currere iustè impedito, argum. tex. in d. capit. quia diuersitatem. Vt quia adhibita debita diligentia nõ inuenit modũ cõtrahendi matrimonium, An autem adhibuerit debitam diligentiam, videtur remittendum arbitrio Confessarij, vel si inuenit, mulier erat persona indigna, At quãdo ad talem finem dicatur persona indigna, diximus in nostris decis. par. 2. in penul. edit. libro 1. cap. 12. numer. 47. facit etiam tex. in ca quamuis, verbo continuatis de offic. ordin. in 6. Vbi quamuis text. dicat, quòd continuatis diebus quam cito commodè poterunt, se Apostolico conspectui præsentent, tamen glosa ibi in verbo continuatis dicit, nõ credo, quòd propter hoc compellatur omni die proficisci: Quis enim impius iudex arbitretur, quòd per quadraginta dies deberet venire non quiescendo; & hoc probatur, cũ dicitur, quàm cito poterũt, † illud dicimus posse, quod
18 possumus † de iure, & commodè, d. l. nepos proculo. Quapropter ratio habenda est viarum, & tempor[is] ætatis, sexus, & valetudinis, d. l. continuus, §. cum ita. Vnde cum secundum hoc certum tempus statui non possit, standum est arbitrio boni viri; idest iudicis in foro exteriori, & in foro animæ Confessarij, argum. text. in l. 1. ff. de iure deliber. facit à simili voluntas testatoris ex est[e] x. quenda infra annum, vt diximus in 1 par. consil. de testam. cons. 2. nu. 1. Tamen si hæres iusta de causa fuerit im-
19 peditus, † vt quia esset inops, vt extra de solut. c. Odoardus; Vel quia inchoauit ædificium infra annum, & fecit quicquid potuit, & nec potuit adimplere propter operis magnitudinem, tũc excusatur, argum. text. in c. imputari de regulis iuris in 6. Feder de Senis cons. 129. Sic nec Episcopus, nec legatus à latere potest dispensare in gradu prohibito ad contrahendum matrimonium, de quibus gradibus habetur in cap. non debet de consang. & affi. Attamẽ
20 si intersit copula, & contraxerunt † in facie ecclesiæ, & impedimentum esset occultum, & separatio esset scandalosa, nec facilis esset recursus ad Romanum Pontificẽ, seu eius legatum ob nimiam paupertatẽ, seu alia legitima impedimenta, quæ qualia sunt remittuntur arbitrio boni viri, poterit Episcopus dispensare ex doctrina Panor. in cap. cum dilecti; extra de consang. & affin. quòd ex magna causa vtilitatis, vel necessitatis potest hoc Episcopus, Decius in cap. at si clerici, § de adulterijs, extra de iudic. Quare ex his omnibus concludamus ritè perpensis quid sit agendum.

Aduocatis petere mercedem, & quam, videtur arbitrarium. Cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis per iura ciuilia, & pontificia mercedem petere licet, Amplia etiam in clerico aduocato, num. 2.*

3 *Clericus quando possit exercere officium aduocationis.*

4 *Aduocato licet vendere iustum patrocinium, non sic iudici, vel testi.*

5 *Aduocatus respondens clientulo sine reuolutione librorum, an possit petere salarium, & quòd sic fallit in duobus casibus num. seq. & 7.*

8 *Patrocinij præstandis mercedes lege publica statuere res esset iustissima.*

9 *Aduocatis merces quanta sit constituenda. Vbi quid in causa vitæ, num. 11.*

10 *Salarij immoderati excessus in foro conscientiæ restituendus.*

11 *Aduocati merces quanta sit, videtur remittenda arbitrio boni viri, qui multa considerare debet.*

12 *Aduocato debetur salarium, & si litigator a causa ceciderit.*

13 *Medico merces soluenda, quamuis infirmus moriatur, & quę arbitrarium. Et quando, nu. 15.*

14 *Aduocato quando debeatur salarium finita causa uel ante.*

16 *Aduocati filijfamilias an possint testari de salario prouenien te a suis clientulis.*

QVod sit licitum tam per iura ciuilia, quàm per canonica aduocatis petere
1 mercedem laborum, † & patrociniorũ suorum, patet per tex in l. 1. C. de suffrag. & l. 1. §. in honorariis, ff de vari. & extraordi. cognit. argum. text. in cap. non licet 11. q. 3. Vbi Augustinus in hęc verba. Non licet iudici vendere iustum iudicium, & si licet aduocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium. Ad idem est tex. in cap non sanè, 14 q. 5. Vbi Turrecr. nume. 8. iustum patrociniũ, sed non iniustum, & verum consilium, sed non falsum. Ad idem est tex. in cap. Romana, §. nec etiam de foro comp. lib. 6 in glosa in verbo salariis. Imò etiam clerico
2 aduocato salarium licet accipere † cap. 1. 15 q. 2 Panor. in c. 1. in fine de postul. qui potest aduocare coram iudice ecclesiastico, Imò etiam seculari, modo non sit in sacris, & neque simpliciter tonsuratus beneficium ecclesiasticum habens, Ita dixit Dom. Abb. in ca fi. num. 5. de postul. Summistę in verbo aduocatus Do. Anto in d.
3 cap. 1. qui etiam ex illo tex. notat, † quòd beneficiati, & ordinibus sacris constituti propriam causam, & ecclesiæ possunt aduocare prosequendo, iuxta text. in d. cap. 1. ibi nisi in propriam causam. Qui autem velit videre casus, in quibus clericus beneficiatus, vel sacro ordine decoratus coram seculari officium aduocationis exercere possit, videat Cępolam consi. 21. Syluestrum in verbo aduocatus nume. 2. Armillam num. 5. & Tabiensem num. 4. Veruntamen quare liceat aduocato vendere
4 iustum † patrocinium, non tamen testi, vel iudici, uide Sotum in 4. sent. de iustit. & iur. lib. 5. ar. 4. q. 8. ibi ad primum. Quod si quis arguat opera misericordiæ non sunt intuitu humanæ retributionis exhibenda, secundum illud Lucæ c. 14. Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque vicinos diuites, nè fortè ipsi te reinuitent, Patrocinari autem officium est misericordiæ, vt dixit Sotus, qui supra num. 3. ergo gratis est impendendũ, & potissimum, quod est spirituale opus, & spiritualia non licet temporalium æstimatione tribuere, quia respondetur, quòd & si scientia res sit spiritualis ratione subiecti, non tamen illius est generis spiritualium, quæ gratis accipimus, gratisque debemus, imo nostro sudore, & vigiliis parta nobis est, vt dixit Sotus lib. 9 sub tit. de simon. Sed an aduocatus si absque reuolutione librorum possit consulere, possit, &
5 debeat recipere pecuniam † pro suo consilio, Dixit Gemin. in d. c. non licet, quòd sic, quia debet haberi ratio præcedentis laboris, sic Præpos. ibi. nume. 2. idem dixit, quòd ratione laborum præteritorum, & expensarum in stadio, & librorum, non videtur inhonestum, neque illicitum, vt mercedem accipiat pro consiliis a volentibus soluere, Non defuit tamen glosa in d. cap. non licet, quę contrarium asseruit, scilicet quòd teneatur gratis consulere. Cui etiam sententiæ assentiunt Specu. titu. de salario aduoc. §. sequitur post princ. & Alexand. Ales freti auctoritate Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date, quæ reperitur in ca. 2. extra de magistr. vt quod gratis, & sine labore aduocatus acceperit, id etiam gratis impartiri debet, Verum opinio hęc est nimis rigorosa, quapropter standum est primæ opinioni, qua procul dubio verior est, ne pereant, sintque doctoribus fraudi, & damno ij sumptus, quos antea impenderunt, sudoresque, & labores pręteriti, quos ęgrè, diuque substinuerunt ad adipiscendam tantam legum scientiam vt in promptu de iure respondeant, fallit tamen quod
6 diximus in duobus casibus, † quorum primus, quando casus, super quo petitur consilium, esset ita clarus, quem omnes sciũt, ob idque aduocatus, siue doctor sine labore, & reuolutione librorum respondit, vt

puta

puta si aliquis esset interrogatus de casu in §. gallinarum institut. de rerum diuis. tunc habet locum glosa supra allegata, ita Socc. in tract. fallentiarum in regula 229. fallentia 3. Secundus casus est, vt glosa in d. capitulo non licet procedat, quando aduocatus haberet scientiam infusam, & ita gratis à Deo receptam, qualem habuerant Apostoli, quam vt gratis accepit, gratis debet dare, ita videtur in consi 34 Barbat. intelligere dictum Archie. Florentini in 3. part. sum. titu. 7. cap. 1. Cęterum vt ad modum mercedis aduocatorum descendamus, illud adnotandum est, quòd res esset
8 iustissima patrociniis † pręstandis, responsisque ferendis mercedes lege publica statuere. Alioquin cum litigantes ab vna parte pudor suffundat, si parum conferant, ab altera vero vincendi auiditas extimulet, non possunt non esse immodicæ: Qua vtique ratione vsu maximè fieri solet, vt lites nutriantur, & vtrauis pars vincat, maior tamen sortis portio causidicis attingat: At verò quando mercedes non sunt lege constitutæ, quia neque omnes commodè possint, tunc superest, vt videamus quanta sit
9 constituenda merces † aduocatis, Baldus in l. 1. in vltimis verbis post Rar. Forli. C. mandati, dixit in causa vitę nullum esse a iure taxatum salarium, verum ego nõ simpliciter hoc dictum intelligerem, quia si aduocatus extorqueret per immoderatam hoc est excessiuam improbitatem, excessus
10 ille esset restituendus; † non enim licet aduocato quantum libuerit exigere, imo verò neque recipere; Nam & si gratis auctior illa merces videatur conferri, tamen re vera non confertur nisi coacta voluntate, De hoc tamen est videndus Tiraq de nobilit. cap. 29. nume. 38. & nume. 48. Nauarr. in manu. cap. 25. num. 30. In aliis autem causis ciuilibus si aduocatus à sponte offerente sine fraude recipiat, vltra salarium a iure taxatum centum aureorum, argum. text in l. si pater, ff. de donat. vel à statuto, non tenetur in foro conscientiæ restituere, vt voluit Innoc. in cap. quia plerique, & ibi Dom. Anto. in colum. penult. Sextus casus & ibi Panorm. extra de immu. eccl. Et idem, si fuerit promissum vltra eam quantitatem, nam licitè exigi potest secundum Baldum in auth. ad hoc colum. pen versic insuper quæritur in fine. C. de vsur. nisi vt supra diximus, adeò esset immoderatum salarium, vt iudex ex officio eos cogere deberet ad restituendum, ita notabiliter dixit Innoc. in d. cap. quia plerique circa medium, versic. sed quid dices, Sin in foro conscientiæ ad id potest cogere confessarius secundum veriorem opinionem, crederem tamen ad discernendũ esse opus spiritu quodam diuino, cum aduocati in hoc casu ius sibi dicant, & iudices sint in sua causa, vt dixit Collect. ad text. in d. cap non licet, num 15. in fine. Sed de iusto aduocatorum salario elegans mihi videtur text in l. 1. §. in honorariis, ff. de variis, & extraord. crimen. Vbi habetur in honorariis aduocatorum, ita versari debet iudex, † vt pro modo litis, idest 11
pro quantitate causæ, proque aduocati facundia, & fori consuetudine, & patriæ, & iudicii, in quo erat acturus æstimationem adhibeat. Quartum etiam addit Alexand. de Ales in 3. part. sum. quæst 44. membr. 2. videlicet pro modo laboris. Sunt etiam pensandi labores, quos studentes ad comparandam iuris peritiam exhauriunt, & quos faciunt sumptus, sed tamen cum moderamine, vt diximus supra, Ad hoc vide decisiones capellæ Tholosanæ, qu est 482. & ita quanta merces aduocato debeatur, vr pensatis his omnibus circunstantijs esse arbitrarium, Quare interrogatus Confessarius debet considerare, an patrocinium prestetur in causa criminali, Vbi imminet periculum vitæ, vel sit causa ciuilis An reuoluerit libros in postulando, An sponte clientulus mercedem offerat, & soluat, vel petat, & exigat, consideret etiam aduocati ingenium, scientiam, & facundiam, atque dignitatem Hinc aduocati Episcoporum, vel Abbatum pro statu dignitatis eorum possunt recipere magnum salarium, & ita Iudex spiritualis, seu Confessarius poterit taxare mercedem aduocato vt etiam diximus in 1. part. decis. lib. 3. cap. 8. nume. 10. versic. decimo. Vnum tamen in hac materia est notandum deberi aduocato sala-
12 rium, † etiam si litigator à causa ceciderit, argum. text in l. sed an vltro, ff. de negot. gest. & quod dixit glo sa in c. 1. dist. 83.

Vbi ait medico esse mercedem soluendã,
13 quamuis ægrotus moriatur, † At quæ merces sit constituenea, credimus esse arbitrarium, Considerare enim debet Confessor an sit medicus iuuenis, vel senex, quæ sit prudentia, & peritia eius atque scientia cum experientia, atque dignitas, morbi magnitudo, atque modus laboris, si merces sit sponte oblata, vel exacta, & his, atque aliis perspectis poterit iudicium facere, an illam valeat exigere, vel exactam re-
14 stituere. At quando † debeatur salarium aduocato, an finita causa, vel ante. Specul. & latius Io. Andr. post Rom. in tit. de salario, §. sequitur, versic. sed quando soluetur, salarium, tenent, quòd ab initio solui debeat, & idem tenet Alex. in l. diem functo, ff. de offic. assess. Contrarium tamen tenent Innocen. Dom. Anto. & alii communiter in cap. petitio, §. propter sterilitatem, extra locati. Cynus, & Salyc. in l. vnica. C. de suffragiis, Quibus adde quod notat Barto. in l. archiatri. C. de profess. lib 10. nam ibi est text. quem etiam notat Barto.
15 quòd medici non † debent habere salarium, nisi quando est sanatus infirmus, Vnde pro hoc etiam notat Bartolus, quòd aduocati non debent habere salarium, nisi finita causa, sic etiam in procuratore, & nuntio lite durante, Baldus post Cynum
16 in l. 1. C. mand. An vero filii familias, † qui sunt in potestate patris possint testari de salario ipsis prouenienre à suis clientulis, Specul. in titul. de actore tenet quòd non, sed contraria opinio est magis communis, vt testatur Iason in l. fin. nume. 1. C. de inoffi. testam nam illud salarium reputatur quasi Castrense peculium, Iulium Clarus lib. 3. §. testamentum, q. 18 num. 7.

Altare, seu Capellania, an veniat nomine beneficij ecclesiastici, prudens requiritur consilium Confessoris. Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 *Capellania an sit ecclesiastica, probatur, si fuerit erecta auctoritate Episcopi.*
2 *Locus quando dicatur religiosus.*
3 *Hospitalis prouentus debet conuerti in substentationem pauperum.*
4 *Capella per laicum fundata in proprijs fundis, an possit conferri absque auctoritate Episcopi per hæredes.*
5 *Ecclesia potest præscribere contra laicum.*
6 *Hospitale quando dicatur ecclesiasticum & quando capella nume. 7.*
8 *Capella ut dicatur ecclesiastica cui conferenda est.*
9 *Beneficium ut sit ecclesiasticum debet esse perpetuum.*
10 *Arbitrium confessarij in multis versandum, ut dicatur capella, seu altare ecclesiasticum.*

SI Confessarius interrogetur à pœnitente, an appellatione capellaniæ veniat beneficium ecclesiasticum, ex eo, quia cum haberet quandam capellaniam, seu altare cum onere, vt ibi in hebdomada ter res diuina fieret, vel celebraretur, non recitabat horas canonicas; quia si sub nemine capellaniæ continebatur beneficium ecclesiasticum, tenebatur horas recitare, quamuis per alium faceret Missas celebrare. At si non continebatur, erat ab hoc onere exclusus, tenetur prudenter interrogare, an auctoritate Episcopi erat ere-
1 cta, & instituta † capellania, nam tunc pro beneficio ecclesiastico haberi debet, ita habetur per glosam magnam in clem. Si beneficiorum in fine de decimis, quæ allegat text. in cap. quæsitum, & cap. pen. 1 q. 3. extra de præben. cap. significatum Sic locus deputatus auctoritate Episcopi ad ho-
2 spitalitatem dicitur † esse religiosus, & ad munda nos vsus redire non potest. cap. ad hęc, extra de relig. dom. Vnde sequitur magnus effectus secundum Ancharanum ibi quòd gaudet priuilegio clerici quo ad bona; At si nulla Episcopi auctoritate altaria erigerentur, tunc sub appellatione beneficii ecclesiastici non continentur, argum. à contrario sensu in d. clem. si beneficiorum, Vnde non dicetur beneficium ecclesiasticum, Et hoc intelligo de hospitali,
3 cum † eius prouentus debeant conuerti in sub-

substentationem pauperum, vt dixit Zabar. in clem. quia contingit de relig. domi. Sic capellaniæ, quæ fundantur, seu donantur per laicum in suis propriis fundis absque auctoritate diœcesani, nam possunt liberè conferri per hæredes talium fundatorum absque diœcesani præsentatione, vel alterius superioris facienda illis, quibus placet iuxta dispositionem testatoris, modò conferantur idoneis personis, iuxta notata per Guitel. de Mõte Laud. in clem. gratiæ de rescrip. & ratio est, quia ex quo non sunt auctoritate Episcopi fundatæ, & institutę, non sunt beneficia ecclesiastica, sed prophana, Ioan. Faber instit. de rerum diuis. §. nullus ad hoc vide, extra de preben. cap. 5. nume. 1. Vbi idem habetur capellaniam non esse beneficium, quando non est recta auctoritate iurisdictionis ecclesiasticę sed solum auctoritate priuata laica testatoris, quia ratione sui patrimonii eam instituit. Quod si penitens dixerit esse erectam auctoritate priuata testatoris, tunc interroget an ecclesia consuetudine contra laicum præscripserit. Vnde si certo annorum tempore, videlicet quadraginta

5 † capellaniam ter, bis, vel quater Episcopus contulerit, aut in ea instituerit capellanum nominatum, & oblatum à laico, haberi debet pro ecclesiastico beneficio. Vnde etiam si capellania sua prima institutione, & origine beneficium non fuerit, progressu tamen temporis in beneficium ecclesiasticum transire potest. Sic, & hospitale, quod fuit ædificatum, seu deputatum

6 † sine auctoritate Episcopi, non dicitur ecclesiasticum, quare potest redire ad humanos vsus, scilicet eo viuente, qui ædificauit hospitale, at eo mortuo, qui hospitale ordinauit, secus est; & ratio est, quia tale hospitale efficitur ecclesiasticum, vnde non potest hæres fundatoris tollere lectos, & reducere ad statum pristinum, sicut poterat fundator, Ita dixit Abbas in d. cap. ad hęc num. 4. Item interroget, vt possit rectè, & prudenter dare responsum, de qualitate prouidentis, quia si de tali capella non prouidit, nisi Pręlatus ecclesiasti-

7 cus, vel persona ecclesiastica, † etenim propter hoc cognoscitur, quod capellania, seu altare sit ecclesiasticum, quia laicus regulariter hoc non potest, licet præsentet, de concess. præben. capit. fin. extra de iure patron. capit. 1. nisi hoc habere ex priuilegio Papali, qui solus hoc concedere potest, vt notatur in cap. quod sicut, capit Massana, capit sacrosancta, extra de elect. Item interroget cui consignari solet dicta capella, quia si clerico, tunc dicitur

8 beneficium ecclesiasticum, † extra de rescrip. capitulo cum adeo. Vbi Decius nume. 3. extra de transact. ca. ex literis. Rursum interroget, An collatio fiat in perpetuum, Hinc dixit Nauarr. lib. de præben. consi. 6 quòd capellania sacerdotalis relicta cum iusto salario cum facultate facta hæredi præsentandi Sacerdotem, & etiam destituendi quando volet, non dicitur beneficium ecclesiasticum, quia non est per-

9 petuum, † nec auctoritate ecclesiastica fũdatum, quia potest tolli sine causæ cognitione, & sine culpa, & beneficium ecclesiasticum propriè dictum debet esse perpetuum, & auctoritate Episcopi fundatum, ca. inuentũ 16. q. 7. & ca. satis peruersum, dist. n. 56 Ita habetur per Nauar in d. cõs. 5. & 6. num. 2. Et tunc ex his signis poterit decernere talem capellã esse beneficium

10 † perpetuum, hoc est, si altare fuerit ædificatum auctoritate ecclesiastica, si confertur personæ ecclesiasticę, an capella sit perpetua, etenim ex his signis existentibus arbitrari poterit Confessarius capellaniam, vel altare esse ecclesiasticum, vel non ecclesiasticum.

Arbitrium videtur, An appellatione ecclesiæ veniat porta. Cap. 4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de offendente aliquem in domo, an intelligatur de ostio.*

2 *Sanguinis effusio si fiat in domo duarum ecclesiarum, quæ ecclesia dicatur polluta.*

3 *Hermaphroditus quis, & cui sexui comparandus sit.*

4 *Tutor Titius factus eiusdem nominis, si sunt duo Titij, quis eorum censeatur.*

Ec-

5 *Ecclesia, vt dicatur violata, qualiter intelligatur.*

6 *Arbitrarium est an polluta porta intelligatur polluta ecclesia.*

Bartolus in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de cloacis notat, quòd appellatione cloacæ venit ostium cloacæ, quod facit ad quæstionem de statuto dicente, si quis offenderit aliquem in domo, & offenderit
1 in ostio, huiusmodi talis comprehenditur quod intelligit ibi Bartolus in fine, quando aliquid fit in ostio intra clausuram domus, nam tunc dicitur fieri in domo, vt in l. 1. §. flumina, ff. de ventre inspic. de statu regul. cap. 1. lib. 6. Sic Ioan. Andreas à simili ponit hanc quæstionem in ca. vnico de consecr. eccles. lib. 6. An si in porta po-
2 sita in medio duarum ecclesiarū fiat † iniuriosa sanguinis effusio, ita quod sequatur pollutio, vtraque ecclesia dicatur interdicta, Doctores in d. cap. vnico ponunt diuersas opiniones. Nam alii dicūt quòd sic, arg. tex. in l. arbor, ff. comm. prædiorū, & l. penult. ff. pro socio in quibus iuribus habetur, quòd arbor, quæ nata est in confinio duorum prædiorum, si domus alterius prædii eam exemit, debet esse communis pro indiuiso, & ita videtur, quòd appellatione ecclesiæ veniat ostium, & vtraque ecclesia videatur polluta. Sed alii dicunt, quòd non ambę ecclesiæ sed illa magis, cui accedit pollutio, facit quod notatur in l. quæritur. ff. de sta hom. Vbi quæritur, cui sit comparandus hermaphrodi-
3 tus, † hoc est, qui partim habet membra viri, & partim mulieris, & dicit ibi Iurecon sultus, magis puto eius sexum comparandum, qui in eo præualet, nam si magis pręualet sexus masculinus, poterit ea facere, quæ viris permittuntur. At si fœmineus, tunc permittuntur solum ea, quæ potest facere fęmina. Sic ad propositum qualis ecclesia intelligatur polluta, ex eo determinabitur ostium, cui fuit facta effusio, cui magis approximet. Est & tertia opinio, quòd neutra ecclesia intelligatur polluta, facit tex in l. duo sunt Titij, ff. de testa. tute. Vbi habetur, quòd si duo sunt Ti-
4 tii, † Pater, & filius; nec apparet de quo sensit testator; tunc si non apparet de voluntate testatoris, neuter erit tutor. At Io. Andr. in d. c. vnico dicit se determinatum audiuisse illam ecclesiam dici violatam
5 cuius gratia † paries vel porta facta fuerit, quod Imola intelligit, quando infra clausuram ostii versus ecclesiam facta est pollutio: nam solum illa ecclesia dicitur esse polluta argum. eorum, quæ dicuntur per Bar. in d. l. 1. ff de cloacis, vt supra num. 1. Ego autem censeo hoc esse arbitrarium, & committendum prudenti arbitrio Confessarii, vt consideret an delictum sit commis-
6 sum in porta. Sed in parte magis adhærente vni, quàm alteri, & tunc tantum illa ecclesia erit violata, cui parti magis adhęret, & hoc probatur per tex. in d. l. quęritur de hermaphrodito. Si vero dicta iniuriosa effusio sanguinis sit facta in medio portę, tunc considerare debet cuius gratia paries, & porta fuerit facta, vt dixit Ioan. Andr. Aut est dubium, quòd non potest apparere cuius causa sit facta, & tunc cum participet porta de vtraque, dicere debet Confessor vtramque, ecclesiam esse pollutam, per tex. in d. l. arbor, facit quod notatur in l. iuris peritus, §. oriundus, ff. de excus. tut. & in capit. postulasti de foro compet. & in cap. ad audientiam de homicid. Gemin. & Franch. in d. cap. vnico, facit glosa in cap. vnico, de scrut. in ordin. faci. Vbi in foro animæ in dubio debemus tenere partem tutiorem, d. cap. ad audientiam.

Arbitrium Confessoris est perquirendum, an puer fuerit suffocatus. Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia imponitur pro peccato, quāuis de illo dubitatur, num. 6.*

2 *Pars, quę benignior in foro conscientiæ, & quæ in exteriori.*

3 *Excommunicatus quis in dubio præsumatur.*

4 *Arbitrium Confessoris maximè necessarium circa pœnitentiam imponendam parentibus pœnes quos filij inueniuntur suffocati.*

5 *Actus*

5 *Actus prohibetur non propter se, sed propter illud, quod potest sequi.*

7 *Pœnitentiæ etiam à canonibus taxatæ sunt arbitrariæ.*

8 *Pœnitentia imponenda in casu dubij in materia suffocationis non solemnis, Sed priuata esse debet.*

DE infantibus suffocatis latè diximus in praxi casuum reser. lib. 2. cap. 28. Vbi habetur qualiter puer accipiatur, & quid propriè sit suffocare. Nunc vero quo ad rem nostram attinet, sciendũ est, quòd in foro pœnitentiali, vbi dubitatur de pec-
1 cato, debet imponi pœnitentia, secus in foro cõtentioso, in quo stante dubietate nulla est pœna imponenda: ratio diuersitatis est, quia semper benignior pars est eligenda, regula in pęnis de reg. iur. in 6. & in foro contentioso benignior est absolutio,
2 † l. præses, l. de interpretatione, ff. de pœnis, sed in pœnitentiali benignior est illa, quæ est durior, & ideo tunc dicitur benignior interpretatio, quando fit durior, vt habetur per glosam in ca. de infantibus, extra de his, qui fili. occid. notatur per Innoc. in c. cum tu extra de testi. o. And. singul. in cap. ex tenore, qui filij sunt legi. glosa magistralis in ca. vnico de scrut. in ord.
3 facien. Hinc in dubio præsumendus est, quis excommunicatus, extra de sent. excommun. cap. cum desideres, §. secundæ quæstioni, & potius fornicatio, quàm matrimonium, vt patet 30. q. 5. cap. aliter, & hoc ideo, quia vbi agitur de animæ præiudicio, præsumẽdum est in deteriorem partem, extra de sponsal. cap. iuuenis. Hinc circa pœnitentiam imponendam parentibus, pęnes quos filii reperiuntur suffocati, magnopere necessarium est arbitrium
4 Confessarii in animæ iudicio nam si suffocatio proueniret ex culpa graui vt puta tenendi filium tenellum in lecto in medio, quod nullatenus facere debent parentes, cap. consuluisti, 2. q. 4. Vbi ex illo textu habetur, quòd quandoque prohibetur actus non propter se, sed propter illud, quod po-
5 test sequi ex actu, quo casu secundum Canones debet imponi pœnitentia septem annorum; Si verò culpa fuerit leuis, vt quia posuerat eum in lecto, sed separato, & tunc imponitur pęnitentia trium annorum, d. ca. de infantibus At si nulla culpa præcesserit, vt puta, quia imposuerunt eum in cunabulis, & tunc non imponitur eis pęnitentia, vt in capit. ex litteris, extra de homic. Verum in hoc vltimo casu, quia potest esse aliqua dubietas culpę, vel quòd
6 non benè collocassent † membra, vel nimium strinxissent, vel fortè quia tot pannos super eum posuerint, quòd ex eorum põdere mortuus, vel suffocatus fuerit, vel fortè fuerint negligentes, dimittendo canem, vel muscipulam, quę dormiret super os infantis, & suffocaret, & tunc esset imponenda aliqua pęnitẽtia leuior arbitrio prudentis Confessarii, Sed hodie tàm in hoc tertio, quàm in secundo, & primo cũ
7 omnes pœnitentiæ † sint arbitrariæ, vt in cap. mensuram de pęnit dist 1. & in capit. Deus qui extra de pęnit. & remiss. potest Confessarius imponere pęnitentiam modo grauiorem, & modo leuiorem vt sibi videbitur secundum circumstantias, augendo, vel minuendo pęnitentiam, etiam a iure taxatam, verum pęnitentia, quæ imponenda est in casu dubii eligendo partem tutiorem, non debet esse publica, vt solem
8 nis, de qua in cap. In capite, dist. 50. cõtra consuetudinem quorundam locorum, vbi talis imponitur, sed debet esse priuata; quia illa solemnis imponi non debet, nisi crimen adeò graue sit, quod commoueat totam vrbem, vt in præalleg. cap. in capite, Abb. d. cap. de infantibus. Sed quib. signis poterit cognosci an infans fuerit à parentibus suffocatus, tradit Aegidius Boss. in praxi tit de homic. nu. 106. Boer. decis. 166. num. 1. vers. & in Curia nostra.

Arbitrium Confessarij requiritur, an dicta testium propulsari possint. Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Testium circa dicta propulsanda, quæ adnotanda.*

2 *Defectus occulti ipsorum testium debent esse veri.*

3 *Delictum non esse verum, vel verum, & non*

non probatum paria sunt in foro exteriori.

4 *Defectus, testium sunt proponendi in specie, & non in genere.*

5 *Peccatum mortale est manifestare crimē verum malo animo.*

6 *Defectus illi solum manifestandi, qui faciunt ad inualidandum testimonium.*

7 *Testes examinati pro vna parte non possunt ab illa reprobari, si contra ipsam deposuerint.*

8 *Crimen immane non est detegendum in causa exigui momenti.*

9 *Testis alias improbus non potest reprobari, si probè, & honestè viuat.*

10 *Testes, vt reprobentur, magna cautela est adhibenda.*

Circa dicta testium propulsanda sciendum est, quòd quando testes sunt exa-
1 minati pro vna parte, tunc solent procuratores, & causidici aduersariæ partis opponere defectus ipsis testibus examinatis, vt ipsorum dicta inualident, & hæc vocatur repulsa, de qua habetur per Boerium decis 321. per Iasonem in l. 1. C. de testam. per Foller. in sua praxi. 1. par. 2. partis Verbo concedatur repulsa, & in 3. par. tertiæ partis. Verbo. Et si confitebuntur nu. 59. vsque 6?. Quapropter multum versari debet arbitrium Confessarii circa interrogationes faciendas ipsi pęnitenti, qui dicta testium repulsauit. Et primo an manifestauerit defectus, quamuis occultos,
2 in quibus † ipsorum nomina infirmantur, vt se defendant, & an ipsi defectus sint veri, & an illos defectus probauerit, quia si non probauerit, peccat mortaliter, & tenetur actione iniuriarum, nam quo ad forū contentiosum paria sunt delictum non es-
3 se verum, vel verum, † sed non probatum, facit textus in l. duo sunt, ff de statu homi. & quod notatur in cap. 2. extra de offic. ordin. etenim qui non probat tale conuitiū in contumeliam alterius prolatum, calumniari, vel iniuriari præsumitur. 2. q 3. cap. calumniator & c. seq. Itē an in specie pro-
4 posuerit defectus, † & non in genere (verbi gratia) quia sunt infames, adulteri, fures, & homicidæ, quia debent probari sigillatim causæ infamiæ, & similium, per capit. præsentium, §. testes, verific. sigillatim, extra de testibus glosa in cap. constitutionem verbo circumstantiarum, extra de elect. Item interroget pœnitentem, an propulsauerit ex aliqua iusta causa testem de vero crimine, praua tamen intentione,
5 † atque animo iurandi, nam tunc peccat cum Deus magis animum, quàm opus requirat, & respiciat, 14. quæst. 5. cap. si quid inuenisti, glosa in cap. cum voluntate, extra de sent. excom. licet ad famę restitutionem minimè teneatur. Item interrogare debet, an solum illos defectus manifestauerit, qui faciunt ad inualidandum testimo-
6 nium, † & nulla alia crimina, quamuis nō sint, si tamen non sunt ex illis, quibus iure testimonium repellitur, nefas, & graue peccatum est illa propalare, Sotus de iust. & iure, lib. 5. q 7. art 3. (verbi gratia) si excipiendo vocaret testes cucurbitas, vel gibbosos, aut bastardos, filios meretricis, aut furis, vel latronis, tunc cum hæc non faciant ad propulsanda dicta testium, & nec Reipublicæ intersit detegi, aut puniri, & cum præsumatur fieri ex animo iniurioso, tunc præter mortale peccatum tenetur actione iniuriarum, non tamen ad famæ restitutionem, si hæc vera sunt, vt dixit Couar. lib. 1 var. resolut cap 11. nu 6. Ad hoc vide Oldr cons. 33. Item debet interrogare. An fecerit procurator examinare te-
7 stes in fauorem sui † clientuli, quia si postea ab aduersa parte iidem testes fuerunt examinati, non potest procurator illos reprobare, nam cum approbauerit dicta illorum testium, non potest amplius illos reprobare, nisi causa inimicitiæ superuenientis, Ita tex. in l. si quis. C. de testib. Imola in cap. præsentium, num. 7. extra de test. Rursum interroget, an euenerit multò
8 maius detrimentum † ex tali manifestatione testi, quàm ipsi parti, nam si in causa exigui momenti immane crimen testis patefaceret, ob quod, vel periculum mortis subiret, vel infamis inde viueret, profectò charitatem grauiter vulneraret vt dixit Sotus de iust. & iur. lib 5. q. 7. artic. 3. Item vtrum ille, qui alias improbus fuerit, ho-
9 die tamen probè, & candidè † viuat, & de

hoc

oc constat, vt dixit Follerius in d. verbo. Et si confitebuntur num. 61. Sotus, qui supra. Circa finem. Quare ex his omnibus colligitur, quanta prudentia Confessarij sit necessaria, vt possit arbitrari, An procurator propulsando testes peccet mortaliter, vel teneatur ad famæ restitutionem, vel actione iniuriarum, nam maxima cautela est adhibenda, vt propulsari possint,
10 vt id fiat non ex odio, aut ad vindictam, sed ex necessitate, & vt detegantur crimina vera in specie illa, quibus iure testimonium repellitur, & non alia crimina, quamuis non sint, Sotus, qui supra, & Cardinalis Toletus lib. 5. cap. 19. vers. Rursus, & Tertia.

Associans raptorem rapina secuta, qualiter teneatur, prudens requiritur arbitrium Confessarij. Cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Associare ad malum fieri potest suadendo, vel dissuadendo.*
2 *Auxilium restringitur ad id solum, super quod fuit præstitum.*
3 *Associantes dissuadendo, an possint condemnari de eo, quod commiserunt.*
4 *Associans pertinacem, an secuta morte erit irregularis.*
5 *Associans quid si iuerit causa defendendi, & non ad rapinam.*
6 *Et quid si iuerit causa pacificandi.*
7 *Associans quid si iuerit armatus, sed arma non mouet.*
8 *Arma habens ad latus, & si manus ad arma non posuit, dicitur vim intulisse.*

MVlta debet interrogare Confessarius, quando audit confessionem associantis ad maleficium committendũ, & Primo an associauerit raptorem, & qua de causa, an suadendo, vt rapinam committeret, vel dissuadendo, quod si dixerit
1 illum dissuasisse, & tunc an fuerit in culpa, vel non: Nam si iuerit in culpa, ne forte ab aliquo offenderetur, & hoc casu si principalis fuit captus in rapina, adeò quod nihil ablatum est, in nihilo tenetur, qui associauit. At si principalis aliqua asportauerit, etiam non tenetur associans, si modo ille sine societate iuisset, & spoliasset, aliàs teneretur: Et ita nota, quòd auxilium restringitur ad id solum, super quo
2 fuit præstitum, quod secus est in consilio, quia consilium extenditur ad totam rapinam, seu alia damna, & ideo tenetur in totum. Rursus interrogandus est, an associãtes dissuadendo raptorem passi damnum
3 non fuerint ausi † iniuriã propulsare propter timorem omnium associãtium, nam tali casu Confessor debet condemnare de eo, quod commiserunt, & sic proportionabiliter, & ita habetur ratio eorum, qui magis strenui erant, & qui magis timebantur.
4 Rursus an dissuasit aliquem, † qui erat pertinax, & tunc destitit, vel etiã perrexit cum eo semper dissuadendo, sed dubitans, ne succumberet, astitit ei, armatus, & inde fuit secuta mors, quòd si pęnitens dixerit, quòd sic, tali casu debet eum iudicare irregularem, vt dixit Specul. tit. de legat. § iusta. Rursus interrogandus esset
5 associans, an solum iuerit, vt † delinquentes defenderet, non tamen ad rapinam, quia tunc non tenetur, modo aduersarium certificauerit, alioquin secus, si propter præsentiam eius passus damnum non fuit ausus se defendere. Quod si pęnitens
6 dixerit se iuisse causa pacificandi, † vel impediendi, vel aliquo bono fine, & non malo, puta ad associandum, vt interficiat, vel rapinam committat, tunc interrogandus est an denuntiauerit illi se nõ venisse, nisi ad pacificandum. Quod si dixerit nequaquam, tunc Confessarius dicat se esse culpabilem, Quare cautus esse debet vt denuntiet illi ob quam causam venit, aliàs damnum passus, vel interfectus propter
7 associationem, & † præsentiam potuit effici timidior, interrogandus est etiam an astitit armatus, ponens manus ad arma, Quod si responderit, quòd stetit armatus,
8 sed arma non mouit, † tunc debet dare pęnitentiam, vt homicidæ, & incurrit irregularitatem, cap. sicut dignum, §. illi autem de homic. Vnde Bart. in l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi

vi, & vi

vi, & vi arma dixit, quòd qui habet arm ad latus, etiam si non posuit manus ad ea, dicitur vim intulisse cum eis, idem Lud. Rom. consi. 575. & ratio est, quia tunc insultans efficitur timidior, Nam qui simul stant videtur vnus alii dare auxilium, dixit Bald. in l. 1. de benef. fratr s. Hinc idem Bald. auctore Innoc. in l. raptores. C. de sacrosanct. eccles. dixit, quòd qui cum alio stat armatus, dicitur ferre opem, licet non faciat al. quem actum: Et multò magis, quando quis astitit, sed arma non mouet, sed accendit, Innoc. in cap penult. extra de homic. sic idem Bald. qui supra dixit, quòd præsumitur semper quem ferre opem, quando illius causa quis fit audacior, Ecce quale, & quantum prudens requiritur arbitrium Confessarii, vt sciat iniungere pœnitentiam associanti, & quando peccet, vel non peccet.

Choro addictos horis non interessentes causæ, quæ excusent. Arbitrarium.
Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Choro addictus, vel deputatus quis dicatur.*

2 *Consuetudo, ut quis non dicat horas in Choro, an valeat.*

3 *Choro addictus triplici ratione tenetur horas ibi dicere.*

4 *Horæ canonicæ quare sunt dicendæ in ecclesia.*

5 *Angeli sancti conueniunt in ecclesia cum psallentibus.*

6 *Choro addictus nimium spiritu fatigatus excusatur ab horis recitandis in choro.*

7 *Item qualibet corporis indispositio, exempla.*

8 *Impedimentum iustum, & legitimum, quod dilationem non patitur nume. 11. & 14.*

9 *Exequutor impeditus non priuatur iure eligendi.*

10 *Officium cum imponitur, imponuntur etiam ea, sine quibus officium exequi non potest.*

11 *Absentantes se a choro ex causa participandi de meritis interessentium.*

12 *Clericis cogitando super aliquo bono temporali, vel spirituali, horas recitando peccant.*

13 *Cor hominis vagum, & mobilius est enim mobili.*

14 *Absentia causa studij, quando iustum impedimentum dicatur & quotuplex num. 16.*

17 *Motiuum omne rationi humanæ consentaneum iustum est impedimentum.*

18 *Confabulationes in diuinis officijs, vel recitantes officium indeuotè qualiter peccent, num. seq.*

MVltæ causæ sunt, quibus choro addictus excusatur, si horis diuinis nó interfit, sed priusquam ad earum explicationem descendam, illud adnotandum
1 est, quòd choro addictus † est ille, qui assumptus, & obligatus ad Ecclesias Cathedrales, vel collegiatas debet dicere horas canonicas in ecclesia & in communi: Nó enim videtur satisfacere ecclesiæ, qui in camera sua, aut in cella, aut alibi, extra ecclesiam diceret, Imo secundum Henricum Boich. non valet consuetudo in contrariũ,
2 † quia cæderet in diminutionem cultus diuini, & sic esset ecclesiæ onerosa, extra de consuet cap. 1. ita dixit Card. Zabar in ca. si quis, dist 92. Sed Prępos. ibi nume. 1. dixit, quia hoc de consuetudine non tenetur quia valet consuetudo, sed ecclesia patiente defectum ministrorum potest cogi seruire in ecclesia per se, vel per alium substitutum, & ita intelligitur glosa in cap. gratia extra de rescrip. & in cap cum omnes, vbi communiter Doctores, extra de constit. latè disputauit Panor. in cap. extirpandæ, §. qui verò, extra de præben. & triplici ratio-
3 ne † tenetur deputatus diuinis officijs interesse, quod si noluerit, debet deponi, vt est text. in d. cap. si quis, quare est peccatũ mortale, vt ibi Gemin. nempè ratione ordinis

dinis sacri, Intitulationis, & beneficijs. sed quare sint dicendę horę canonicæ in eccle
4 sia, † Cardin. Turrecr. in d. c. ponit multas rationes, quarum prima, quia sicut sũt tempora orationis, Ita etiam sunt loca ad orandum deputata in ecclesiis, quæ propter hoc, vt dicit Augustinus, oratoria vocantur, secundum illud. Domus mea domus orationis vocabitur, non propter necessitatem, quasi locus ad hoc aliquid per se faciat, cum veri adoratores vbique adorent patrem in spiritu, & veritate, sed vt aliquis locus decens consecretur ad officium diuinum solemniter celebrandum. Secunda, quia in ecclesia, cum sit Deo locus consecratus & dedicatus, facilius exaudiuntur orationes, cum in ecclesia con-
5 ueniant Angeli sancti cum † psallentibus, sicut notat Sanctus Bernardus super verbum illud. Præuenerunt Principes, scilicet cœlestes coniuncti psallentibus, igitur ex his habetur, quòd alii, qui non sunt deputati ad ecclesias Cathedrales, vel collegiatas, non obligantur necessario eas dicere in ecclesia, licet libentius deberent eas dicere in ecclesia quàm alibi ob rationes supra allegatas, vt dixit Turrecr. in d. cap. si quis nume 3. Sed vt ad rem nostram deueniamus, multæ possunt considerari rationabiles causę, quæ excusant personas ecclesiasticas choro addictas horis non interessentes in communi in ecclesia a peccato mortali; vel si aliquantisper exeant à cho-
6 ro. Et prima est, quando nimium † fatigatus esset spiritus, vt post Innocent. tenet Host. & Anto. de Butrio in cap. dolentes, extra de celebr. Miss. Quod multò magis procedit, quando cum nimis esset fatigatus spiritus, exiret causa recreationis, quod potest fieri sine scandalo, nam tunc discedens a choro non videtur peccare. Caueãt tamẽ religiosi, & clerici choro deputati, ne in his nimium excedant, & frequenter, secundum Innocentium, & Anchar. Et quia quisque potest in facto proprio errare, debet vt tuto nauiget, suam infirmitatẽ explicare Confessario suo, & illius arbitrio se subijcere. Secunda est quælibet corpo-
7 ris indispositio † præsertim ad matutinũ, vt si sit sanguine minutus, aut dolore capitis grauatus, si sit infirmus, cuius nomine intelligo omnem necessitatem ineuitabilem, vt est medicinæ acceptio, in carcere detentio, ita videtur tex. in c. clericus dist. 91. Ibi corporis sui inæqualitate, vbi Turrecr. Quod procedit etiã, si culpa sua quis ad talem indispositionem veniret, Franchus in regula imputari de regu. iur. in 6. Tertia esse potest iustum, & legitimum
8 impedimentum, † quod dilationem temporis minimè patitur, vnde officiales qui habent talia officia, quòd eorũ causa oportet eos occupari tempore, quo dicuntur horæ canonicæ, vel Missa in choro, absentare se possunt à choro tempore talis necessitatis, nam quando quis tenetur aliquid facere certo tempore, & certo loco, si per eum non stat, sed impeditus non potuit facere excusatur, etiam si perpetuò impediatur, & habetur illud factum pro completo. Bal. consi. 37. nume 3. versic. in contrarium vsque in fin. lib. 3. vbi multa similia adducit. Sic executor impeditus infra an-
9 num, † In quo debuit eligere pauperes, non priuatur iure eligendi, licet adsit constitutio Synodalis, quod negligente exequutore deuoluatur ipso iure ad Episcopum, quia non habet locum contra impedimentum legitimum, Cald. consil. 348. in fine, alias 19. de testamen. & tandem amplia in omni dispositione quantumcunque indistincta, & præcisa pœnali contra negligentem, vel non facientem, quia semper intelligitur, nisi fuerit legitimè impeditus, Gemin. consil. 42. nume. 4. versic. ex quibus concludit, & num. 5. & 6. Item facit cap. in sancta, dist. 92 cum enim impo-
10 nitur eis officium, committuntur eis illa, sine quibus non possunt ea exerceri, facit text. in l. oratio, ff. de sponsal. glosa in cap. ecce, dist. 92. Idem est quòd custos dormitorij in religione, vbi est necessaria custodia domus, tempore horarum remanet extra chorum. Similiter, & Sacrista dum facit ea, quæ sunt necessaria pro officio suo, quæ non recipiunt dilationem, vt vocare seruitores, vel Sacerdotes ad Missam dicẽdam, vel ad custodiendam sacristiam, Sic etiam alij clerici, & Prælati ex rationabili causa possunt abesse, vnde secundum Do. Petrum de Palu. in 4. illi, qui propter rationabilem causam, & vtiliorem communitati,

tati, quàm sit sua præsentia, se absentant à choro, sunt participes illius non minus,
11 † quã si essent præsentes, sicut est æqua pars descendentium ad bellum, & remanentiũ ad sarcinas. Ista conclusio est etiam Domini Innoc. super ca. 1. extra de celebr. Miss. ita dicentis, clerici cuiuscunque ordinis, & etiam Prælati ex causa possunt ab officiis, quæ dicuntur in ecclesia abesse, vt si oporteret eos interesse circa administrationem temporalium, tamen dicere debent, vel equitando, aut stando in domo, aut in via; & sicut ministerium absentis prodest illis, qui sunt in ecclesia illa, Ita officium illorum, qui sunt in ecclesia, prodest illis, qui sunt circa administrationẽ temporaliũ quia omnes sunt vnum corpus in Domino, extra de constit. capit. cum omnes; Sic iustum impedimentum est audiendi confessiones, legendi, conclusiones substinendi, infirmos graues ex officio visitandi, & hospites recipiendi, facit extrau. Pij V. quæ incipit, Ex primo ibi cessante legitimo impedimento. Sic clericus cogitando super aliquo bono spirituali, vel temporali pec-
12 cat, † si recitat officium, quia non debet aliquid intendere, nisi circa ea, quæ in choro dicuntur, tamen secus esset, si necessitas fuerit, quæ dilationem non capit, nam excusatur a peccato, aliàs incurreret peccatum, non tamen mortale, quia secundum Boetium cor hominis vagum est, & mobi-
13 lius omni mobili, Ita etiam dixit Lapus alleg. 57. nume. 7. verbo, & Boetius, Vnde nullus est, ita fortis, qui patiatur varias tentationes, Abbas in capit. dolentes, extra de celebrat. Miss. Item iustum esset impedimentum, si infirmitas, vel iusta occupatio superueniret, 7. quęst. 1. cap. illud, & cap. sequ de consecr. dist. 1. cap. nullus, de cler non resid. capit. ex parte, & tandem quale sit iustum impedimentum, quia nõ omne est determinatum a iure, videtur
14 † remittendum arbitrio Confessarii, cap. de causis, extra de iure delib. l. 1. ff. de iure deliber. Hinc iusta est causa, vt non intersit choro absens causa studij cum dispensa
15 tione Episcopi, vel Abbatis, text. est in ca. relatum, extra de cler non resid. qui loquitur, quòd poterit Episcopus dispensare causa studii, ne choro intersit clericus, ergo multò magis poterit Abbas in aliqua, vel aliquibus horis, cum suis subditis, argum tex in auth. multò magis. C. de sacrosanct.
16 eccles. Quotuplex tamen sit absentia. Dic quòd quintuplex, vt per Iasonem in § rursus in princ. instit. de action. Vbi alia est necessaria, vt in bannitis, quæ semper nocet in damnosis, & onerosis, Bal. consi. 34. Roma consil. 75. numero 5. Item necessaria, & voluntaria, vt fauore Reipublicę, & hęc excusat, vnde talis absens habetur pro præsente, l. absentia, ff. de reg. iur. Alia est voluntaria omnino, vt ementium, & vendentium, glos. in l. aut religiosis, ff de procur. Fely. in cap. consultationibus de offic. deleg. Item alia cum dolo, & proteruitate, vt in contumace, qui in sui odium habetur pro præsente, l. properandũ, §. sin autem. C. de iudic. & alia est probabilis, vt studentium. Et hæc excusat, Clarus in §. fin. quæst. 54. in principio, & nu. 2. Item iustum impedimentum est occupatio circa temporalia. Ioan Andr. in cap. 1. extra de celebr Miss. num. 12. Item si occupatus esset sub barbitonsore, vel in seruitio corporis, Item quando monachus mitteret nuncium, & Superior acceptaret excusationem, vt videtur ex mente Nauar. in manuali prelud. 9. versi. adde tertio, & tandem pro rationabili causa potest admitti omne motiuum rationi humanæ consen-
17 taneum, † etiam si non fuerit vrgens, qua cessante libenter choro addictus, & deputatus chorum non omitteret, sicut a simili dixit Caiet. in verbo festorum violatio circa principium, quamuis talis causa non esset iusta, modo por omittentem ęstimetur iusta, nam excusat a mortali, secus tamen a veniali, sic Panor. in capit. dolentes de celebrat. miss. quærit num confabulan-
18 tes in diuinis officiis, † vel non dicentes officium studiose & deuotè peccent mortaliter, & dicit, quòd Ioannes Andreas ponit tres opiniones, prima, quòd sic, per text. in d. cap. dolentes, ibi pœnitus prohibemus districtè præcipientes: Veniunt enim contra præceptum illius, cap. dolentes, & consequenter incurrunt peccatum mortale, 14. q. 1. cap. quod pręcipitur, & c. 2. de maior. & obed. Secunda opinio est, quòd non peccant mortaliter, sed venialiter:

ter: quia dicere est in pręcepto, alia autem suadentur. Pro hoc facit ibi tex. dum di-eit. Quatenus Deus eis dederit. Tertia est opinio, quod ex deuotione obligantur ad pœnam, sed non ad culpam, Etenim tex in d.ca. dolentes prohibet sub pœna suspensionis, Hoc est, quòd confabulantes, & indeuotè celebrantes debent suspendi ab officio. Et hæc opinio placet Hostiensi, quia non debet ecclesia alicui laqueum iniicere, 27.q.1.cap. de viduis, nec alligare importabilia onera, 17 q vlt. cap. alligant. At mihi magis placet opinio Zabar. quòd si ex proposito, & studiosè contraueniunt, vel ex negligentia accurata peccant mortaliter: secus si ex quadam desidia, vel dici potest secundum Panor. ibi in fine, quòd hoc est remittendum arbitrio Confessarii
19 † cõsiderando quantitatem reatus, An sit modicus, quia excusat à peccato, cap. & si quæstiones, extra de simonia, ca. vnum orarium, dist. 25 qualitatem an cum scandalo, quantitatem contemptus, & negligentiæ.

Compositio an, & quando pro criminibus fieri possit pensatis circunstantijs arbitrabitur Confessarius. Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Compositiones criminum quando ab Episcopis, vel Regijs commissarijs fieri nequeant, vel possint. num. seq.*

3 *Potestas faciendi compositiones non comprehenditur sub potestate generali dispensandi.*

4 *Compositio an sit facienda cum hominibus malæ conditionis.*

5 *Compositio est facienda ante sententiam, non tamen post, etiam si hoc fuerit reseruatum in sententia, num. seq.*

7 *Aetas minor diminuit de pœna sic rigor iuris, num. seq.*

9 *Lapsus temporis, qualiter in delictis diminuat pœnam.*

10 *Pœna minuitur ex loco, ex rei conditione, & ex multis.*

11 *Pœna si duplicaretur de nocte & ignoratur dies, an nox iudex qualiter interpretabitur.*

12 *Pœna qualiter imponi debeat in delicto attentato, & non consumato, de quo controuersia vertitur.*

13 *Iudex exprimere debet causam in sententia, quando mouetur ad minuendam pęnam.*

14 *Compositio debet fieri concordata, & satisfacta parte.*

15 *Compositio an fiat, si pars non proponit querelam in iudicio.*

16 *Pœna ea magis apponenda est, quæ magis timetur.*

17 *Compositio facienda est pro corrigendis excessibus.*

18 *Compositio expendenda est in pios vsus, & per pios vsus quid intelligatur.*

19 *Assiduè aduerbium accipitur pro iterato.*

20 *Compositio an legitimè sit facta, videtur pensatis conditionibus arbitrarium.*

QVando Domini Episcopi, & officiales ecclesiastici, vel Regij accedunt ad Confessarium, petẽdo consilium super compositiones faciendas super delicta, interrogandi sunt, super quæ delicta volunt compositiones facere, nam super quibusdam non possunt, Quare non valent Episcopi accipere compositiones super omni-
1 bus † criminibus, vt fusè tradit Paulus de Castro in cons. 348. col. 1. per textum cum glosa in capit. licet, vbi Doctores, extra de pœnis, Felynus in cap. qualiter, & quando el 2 §. ad corrigendum num. 30. de accusat. Clarus in practica crimin. §. fi. q. 85. vers. vlterius quæro, sed tunc, cum crimina leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus pęnæ arbitrariæ, & dicitur crimen leue, vel graue multipliciter, primo quando consideratur persona, res tempus, & locus, Baldus consil. 412. super eo, quod lib. 4. in princip. Secundo qualitas delicti, quia omnia delicta capitalia sunt grauia, Bal. vbi sup. in prin. versic. secundo modo.

Tertio dolus ex parte committentis delictum, quia vbi dolus, ibi grauitas delicti, Bal. qui supra vers. Tertio modo, & cons. 388. si princeps, nu. 2 vbi ponit dolum, & pęnam tantum considerari. lib. 4. vel quādo potest in illis dispēsare, nam Episcopus super criminibus maioribus adulterio di-
2 spensare † non potest, Doct. in c. at si clerici, § de adulteriis, extra de iud. vel quādo cessat omnis suspitio auaritiæ, & mouetur ex causa correctionis, & applicatur pœna loco pio, vel aliæ causæ adsunt, de quibus per Doct. in locis prrallegatis, & præcipuè per Castr. vbi supra. Qui etiam dicit, quòd in generali potestate dispēsandi nō
3 comprehenditur † potestas faciendi compositiones, arg text. in c. pen. & fin. de offi. vicar. in 6. potest tamen Episcopus compositionem facere in criminibus leuibus, & extraordinarijs, in quibus imponitur pęna extraordinaria arbitrio iudicis, iuxta facti qualitatem, Ita dixit Iacobus Sbrozi. de offic. vicar. lib. 2. q. 37. sic de iure Cesareo non est facienda compositio cum hominibus malæ conditionis, & famæ, quia
4 malefactor est personaliter puniēdus, † vt sanxit capitulum Regis Roberti incipiēs, Ad peruersorum refrenandam, & est pragmatica Caroli V. Incipiens Mandamus; Et nec super crimine, pro quo venit pœna capitis imponenda, vel triremis, aut abscissio membri infligenda, nisi officiales Proregem consulant, & per Collaterale Consilium expediatur prouisio, quòd componatur, & secundum Afflictum decis. 287. sit pars concordata sponte, & nō per vim. Iulius Clarus in d. § fi. §. cęterum. Item an velint facere compositionem super criminib. ante sententiam, vel post, Nam ante
5 sententiam † Episcopi, vel alii iudices seculares possunt, gl. in l. 1. ff. ad Senatusc turpill non autem post, ant. Cuccus in insti. Canon. de Episc nu. 306. post Canonistas in d. c. qualiter, & quando Vbi Fely. 129. extra de accus quamuis habuerint priuilegium componendi, etiam post sententiam, vt habetur per Pragmaticam Regis Philippi, quæ incipit pro quanto de Baronibus,
6 & quamuis fuerit in sententia reseruatum ius mutandæ pęnæ, nam licet poterant de iure secundum Cuccum, qui supra, tamen hodie non possunt per dictam Pragmaticam, per quam prohibetur tā officialibus Regiis, quàm Baronibus reseruatio moderandi pęnas post sententiam decisas, cum qua cōcordat ius commune, vt per Bal. in l. 1. C. de calumniat. & in auth. interdicimus. C. de Epis & cler. Quod si dixerint se cōpositiones fecisse ante sententiam de criminibus, à quibus poterāt, interroget, An fecerint ex causa minoris ętatis, nā minor
7 ætas, quæ de iure Regni consistit † vsq; ad XVIII. annos, & sic vsque ad plenam ętatem, vt in const. Regni, quæ incipit Minorum Iura, Vnde delictū de sui natura graue, leue iudicatur ratione ætatis, Feder. de Senis cons. 168. Casus talis Papa in fi. & minori delinquenti non imponitur pęna ordinaria, sed extraordinaria, Quapropter pro pœna mortis imponitur deportatio, vel relegatio in Insulam, vel ad triremes per decennium, vt plenè per Grammaticū Decis. 23 per Bossium de homic. n. 79. Sic rigor iuris temperatur ratione ætatis, cap.
8 fin. extra de sent excomm. † dist. 86 capit. tanta, & de consecr. dist. 1. c. cos. 35. q 9. ca. sententiam. Et tempore, Hinc lapsus temporis, vt decennium in delictis alleuiat
9 pęna † in foro exteriori, quod intellige in delictis momentaneis, quæ iterationem non recipiunt, vt est homicidium, nam tunc si quis tale delictum commiserit antiquo tempore, & tunc punitur, debet pœna aliquantulum subleuari, & ita intelligitur tex. in l. si diutino, ff. de pœnis, quod intellige, si tempore maleficij commissi de hoc non fuerit cognitum; Secus si tempore recenti fuerit cognitum, sed propter eius absentiam, & contumaciam fuit pœna dilata, l. 2. C. de requir. reis. sed de hac quæstione, cui magis debeatur pœna, vel illi, cui diu est, quod deliquit, vel illi, qui recenter, nouiter, vide latè Petrum de Anchar. in cap. cum haberet de eo, qui dux,
10 in matrimon. Item ex loco † ex rei conditione, & criminum diuersitate, & peccatorum vniuersitate, vt hæc omnia colliguntur ex l. si quis aliquid, §. instrumenta, & l. absentem, §. fi. & l aut facta, §. 1. ff. de pœnis, similis est glosa in cap. fin. in fine, extra de sent. excomm. Hinc si pœna dupli
11 careatur de nocte, † & non determinetur

dies,

dies, vel nox, & delictum sit commissum ante ortum Solis, Iudex ob hanc diuersitatem, an fuerit de die commissum, an de nocte, poterit arbitrari secundum quod videbitur bene, vel non, & in dubio poterit mitigare pœnam, cum in mitiorem partem semper interpretari debeat, Clarus in praxi crim. §. fin. q. 82. vers. statutum, nume. 4. Sic quando sumus in delicto atten-
12 tato, † non consumato, licet controuertatur an in atrocioribus pœna ordinaria, sit imponenda, vel extraordinaria, tunc ex hac diuersitate delicti mitiorem pęnam poterit Iudex eligere, & sic diminuere, idē Clarus in §. fin. quæst. 92. num. 2. circa finem, versi. Ego autem dico sic. Notandum tamē est, quòd iudex debet exprimere cau
13 sam in sententia, † propter quam mouetur ad minuendam pœnam, sed tamen sufficit causa generalis, videlicet iustis de causis animum nostrum mouentibus, absque eo, quod in specie exprimat causam, & hāc communem dicit Clarus, §. fin. qu. 75. nu. 10 vers. præterea debet. Quod si confitetur ex causa rationabili fecisse compositiones, Iterum interroget, an fecerit satisfacta, & concordata parte, idest cum remis-
14 sione partis, quod etiam procedit in Principe, aliàs peccaret mortaliter, vt dixit Iulius Clarus, De hoc habetur per D. Thomam 2. 2. q. 6 art. 4. in 3. par. q. 46. artic. 7. 46. artic. 7. ad tertium, nam gratia sine partis remissione non concurrente prætensa, & necessaria causa publicæ vtilitatis posset reuocari per Collaterale Consiliū, sicut refert eruditissimus de Ponte ipsum tanquam vnum ex Regentibus præfuisse, quando fuit reuocata quædam gratia a Prorege facta absque partis remissione, ita dixit de potest. Proregis, l. 1. §. 4. nu. 8. de quibus per Vinc. de Anna in reper. ca. 1. de vassal. decrep. ætat. nu. 252. & adsunt specifici ritus Mag. Curiæ, qui vetant compositiones, & gratias fieri non præcedente prius partis remissione, vt in ritus, 272. & 275. & licet in ritu 274. dicatur posse fieri compositionem saluo iure partis, tamen dixit Carauita in d. ritu. 272. hoc esse correctum per prædictum ritu. 272. Ideo compositiones factæ à Proregibus absq; partis remissione nulla causa publica existente, vel gratię factæ dummodo infra tot annos partes cōcordarētur, & interim inquisiti liberi incedant, sunt malè factæ, & est peccatum, vt supra dixi tanquam cōtra leges, contra ritus, & contra ius publicum. Hæc de Ponte à nu. 8. vsque 12. Item interroget, an fuerit pars concordata per vim, vel metum, quia requiritur, ut sponte, Iulius Clarus, qui supra fol. 653. col. 1. Sed quid si pars non proponeret quærelā
15 in iudicio, vt consuetum est inter nobiles, sed nec etiam remittit, an possit componi, vel gratia fieri tunc Carauita ritu 212. nu. 20. & 22. dicit, quòd curia debet ita agere, vel etiam captis pignoribus, vt pars aduersa compareat ad agendum, & respondendum, an velit quærelam exponere, an non. At si pars iactaret se, quod velit quærelam exponere, & tunc iuxta text. in l. diffamari. C. de ingen. & manum. si facta trina monitione parti offensæ non compareat, potest ei imponi perpetuum silentium, & fieri compositio, ita Afflictus decis. 264. Carau. ritu. 202. ita videtur tenere Lucas de Penna in l. 1. C. de desertor. libr. 12. nume. 64. Inter nobiles autem practicatum est sufficere pacem inter ipsos factam, quę in iudicio habetur loco plenissimæ remissionis, vt idem de Ponte qui supra nume. 37. qui etiam nume. 32. ponit pulchram quæstionem, quando hęres est incertus, vel forensis, & absens, ita quòd ignoratur vbi sit, an possit fieri gratia, siue compositio quod quandocunque apparuerit, teneatur infra certum tempus remissionem obtinere, & videtur tenere cum Carauita hoc fieri posse consulto Prorege, dum tractatur de compositione: Item interroget quare velit facere compositionem, forsan ex eo, quia magis timetur à delinquente pœna pecuniaria, quàm alia, & tunc licitè fit qui semper
16 à principio illa pœna imponenda est, quæ magis timetur, secus esset, si non timeretur & ita intelligitur tex. in c. vt clericorū, extra de uita, & honest. cler. & cap. irrefragabili, §. vlt. extra de offic. ordin. per quæ sura habetur, quòd delinquentes non sunt in pecunia puniendi. Hinc Isidorus in capit. pauper 11 quæstio. 3. dixit. Cito violatur auro iustitia, si nullam reus pertimescit pęnam, quam scit pecunia posse

redimere, nam huiusmodi compositiones non sunt faciendæ cum his, qui pœnam pecuniariam non timent, vt solent esse diuites, quibus cum magna cautela imponenda est. Item interroget, an compositio sit facta pro corrigendis excessibus ex
17 fomite charitatis, Hostiens. in d. capit. vt clericorum, nu. 7. Quod tunc dicit ipse præsumam, vbi iudex ipsam sibi non retinet, nec imbursat, sed pauperibus erogat, & ad pios vsus, quemadmodum tradit Abbas in cap. 1. de success. ab intest. facit etiã tex. in cap. presbyteri, extra de pœnis; quod idem habetur in Concil. Trident. sess. 25. de reform cap. 3. Host. in c. licet de pœnis, & in cap. irrefragabili de offic. ord Quare ad tollendam sinistram opinionem, & ad tollendam saltem infamiam facti, & periculum conscientiæ euitandum consultius est, quòd talis compositio in pios vsus ex-
18 pendatur, † & per pios vsus intelliguntur pauperes, ac etiam ipse Episcopus, si euidenter indigeat, Host. in d. cap. irrefragabili, Imola in cap. 1. extra de cohabit. cler. Quapropter cum compositio sit facienda pro corrigendis peccatis, illa non est committenda in posterum, quo ad eos, quorũ vita probabiliter non est corrigenda, facit text. in cap prodest, 23. quæst. 5. 24. quæst. 1 cap. legatum, vt videtur esse is, qui assiduè peccat, l. 3. in fin. C. de Episc. audien. Cum nec Deus assiduè peccanti de facili misereatur, cap. diaconi sunt in fi. dist. 93.
19 vbi glosa dicit assiduè, idest iterato, quia vulnus iteratum tardius sanatur, de pœnit. distinct. 3 cap. inanis. Ecce quanta, & qualis requiritur scientia in Confessario, vt prudenter interroget, & respõdeat, ac denique arbitretur si compositio fuerit legitimè facta, vel non, & qualiter in futurum debeat pœnitens se gerere.

Conformandum an nobis sit cum quibus viuimus, videtur arbitrarium.
Cap. 10.

SVMMARIVM.

1 *Conformare debemus moribus bonis, cum quibus viuimus, & quare, num. 5.*
Ciborum in vsu tria consideranda, sub nume. 1.
2 *Illicita quædam sunt propter locum, propter tempus quædam ratione personarum.*
3 *Cibis restrictioribus vti, quàm alij faciunt, vitiosum est.*
4 *Votum monachi quando licitum.*
6 *Pœnitentias quis seruare tenetur, quam uis cum alijs viuat.*
7 *Scandalum quale possiuum, & illud non est curandum.*
8 *Ieiunare impotens ob infirmitatem alijs ieiunantibus doleat de sua infirmitate, sic num. seq.*
10 *Pœnitentia, & asperitas regulæ quibus relaxandæ.*
11 *Consilium optimum est, quando quis consulere debet viros doctos, & sequi.*
12 *Arbitrarium est, an quis debeat se conformare cum alijs in cibis.*
13 *Peregrini an teneantur sequi consuetudinem loci, ad quem declinant, nu. seq.*
14 *Peregrini, & viatores an teneantur sequi morem loci, vel proprium.*

EX tex. in cap. 1. & cap. fin. dist. 40. habetur nos debere conformari moribus eorum, cum quibus viuimus, & conuersamur, non quidem omnium, sed bonorum
1 tantum, † in vsu ciborum, in quo quis debet considerare, vt vtatur cibis congruentibus loco, vt non comedat cibos corporales in ecclesia, dist. 41. c. non oportet. Item iis, qui congruunt tempori, vt non comedat carnes tempore Quadragesimali aliisque diebus inhibitis ab ecclesia, vt dist. 4. c. denique, item vt congruant personis vt monacho non comedere carnes, vt de consecr. dist. 5. cap. carnem, Et ita nota, quòd
2 quædam propter locum sunt illicita. † quędam propter tempus, de consecr. distin. 5. cap. de esu, & quędam ratione personarũ, 17. quæst. 1. cap. vt lex. Archid. in d. capit. 1. qui tamen, non vtitur cibis, cum quibus viuit, malefacit, & vitiosum reputatur vti cibis strictioribus, quã faciunt alii, cum

cum quibus quis conuersatur,& sic videtur, quòd non licet religioso in vsu ciborum restringere vitam suam, vltra quam facit regula sua, quod intellige, etiam de illis,qui speciali voto abstinentiæ tenẽtur, nam si quis vouisset nõ comedere carnes, quando alii ex indulgentia superioris comedunt,aut nõ bibere vinum, quãdo alii bibunt, votum tale à religioso emissum non tenet,propter scandalum vitandum, nã obseruatio talis voti esset materia scandalizandi fratres, cum debeat se fratribus assimilare,arg.cap.1 & cap.fin dist.41. & ita licet votum de rebus monach. licitis,
4 † vt dicere vnum psalterium, vel orationem,sit validum,c monacho, 20. qu.4.ibi frangẽdum,ergo tenuit quia id, quod nullum est,frangi non potest, Ad hoc extra de spons impu.cap.ad dissoluendum; Tamẽ secus esset,quando obseruatio voti præberet materiam scandalizandi, vt nos diximus in 2.par.decis.lib 2.capit.1.num.30. quamuis tunc teneatur Prælato suo votum suggerere, & assensum exposcere. Quod si assensum præstare noluerit,tutus erit in conscientia,vt dixit Caiet. 2. 2.qu. 88 art.8 Sotus de iust.& iur.lib.7.q.3 ar. 3.col.3.vers.At vero. Verum si non sit religiosus,sed alius, tunc tenetur se conformare moribus eorum, cum quibus viuit,
5 † ne ponat scandalum fratri, Vnde Apostolus ad Rom.cap 14. ait. Noli propter escam destruere opus Dei, omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat, bonum est non manducare,& non bibere vinum, In quo frater tuus offenditur,aut scandalizatur,aut infirmatur, Hoc tamen intelligendum est salua conscientia,nam si quis vouisset non comedere carnes, quando alij comedunt, vel tenetur ex regula ad ieiunium,vel certa cibaria, sicut sunt monachi,d c.carnem, tunc secus esset, quia debet seruare votum, aut regulam, sic tene-
6 tur seruare pœnitentiam,† si super his fuerit aliqua iniũcta; similiter si quis propter infirmitatem, aut corporis sui sanitatem, aut aliam necessariã causam abstinuerit, excusatur non conformando moribus cõuiuentium, quia plus obligatur ad obseruantiam in abstinentia,vel pęnitentia iniuncta ad salutem corporis,& animæ conseruandam,quam ad viuendum iuxta mores sociorum:nam sic non obseruãdo mores illorum,non dat causam scandali,nec secundum rectam rationem, sic abstinendo debent alii scandalizari,quod si scandalizati fuerint,scandalum est sine causa data, sed tantum est causa sine ratione accepta. Vnde est scandalum passiuum,& non
7 actiuum, quale fuit scandalum Phariseorum,qui scandalizati sunt in verbo Christi, Matt.cap.5. quorum scandalum Christus non curauit, Dicens. sinite eos, cæci sunt,& duces eorum. Votum igitur abstinentiæ,aut pęnitentiæ infirmitas,aut sanitas corporis non debet violari propter obseruantiam talium morum, Hinc notatur ex tex.in cap.non cogantur,dist.41. quòd
8 si quis ex infirmitate, & debilitate non potest ieiunare quãdo alii ieiunant, talis nõ debet ieiunare, licet debeat dolere de sua impotentia. Sic si quis est tàm delicatæ naturæ,quòd pęnitentiam sibi iniunctam nequit implere,tunc potest facere, vt sibi pecunia pęnitentia illa redimatur, de quo, 82.dist.cap. presbyter. Et hæc nota pro illis,qui cõsueti sunt vti delicatis cibis, & si vtantur vilibus, stomachus dedignatur,& propter illud incurrunt abstinentes à deli
9 catis cibis infirmitatẽ,† nam tunc non tenentur sequi mores, cum quibus viuunt, sed consuetudinẽ suam delicatam, Et hæc nota tũ pro diuitibus pęnitẽtibus, quibus a Sacerdotibus imponitur pęnitentia,qui nequeunt talibus cibis vti, quia talibus sæpè relaxatur talis pęnitentia,tum etiã pro religiosis delicatis, quibus asperitas regu-
10 læ relaxatur, Præpos.in d.c.Non cogãtur, & ita ratione diuitiarum, vel nobilitatis, aut potentiæ est eis parcendum, & deferẽdum; Quare ex his omnibus videtur remittẽdum arbitrio Confessarii,an quis se debeat conformare bonis moribus eorum, cum quibus conuersatur: Hoc enim sanũ,
11 & optimum consilium est, vt cum pœnitens in aliqua re tangente conscientiam fluctuat,vt in casu nostro, An se debeat in cibis cõformare moribus eorum, cum quibus viuit,consulat viros probos,& doctos & præsertim Confessarium,& ne dum cõsulat, Verumetiam eorum conscientiam

G 3 sequa-

ſequatur, quod incumbit fieri ne dum indoctis, ſed etiam doctis, & ſapientibus, cũ in rebus propriis homo propter paſſiones non habeat integrum iudicium rationis, Et ea ratione medici cum infirmantur, alios medicos ad ægritudinis ſuæ curam adhibent, vt Philoſophus dicit 3. poli. & Confeſſarius varijs circunſtantiis conſi-
13 deraris, An ſcilicet nolle ſe conformare procedat ex ſpeciali voto abſtinentiæ, Et tunc an tale votum ſit emiſſum à religioſo, vel à laico, Item an votum à religioſo, emiſſum fuit ab ipſo notificatum Prælato, qui an præbuerit aſſenſum, vel non, quod ſi non aſſentit voto, non tenetur ſe conformare cum aliis, ſi fuerit laicus. Itẽ interroget, an ſe voto, vel pænitentia ſe aſtrinxerit, & non tenetur, Item an non poſſit ſe cũ aliis conformare in cibis groſſioribus, quia delicatus, nobilis, vel debilis, & diues, & ita ex his, & aliis circunſtã-
13 tiis poterit decernere an ſit conformandũ vel non. Sic & peregrini, & viatores tenentur ſeruare in ieiuniis mores loci, non autem morem proprium, quamuis non
14 haberent animum permanendi, Vnde tenentur ſeruare conſuetudinem loci, ad quem declinant, iuxta illud vulgare. Cum fueris Romæ, romano viuito more, hoc intelligit Hugo in capit. illa, diſtinct. 12. quem ſequitur Archidiac. quando ſi contrarium facerent, ſequeretur ſcandalum, quod ſatis apertè facit ſecundum Præpoſ. nume. 6. text in d. capit. de illo nam propter ſcandalum vitandum debet quiſque ab iſtis cibis abſtinere, & ab aliis illicitis, iuxta illud Apoſt 2. Cor 7 ſi ſcandalizauero fratrem meum, non manducabo carnes in æternum; Quod nota pro declaratione eorum, quæ dixit Zabar. in clem 2. in 1. quæſt. de celebrat. miſſ. quòd Cathalani exiſtentes in ſtudio Tholoſano peccant, ſi iuxta conſuetudinem Cathaloniæ comedunt carnes in Sabbatho: Et è contra non peccant Tholoſani, ſi in Cathalonia iuxta conſuetudinem patriæ comedunt carnes in Sabbatho.

Correctio quando facienda, videtur nonnunquam remitti arbitrio Confeſſarij. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Correctio delinquentis eſt actus iuſtitiæ, & charitatis.*
2 *Correctio quatenus ordinatur ad emendationem, quid ſit.*
3 *Fratris appellatione venit in hac materia omnis peccator.*
4 *Correctio qualiter facienda, difficile eſt legem dare.*
5 *Correctio vt fiat ex parte peccantis, requiritur certa peccati cognitio.*
6 *Manſuetudo maxima neceſſaria eſt in corrigendo.*
7 *Peccatum multipliciter committi poteſt.*
8 *Correctio quando eſt facienda partim durè, & partim leuiter.*
9 *Correctionis ſermo eſt clauis apertionis.*
10 *Correctioni duræ ſemper præmittendum eſt aliquid blandiciei.*
11 *Correctio qualiter facienda eſt à Prælatis ad inferiores.*
12 *Correctio ex parte peccantis requiritur, vt ſit probabilis ſpes de correctione.*
13 *Item vt peccatum ſit mortale.*
14 *Item vt non ſit ſpes, quòd habeat maiorẽ oportunitatem corrigendi.*
15 *Corripere cum ſit præceptum affirmatiuum, quando obliget.*
16 *Correctio an ſit facienda, conſulendus eſſet Confeſſarius.*

CIrca delinquentem non quatenus eſt
1 actus iuſtitię, † cuius eſt ſeruare rectitudinem iuſtitiæ vnius ad alterum: Sed quatenus eſt actus charitatis, propriè vocatur correctio fraterna, quæ adhibet remedium peccatori, in quantum eſt quoddam malum ipſius peccantis, nam ordinatur ad emendationem delinquẽtis, & ideo
2 correctio eſt admonitio fratris † de emendatione peccatorum ex charitate fraterna

pro-

prouenieus,& dicitur nomine fratris omnis homo peccator, † siue inferior, siue par, siue superior, omnes enim fratres sumus in Domino potius tamen ponitur nomen fratris, quàm hominis, vel peccatoris, quia frater est nomen amoris, & charitatis, & huiusmodi. Hæc autem correctio fit, vel fieri debet ex fraterna charitate, vt per eam repellamus malum fratris, idest peccatum, cuius remotio pertinet magis ad charitatem, quam remotio exterioris damni, vel etiam corporalis nocumenti. Vnde August. super Matt. capit. 6. Debemus amando corripere non nocendi auiditate. Sed studio corrigendi. At qualiter sit facienda ista correctio difficile est † certam, & vnam legem de corripiendo dare, quia lex non potest dari ex particularibus in particulari; vt habetur V. Ethi. Correctio autem est actus singularium peccatorum, & ideo multæ circunstantiæ concurrunt tum ex parte corripiẽtis, tum ex parte fratris peccantis, quapropter videtur remittendum arbitrio prudentis Confessarii, quando sit quis obligatus ad correctionem faciendam, vel omittendam. Nam ex parte fratris peccantis requiritur certa peccati cognitio, propter quod dicitur Eccles. 2. Priusquam interroges, non vituperes quenquam, & cũ interrogaueris, corripe iustè. Quapropter excluditur suspitio, scilicet quando quis vni parti assentiret, quod esset peccatum veniale, non tamen circa hoc se firmaret, sed circa aliam partem vacillaret. Excluditur etiam quæcunque alia relatio, sed requiritur certa peccati mortali cognitio. Secundum est mansuetudo in corripiendo, & non aspera obiurgatio, † cum ira magis ad peius prouocet, quã corripiat, ideo dicitur in Ps. Superuenit mansuetudo, & corripiemur: Verum de modo corripiendi consulendus esset Confessarius, nam cũ peccatum multipliciter possit committi, quandoque enim aliquis peccat ex ignorantia, aut infirmitate, & tunc correctio debet fieri leniter, iuxta illud Apostoli Gala. 6. fratres si præoccupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Nonnunquam committitur peccatum ex

1

4

5

6

8 passione, † & ex superindicta mala consuetudine, & tunc est corripiendum partim durè, & partim leniter, Ita quòd fiat quoddam temperamentum, incipiendo tamen à mansuetudine, Iuxta illud Psalmi, Bonitatem, & disciplinam, &c. Hinc dicitur de Heli, quòd filios suos leniter correxit, dicitur non corripuisse. At nonnunquam fit peccatum ex proteruitate, & ex malitia, & certa deliberatione, & tunc correctio debet fieri authenticè, & durè, Vnde Gregorius in pastorali. Nonnulla peccata sunt vehementer increpanda, vt cum culpa ab actore non cognoscitur, quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Hinc idem Gregorius & habetur par. 2. sui pastoralis, cap. 4. ait Clauis apertionis

9 est sermo correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit etiam ipse, qui perpetrauit. Item in corrigendo habenda est ratio ad qualitatem personarum, quia si corripientes sunt subditi, & iuuenes, tunc correctio fieri debet cum humilitate, Sylu. est. in verbo correctio, nu. 3. Sic & superior debet corripere suum seniorem subditum 1. Timoth. 7. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, glosa seniorem ætate, vel moribus. Iuuenes vero sunt asperè increpandi, ita quòd superueniat mansuetudo Psal. Superuenit mansuetudo, & corripiemur. Prius enim vicus ferro aperitur, & postea emplastrum mitigatiuum apponitur. Quia enim generosus est animus hominis, ideo melius ducitur, quam trahitur Secundum Senecam, Quare semper correctioni duræ miscendũ est

10 † aliquid blandiciei, saltem vt videatur correctio fieri ex compassione. Vnde Sal. in prouer. Semper correctioni aliquid blãditiei admisce. Quod autem dicit Apost. ad Timoth. 1. 4. Præcipe, doce cum omni imperio. Exponens, Gregorius ait. Apostolus hoc dicens, scilicet præcipe, & cæt c. non dominationem potentiæ, sed auctoritatẽ subdit vitæ, cum imperio quippè suadetur, quod prius agitur, quam dicatur, Nam doctrina subtrahit fiduciam, quando conscientia impedit linguam. Tandem qualiter sit facienda correctio a Prælatis inferioribus, non potest tradi regula certa, ideo uidetur hoc remittẽdum arbitrio

11 boni viri, † nam aliquando debent amicabiliter admonere, aliquando asperè, & durè increpare, secundum quod quis peccat ex infirmitate, ignorantia, vel malitia. Tertium, quod requiritur ex parte corrigentis est, quòd in alio non sit tanta ad corripiendum aptitudo, quia si ipsum fratrem videant alii æquè boni, vel meliores, & fortè magis familiares, vel fortè Prælatus suus, tunc probabiliter præsupponere possum, quòd aliquis istorum, in quibus est debitum & aptitudo ad corripiendum illum, debeat ipsum corripere, & ita debet credere, si autē certum esset, quòd omnes negligerent, tunc teneretur. Sic ex parte peccātis requiritur. Primo probabilis spes
12 de emendatione, † quia cum correctio sit instituta ex charitate, scilicet vt emendetur frater tuus, si illa non speratur, sed frater deterioraretur, vtique fieri non debet. Hinc dicitur prou. 9. Noli arguere deteriorem, ne te oderit, probabile tamen videtur signum emendationis, quando ex fragilitate peccat, quod tunc cognosci potest, qn̄ oblata occasione semel ruit, & deinde tristatur, & erubescit, vel ex malitia, cuius signum est frequens sine freno actus iteratio, Secundo requiritur, quòd peccatū suū
13 sit mortale, † nā peccatum est duplex, veniale, & mortale, correctio autem fit ad lucrandū fratrem per peccatum. Vnde Mat. 18. Si audierit te, lucratus eris fratrē tuū, Sed non amittitur fratris anima, nisi per peccatum mortale, ergo patet, quòd corripere fratrem est præceptum, quando peccat mortaliter, non autem, quando venialiter, licet sit consilium, Et hoc est, quod voluit dicere Augustinus, libro de sermone Domini. Dicens. Audiuimus admonentem, & magna cura præcipientem, si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe fratrem tuum. Ita quòd admonitio intelligatur de peccato veniali, & non de mortali. Tertio, quod non sit spes, vt habeat maiorem opportunitatem temporis
14 † ad corrigendum, vnde Augustinus ait lib. 1. de Ciuit. capit. 2. quòd si propterea obiurgandis, corripiendisque male agentibus parcis, quia tempus opportunius inquiris, non est occasio cupiditatis, sed cōsilium charitatis. Igitur cum corripere sit præceptum affirmatiuum, obligat ad exe-
15 cutionem sui, tempore † necessitatis, tunc autem est necessitas quando hæc sex concurrunt, ita quòd si non concurrunt, licet hoc præcepto ligetur, non tamen obligatur ad exequendum, id est ad corripiendū, sed potest differre sine peccato, quousque hæc simul concurrant. Quapropter circa hoc consulendus esset Confessarius, & ex-
16 plorata intentione pœnitentis † consulat ei, an facere debeat correctionem, vel nō, cum multæ circunstantiæ sint considerandæ, an sit differenda, quæ quandoque differri potest, vt sic peccator in maiora peccata lapsus, facilius resipiscat & commodius corripiatur (verbi gratia) vt dixit Sotus de rat. teg. q. 1. membro 2. conclus. 4. ad finem Nauarr. in manu. cap 24. nu. 10. & in cap. inter verba, nu. 629. & ponit exēplum Azorius parte 2. institut moralium, lib. 12 cap. 15. in eo, qui permittit puerum furari, vt eum deprehendat in furto, vt hac de causa acriter corripiat, & flagellet, vt ita castigatus, & pudefactus melius in futurum caueat sibi a furando, sed prudētia est opus in hoc, non enim quandocunque permissiuè id ita faciendum est, sed pro personæ, rei, loci, & temporis ratione, quare requiritur arbitrium Confessoris.

Defensio vt facta dicatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, videtur ab arbitrio boni viri pendere. Cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Defensio duplex, & quæ.*
2 *Defensio vt dupliciter inculpata, quæ necessaria.*
3 *Constitutus in discrimine vitæ quando quis dicatur.*
4 *Occidens excedendo modum inculpatæ tutelæ, qualiter puniatur, nu. 7.*
5 *Ictus, & percussiones, vt verbera non dantur ad mensuram.*
6 *Metus improuisus instantis periculi tollit rectum iudicium.*
8 *Aggressus, seu primo percussus, & semper*

per

per præsumitur percutere ad sui defensionem.

9 *Defensio inculpata ut sit, requiritur, quòd fiat causa defensionis.*

10 *Percussus si sequitur vulnerantem, & occidit, an teneatur de occiso.*

11 *Arbitrarium videtur an fuerit causa defensionis, uel vindictæ.*

12 *Defensio mera quæ dicatur.*

13 *Asserenti factum in foro conscientiæ, cum tali qualitate creditur.*

14 *Irregularis an sit occidendo aggressorem se defendendo, num. seq.*

15 *Fugere nullo modo posse, uel cum dedecore æquiparantur.*

16 *Clericus occidens pro defensione fratris, uel filij est irregularis, sed quid de laico.*

17 *Filius est pars patris, & vxor viri.*

18 *Pater si relaxetur à carcere, & ibi remaneat filius, non dicitur liberè relaxatus.*

16 *Consanguineus an possit impunè occidere iniuriam inferentem suo consanguineo.*

20 *Iniuria facta vni de familia videtur factæ toti familię.*

1 PRo intelligentia huius capituli sciendum est, quòd defensio duplex est, † nã alia est naturalis, & ista non est licita de per se, veluti si grassator viarum alium itinerantem aggreditur, qui se tuetur contra aggressorem, nam ille aggressor quoque dicitur se tueri ab aggresso, & naturaliter se defendere, Bal. cons. 286. Et primo per Ioãnem propè finem, versic prętere a defensio dicitur. Vnde si aggressus ab aggressore, & vulneratus eum insequitur, & ipse grassator repercutiat, & interficiat, pœna homicidij puniri debet, quamuis repercutiat, etiam se defendendo, Bal. consil. 286. & primus lib. 3. Alia est defensio naturalis, & ciuilis, & hæc est licita quando aliquis facit merè ad sui defensionem, vt quia aggressus ab inimico licitè se defendit, idem Bal. qui supra. Hæc autem defensio, vt dicatur inculpata, hoc est, vt non excedat fines meræ
2 defensionis, † & accedat ad vindictam, sunt multa necessaria. Et primo tempus, vt faciat incontinenti, idest in ipso aggressu, & non ex interuallo, nisi timeatur secunda percussio, quia tunc esset defensio secundæ percussionis, quæ timebatur, igitur requiritur temporis vicinitas, vt simul dicatur fieri, hoc est, vt fiat in ipso aggressu, & quòd non poterat capere partitum, quia erat in loco tam arcto, quòd nisi se defenderet, esset in probabili discrimine, ut occideretur, vel mutilaretur, Ad quod facit text. in clem. vnica in fine de homic. l. scientiã, §. qui cum aliter, ff. ad l. aquil. facit text. in l. 1. Vnde vi in verbo moderamine, & ibi glosa magistralis. Nam si defensio non esset coniuncta offensioni ab aduersario illatę, vel timore vlterioris inferendæ, sed fieret ex interuallo, diceretur vltio, & non defensio, Bald. consil. 312. nume. 2 versic. secundo Alexand. consi. 119. viso processu, num. 12. versi. & quamuis defensio lib. 7. Quando autem quis dicatur in discrimine
3 vitę † constitutus, vt sibi liceat occidere aggressorem, Dicas, tunc, quando terror armorum sibi infertur, vt habetur in l. licet, §. armati, ff. de vi, & vi arma, & in l. sed si quacunque in princ. ff. ad l. aquil. vbi hoc voluit glosa, Cepo. in consilio suo 39. Viso processu. in 5. colum. Vnde in foro exteriori eo ipso, quòd probo, quòd aliquis veniebat contra me, cum gladio euaginato, & ego eum occido, tunc probata est defensio mea. Sequitur Io. de Anan. in ca. si perfodiens in vlt. col. extra de homic. Nam non teneor expectare, quòd ille me percutiat, Bal. consi. 107. versic. Imò certè lib. 4. Hieronym. Tota consi. suo post Ant. de Bur. nume. 15. & 16. in fine. Dicit etiam Cepola, quòd vsus armorum affert iustum metum, sic si percutio te, antequam tu percutias me, dum tu es in actu percutiendi me, dicor me fecisse ad meam defensionem Bart. in l. si ex plagis §. tabernarius. ff. ad l. aquil. Bal. in l. 1. C. vnde vi. Et in l. in multis. C. de lib. causa, An tamen qui se defendendo excessit modum inculpatæ tutelæ,
4 & occidit aggressorem, debeat puniri † pęna mortis ordinaria, dic quod est puniendus alia mitiori pœna arbitrio iudicis, & ita non debet puniri pro toto, sed tantum pro excessu, ita dixit Ioan.

Andr.

Andr.in cap.significauit de pœniten.& re-
miss. Anch.in clemen.1.de homic. Ioan.
de Anan.in cap. significasti de homic. vo-
luit glos.23.quæstio.1.in summa. Et ratio,
quare non punitur de toto, sed solum de
excessu est secundum Bald. in d.l. vt vim,
quia ictus, seu percussiones, vel verbera
5 non dantur ad mensuram, † & defendens
se non potest habere stateram in manibus,
& mensurare ictus, pro quo est text nota-
bilis in capit fin.de homic.in 6. Et hoc tan
to magis est verum, quia metus improui-
sus instantis periculi tollit rectum iudi-
cium, & consilium deliberandi: Homo
enim intenso dolore, vel timore permo-
tus, non est in plenitudine intellectus, ita
dixit Bald.in cap.1.§.1.in fine, de pace iu-
ra.firm pro quo facit illud vulgatum, ho-
mo assaluto mezo perduto, idem dixit Bal.
consi.107 Qui mortem circa med.ver.por
ro si excedatur lib 5.plenè Alex.consi 76.
visa inquisitione lib. 1. Per totum, Hier.
Tort. qui supra nume. 17. versic. sed quid
fortius, vbi extendit etiam, si agatur de pœ
na spirituali, & dicit communem. Imò e-
tiam si se defendendo excesserit modum, &
7 taliter excedendo † vulnerauerit, vel occi-
derit, etiam tali casu non debet puniri pro
toto eo, quòd fecit, sed pro excessu tantum,
ita Anchar.in d.clem.1.de homic. Aggres-
sus tamen, seu primo percussus semper præ
8 sumitur repercutere ad suam defensionem
non autem ad vindictam, ita voluit Barto.
in l.si ex plagis, ff. ad l. aquil. Baldus in l.
prima, § cum arietes, ff. si quadrup. pauper.
fecis. dica. Notatur in capitulo significasti.
2. extra de homicid. & in clement. prima
cod.tit. facit glosa 23. quæstione prima in
summa, vbi habetur, quòd si quis vim iam
factam repellit, præsumitur potius facere
ad defensionem, quàm ad vindictam, quod
tanto magis procedit, quia qui primò per-
cussit, videtur habere animum repercu-
tiendi, Ad hoc vide Hyppol. de Marss. in
pract.causarum crimin.in §.quoniam, nu.
72. Secundo requiritur causa, hoc est, vt
9 fiat causa defensionis, † & non animo vl-
cicendi, vnde si potest impedire ictum al-
terius, & non impedit, imò percutit letha-
liter, tunc punitur, non tamen vt dixit de
toto, sed solum de excessu, quia excessit fi-
nes meræ defensionis, Quod etiam proce-
dit, si percussus, seu vulneratus insequitur
10 † vulnerantem, qui fugiebat, & eum oc-
cidat, nam non tenetur de occiso, vt homi-
cida, quia est potius culposus quam dolo-
sus, & pæna culposi est arbitraria conside-
rato facto, & persona, Alex.consi.65.atten
to, num 12.versic vbi autem, libr.3.Hie-
ron. Tort. qui supra num. 17. nam incon-
sultus calor caret vitio calumniæ, vt in l.
1.ff.ad Senatusconf. Turpill. & 2.q 3.§.
notandum, Fe yn in cap. dilecti filii in 8.
col.extra de except. Ad considerandum au
tem animum illius, qui percussit an fece-
rit causa defensionis, vel vindictæ hoc vi-
detur arbitrarium quia sunt consideran-
11 dæ circunstantiæ, † puta qualitas, & ha-
bilitas insultantis, & insultati, quare in-
terroget Confessarius pœnitentem insul-
tatum, quando ignorat quo animo occi-
derit, vel causa defensionis, vel causa vltio
nis. An aggrediens, qui fortis erat aggres-
sus est se fortiorem cum pugno, an aggres
sus resistit cum gladio se defendens, &
vulnerauerit, quia tunc dicitur excessisse
modum defensionis, ex quo poterat sine
gladio repellere iniuriam, Item si venie-
bat cum baculo, & iste potens erat ad resi-
stendum cum baculo, nam percutiendo
cum ense, excessit. Item si violentia pote-
rat repelli sine occisione, & ille occidit, di-
citur excessisse modum, Item si violentia
fuit expulsa post aggressum, si cum posset
impedire ictum non vulnerando, vulne-
rauit, nam talis, & tanta debet esse propul-
sio, quanta est necessitas defensionis, licet
non possint hæc omnia in ipso feruore iræ
considerari, l.1.primo resp ff.de exercit. l.
1. ff. de damno infe. Quare cum de hoc
non possit tradi certa doctrina, Confessa-
rius examinato diligenter pœnitente po-
terit considerare, an fuerit mera defensio,
vel excessiua, quia illa dicitur mera defen
12 sio, † quando fit illud, sine quo non potest
violentia repelli, nisi aggrediens occida-
tur. Etenim tunc poterit impunè occidi,
etiam per clericum, d. clem. 1. de homic.
At si modus excedatur, sed non ex proposi
to, non tenebitur, & Confessor ex circun-
stantiis arbitrabitur, an fecerit ex proposi-
to, an non, vt voluit glosa notabilis in cap.
signi-

significasti in 2. membro, in princ. extra de homic. quia in foro conscientiæ asseren
13 ti factum cum tali qualitate, † quæ reddit ipsum innocentem, vel nocentem est credendum, glosa in d.c. significasti, licet in foro exteriori, & iudiciali debeat innocentiam ostendere suam, si ex facto remaneat præsumptio contra eum, notatur in cap. 1. extra de præsumpt. l. si non conuitii de iniur. facit text. in cap. præterea, & ibi Anchar. extra de præsumpt. Quod si pœnitens petat consilium a Confessario, An sit irregularis, quia inuasorem interfecit, se defendendo, interroget Confessor, an po-
14 terat fugere, & sic euadere, † & non fugit; quia si pœnitens sit clericus, dicunt communiter Doctores illum esse irregularem; & ita potest intelligi glosa in d. clem. 1. & in cap. suscipimus, extra de homic. Quod si laicus non poterat se tutum reddere claudendo ostia domus, vel includendo se in turri, vel in alio loco tuto, & tunc non faciendo, & occidendo videtur irregularis, glosa in d. clem. 1. Alias non videtur esse
15 † irregularis, licet potuerit fugere, quia fugiendo posset cadere, & sic prostratus posset interfici, maximè si agressor esset velox ad currendum, & ipse carnosus, & non aptus, vnde non tenetur quis tanto periculo se exponere, per text. in l. 2. §. pen. ff. si quis caution. cap. accedens, extra vt lite non contest quia qualitas loci, & temporis non patitur plus deliberandi consiliũ, l. 1. ff. de exercit acti. l. 1. §. merito, ff. depos. Quod maximè habet locum quando pænitens diceret fugam esse sibi vituperosam l. in eodem, ff. ea quibus causis maior. Vnde æquiparatur nullo modo posse recedere, vel recedere cum dedecore. Ad idem, ff.
16 de manum. vindicta, l. iusta. Exemplum in rustico, qui vult percutere nobilem, vel militem, quia non debet fugere a rustico. Etenim non dicimus posse illud, quod sine dedecore non possumus. C. de his, qui not. infa. per totum, Nam tunc istis perpensis Confessor posset arbitrari ipsum non esse irregularem, & ita procedit opinio Gulielmi in d. clem vnic. Verum ego crederem Confessarium debere arbitrari aggressum irregularem, quando fugiendo pateretur aliquam læsionem famę, nam potius deberet illam pati, quam hominem interficere, argum. text. in cap. suscepimus, ex de homic. Imola in clem. 1. num. 11. de homicidio. Quod si pœnitens confiteretur se occidisse hominẽ pro defensione patris, vel filij, vel alterius coniunctæ personę, & tunc si est clericus, Dic quòd in foro conscientiæ est irregularis, per glosam in d. clem. 1.
17 quod in laico Doctores aliter videntur loqui, Vbi Bald dicit, quòd licitum est filio defendere patrem, vel occidere inuasorem patris, imo punitur, si non facit, l. 1. §. idem Diuus, ff. de sicar. Quod idem de patre occidente inuasorem filii, cum filius sit pars patris, & matris, l. isti quidem, §. fi. ff. quod
18 met. causa, & est portio corporis paterni, & caro patris Cassan. consi 53. nume. 5. & seq. Caffr. consil. 163. nume. 3. libr. 2. Abb. consi 83. num. 6. lib. 2. & consi. 3. nume. 3. eod. lib. Vnde in tantum pater, & filius cẽsentur vna persona, quòd pater licet rela-
19 xatur ex carcere, † si ibi remaneat filius, non dicitur liberè relaxatus Marsil. Singul. 160 in princip. & idem de viro occidente aggressorem vxoris, quia spiritualiter sunt coniuncti vinculo fœderis, & sunt duo in carne vna, & ideo vnum corpus censetur c admonere 33. q. 2. imo si aliquis facit iniuriam cum armis contra con
20 sanguineum, vel affinem † meum, licitũ est mihi illum insultantem impunè occidere, sic Baldus in l raptores in 2. colu. C. de Epis. & cler. & in l. vt vim de iust. & iu. & ratio est, quia iniuria facta vni de cognatione videtur facta omnibus de illa cognatione, l. lex. cornelia in princ. ff. de iniur. cum ibi notatis, & facta vni de familia, seu casata, seu domo videtur facta toti familiæ. Ad hoc vide Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto. Plenè Soc. consi. 228. incip. in causa Gabrielis, Sic iniuria facta meo consanguineo videtur facta mihi ipsi, Baldus in dict. leg. raptores, & l. vt vim.

In-

Incontinenti, Mox illico qualiter capiatur pro rebus saluandis, uel recuperandis, arbitrarium. Cap. 13.

SVMMARIVM.

1 Clerico an sit licitum aliquem occidere pro saluandis, aut recuperandis rebus.

2 Laico an liceat interficere pro rerum defensione, num. 3.

4 Fur nocturnus, quando non possit impunè occidi.

5 Clericus & laicus possunt pro rerum defensione aliter resistere præter occisionem & mutilationem.

6 Incontinenti aduerbium habet plures significationes, sed qualiter accipiatur, videtur arbitrarium, num. seq.

1 PRo saluandis rebus, & multò † magis pro recuperandis, non est licitum clerico aliquem occidere, quando violentia infertur rebus, text. est in cap. significasti, & cap. suscepimus, extra de homic. Sed bene manus iniicere, & defendere se baculo, non tamen procedere ad occisionem, d. c. suscepimus. Verbo tàm acriter exardescere, & hoc etiam procedit in laico secundũ Do. Abbatem, & Petrum de Anchar. in d. cap. suscepimus, nume. 5. licet indistinctè Doctores in l. furem nocturnam, ff. ad l. corn. de sicar. aliter sentire videantur in laico, quòd possit interficere, pro defensione rerum, quamuis prima facie hoc non vi
2 deatur † bene probari de iure ciuili, vt rectè ponderando iura ciuilia ponderauit Ioan. de Imola in cap. 2. nume. 8. extra de homic. Quapropter concludit, quòd fortè de iure ciuili non sit licitum occidere, & sic quod nulla sit differentia inter ius ciuile, & canonicum. Quod multò magis locũ habet, vbi fur, & latro possit comprehen-
3 di, nam tunc non debet interfici, & ita intelligendus est text. in l. itaque, ff. ad l. aquil. quæ voluit, quòd nocturnus latro possit occidi, scilicet, quando non potest comprehendi, ex quo infertur secundum Abbatem in capit. 2. extra de homic. quod
4 quamuis ille, cui committitur furtum † de nocte, non possit furem tunc aliter comprehendere, si tamen fur fuerit cognitus, adeò quòd ille, cui fuit commissum furtũ, possit sibi prouidere mandante iudice, & fur ille sit soluendo, non potest impunè occidi, & ita de iure ciuili habetur, quòd vbi fur non potest comprehendi, potest interfici. Omnes tamen videntur concludere, quòd potest pariter tàm clericus, quàm la i
5 cus pro rebus † saluandis, seu recuperandis aliter resistere præter occisionem, & mutilationem, modo hoc fiat incontinenti. At qualiter hoc aduerbium incontinenti accipiatur, dicit Bal. consi. 34. statuto, seu capitulo, nume. 10. versic. preterea ego video libr. 5. quòd incontinenti factum dicitur id, quod factum est celeriter, quod intelligi potest, quando aliquid factum est infra mediam horam, ideo mercator, qui denuntiauit malè mercimonias, si reuertatur infra mediam horam, & melius denuntiet, dicitur facere incontinenti, & admittitur purgatio moræ, Bald. qui supra, nume. 10. lib. 5. & hoc intellige secundum Host. in c. significasti, 2. extra de homic. antequam deueniatur ad extranea negotia, Soc. consi. 65. num. 16. lib. 1. & est communis opinio, Abb. consi 62. num. 7. lib. 2. Bald in d. consi. 34. num. 10. lib. 5. Castillion. consi. 14. supposito, num. 7. Hieronym. Tortus consilio suo post consi. Ant. de Butr. nume. 16. Vbi dicit communem, quod etiam extende in materia reuocationis positionum, vel confessionis factę in iudicio, nam dicitur factum incontinenti, quòd factum est incõtinenti, & non post, Alex. consi. 71. clarissimè num. 7. & 8. lib. 3. qui allegat l. finalem. C. de errore aduoc. Romanus vero consi. 179. Amplissime doctor, nume. 21. versic. Secundo moueor, dicit, quòd infra decem dierum spatium factum, est incontinenti factum, post vero decem dies dicitur ex interuallo in materia protestationis, Non tamen intelligas, quòd dicatur diuerti ad alia negotia, quando comedit, aut bibit, vel dormit, sed quando relicto primo negotio tendit ad aliud negotium; Bartolus vero in l. 1. C. vnde vi aliter videtur sentire, quòd tunc dicatur incontinent i fieri, si sit

infra

infra biduum, vel triduum, alibi vero Bartolus in l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. dicit attendendas esse qualitates, & circunstantias personarum deiicientis, deiecti, & rei; de qua facta est deiectio, nam si homo priuatus deijcitur ab aliis, modicus apparatus requiritur ad recuperandā possessionem, ideo tunc sufficit biduum, vel triduum, sed si nobilis expelleretur de aliquo castro, aut ciuitate, quæ nec biduo, nec sex mensibus recuperari potest, quia requiritur numerus millium armatorum, in quo fortè annus, vel biennium decurreret, certè infra annum, vel biduum violentia propulsata dicitur incontinenti, non autem ex interuallo facta, quod omne re-
7 linquitur arbitrio iudicis, † & confessarii, consideratis, & bene perpensis circunstantiis, Hinc Hier. de Tortus vbi supra. n. 16. ait quòd dicitur incōtinēti etiā per sex mēses attenta qualitate personarum, sic in pactis dicitur incōtinēti secundum subiectā materiā, & secūdū iudiciū iudicare debentis, Castr. cons. 265. in primo articulo prope finē vers. Sed fortè, li 2. Vbi apostilla citat Alexā. in pluribus consiliis, Vnde circa hoc nō potest tradi certa, & infallibilis doctrina, quare considerare debet, an latro accesserit ad distrobanda bona mea, & ad insidiandum mihi, tunc naturalis ratio permittit aduersus periculum se defendere, vnde incontinēti dicitur in ipso aggressu.

Delectatio morosa, an mortalis, videtur arbitrarium. Cap. 14.

SVMMARIVM.

1 *Delectatio morosa, quare dicatur.*
2 *Delectatio morosa vocatur tacitus, & interpretatiuus consensus.*
3 *Delectatio morosa, tunc peccatum mortale, quando quatuor concurrunt.*
4 *Delectatio morosa æstimatur magna, vel parua ex grauitate materia.*
5 *Materia qñ grauis, vel leuis est arbitrar.*
6 *Delectatio morosa pro varietate operis externi se iungitur.*
7 *Delectatio cū copula præpostera cū masculo an specie distinguatur. Et quid si cum puero cognato, nu. seq. Et an dicatur incestus. num. 9.*
10 *Vxoratus an perpetrans sodomiam teneatur confiteri se esse vxoratum.*
11 *Delectatio an sit mortalis ex cogitatis osculis, & amplexibus nu. seq.*
13 *Coniugatis delectari extra actum coniugij de ipso actu maximè in absentia an peccatum mortale.*
14 *Delectari cum tactibus impudicis naturā irritans in absentia peccatum est mortale, & quid de vidua, num. 15.*
16 *Delectatio morosa, ut mortalis sit, oportet vt aduertat de actu malo & plenè aduertat, & consentiat, num. 17. & 18. & 19. fallit, num. 20. & 22. vbi aduertens de cogitatione turpi, & tamen permanens non peccat mortaliter.*
17 *Delectationē morosam absque rōnabili cā à se omittens reijcere, peccatū est mort.*
18 *Arbitrarium est quando delectatio morosa sit peccatum mortale, vel non.*

1 Delectatio dicitur morosa † non ob tēporis moram, licet ab ea nomen acceperit, sed ex eo, quòd ex plena animi deliberatione descendat, ita vt delectatio morosa sit eadem, quæ delectatio deliberata, & quoniam delectatio rationis & non tēporis momento fieri, & esse potest. Idcirco delectatio morosa tota esse potest, & consistere in temporis momento: Res enim voluntati subiecta vno temporis puncto potest nobis placere, & nos sua iucunditate perfundere. Hæc autem morosa delectatio
2 alio modo vocatur a Doctoribus † tacitus, & interpretatiuus consensus, qui qualis dicatur diximus in 4. par. decis. lib 2. cap. 78. num. 1. Et hæc delectatio morosa tunc est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primo, vt obiectum, de quo sumitur delectatio, sit peccatum mortale, nam si obiectū esset de peccato veniali, peccatū esset veniale, vt si cogitando delectaretur iocari verbis lętis, comedere lautè &c. Sed si obiectū esset mortale, puta adulteriū, & homicidiū, tunc ipsa delectatio morosa est peccatū mortale: Et tunc oportet, vt delectetur in malo, vt malum est, nam in malis sępè pōt aliquid boni cogitatione apprehēdi. Ita vt volūtas oblectetur in ea boni ratione

tione cogitata. (Exempli gratia) cum nar-
rantur furta quædam, fraudes, & insidię
mirabili dexteritate, & artificio paratæ, &
instructæ ad nocendum, ridere consueui-
mus, & dulcem quandam animo volupta-
tem percipere, quę enim noua, & insolita
sunt, quæ mira, & subtilia sunt, ea ferè na-
tura sua pariunt voluptatem, is tamen qui
lætatur, & ridet nequaquam delectatur de
furto, vt malo, verum de modo ridiculo,
quo ille furatus est: At hæc delectationis
morosæ grauitas, vel leuitas ex materia
4 magna, vel parua † æstimatur, ita vt si ma-
teria sit leuis, delectatio est venialis, letha-
lis vero, si sit grauis, ita communi Theolo-
gorum schola receptum est, vt videre est in
verbo delectatio morosa: & ratio est, quia
voluntas se se delectando in malis, quate-
nus mala sunt, grauius, leuiusque peccat,
quo subiecta materia grauior, leuiorque
est, At quando materia sit grauis, vel leuis,
5 vt remittendum † arbitrio Cōfessoris, qui
vt iudex spiritualis iuxta text. in cap. 1. de
pœnit. dist. 6 debet iudicare. Concluda-
mus ergo delectationem morosam, tunc
esse peccatum, quando habet obiectum
suum malum, vt malum, quæ in sola volun
tate completur, & perficitur, sed absque
vllo actu exteriori: sufficit enim quòd ob-
iectum quatenus malum est, voluntati pla
ceat, & ipsam delectet: Nam hoc ipso pec-
cat voluntas. Et notandum, quod sicut de-
lectatio morosa in vitio, & culpa habet
grauitatem, vel leuitatem ex varietate ma-
teriæ grandis, vel paruę, iuxta communem
Theologorum sententiam, vt D. Anton. 2.
part. tit. 5. cap. 1. §. 6. Nauarr. in manuali,
cap. 16. num. 9. & cap. 6. num 8. Soti in 4.
senten. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. Caiet. 2.
2. q. 54. art. 4. Ad secundum, delectatio mo
rosa pro varietate operis externi spetie à se
6 † inuicem seiungitur. Ita vt si delectetur
cum maritata, sumat speciem adulterii, Si
cum virgine stupranda, stupri, si cum con-
sanguinea incestus. Quod idem extende si
7 delectetur de copula præpostera † cum
masculo, nam specie distinguitur; pro vt
opera ipsa, ex quibus sequitur delectatio,
Specie distinguuntur. Verbi gratia dele-
ctatur quis in sodomia habita cum cleri-
co in sacris, vel religioso professo, tunc te-
netur confiteri hanc circunstantiam, cum
peccatum sodomię transeat etiam in sacri-
legium, vt nos diximus in 1. par. consi. lib.
5. de adult. consil. 3. nume. 27. vocaturque
sodomia sacrilega, quoniam votum casti-
tatis continet promissionem Deo factam
abstinendi ab omni libidine carnali, sic si
quis abducit à domo puerum, vt eo abuta-
tur, vel coit quis cum masculo, vim illi in-
ferendo non solum committit sodomiam,
sed etiam violentiam contra parentes
pueri, vel contra voluntatem ipsius, confi-
teri igitur oportet delectationem morosā,
quam habet in huiusmodi actibus consi-
derandis. Sic si quis delectaretur de coitu
7 habito cum puero † cognato intra primū,
vel secundum gradum consanguinitatis,
vel affinitatis (verbi gratia) cum filio, vel
consobrino suo, confiteri hanc circunstan-
tiam oportet, quia non solum est sodomia
sed habet specialem malitiam contra pie-
tatem, & specialem reuerentiam debitam
in primo gradu consanguinitatis, similiter
si quis coeat cum fratre suæ vxoris, vel cū
nepote suo. Hæc Caiet. 2. 2. q. 154. artic 12.
Qui quidem coitus inter duos cognatos
9 perpetrati, licet non sint incestus, quoad
matrimonium impediendum, aut dirimē-
dum, vt probat ratio Caietani, sunt tamen
sodomiæ incestuosæ, quoniam sunt perpe-
tratæ contra pietatem debitam cognatis,
& quoniam sunt abusus luxuriosi, inter co
10 gnatos. Sic si vxoratus sodomiam † perpe-
traret tenetur confiteri duas peccati mali-
tias, Primam de coitu nefando. Secūdam,
quia cum talis coitus sit ab vxorato, eo ip-
so habet iniuriam adiunctam contra ma-
trimonium, nam per matrimonium, ita
vnus coniux tradit alteri corpus suum, vt
iniuria fiat Sacramento, si tradatur alteri,
quam coniugi, siue tradatur ad copulam
consuetam, siue ad copulam insolitam, &
nefandam, Ita Azor. part. 3. lib. 3. cap. 18.
q. 6. Sed an sit delectatio morosa, quæ ca-
pitur ex cogitatis osculis, amplexibus, &
actibus impudicis, & libidinosis? Respon-
11 deo esse lethalem, quando tactus, & oscu-
la sunt libidinosa, qualia solent esse, quæ
gratia, & desiderio luxuriæ fiunt, Item ta-
ctus, & oscula, quibus partes corporis na-
turaliter ad coitum coniugalem procreatę

contre-

contrectantur, in his enim partibus, ac
12 membris sensus est voluptatis, sed cum ea sit à natura propter maritalem congressum, & sobolis procreationem instituta, contra rectam rationem sunt oscula, amplexus, et tactus in hisce corporis membris generationi naturaliter destinatis, tametsi ad solam delectationem sensus capiendã citra omne periculum alicuius alterius luxuriæ, vel libidinis dirigantur, ita dixit Azorius part. 1. instit. moral. lib. 4 cap. 6. q. 11. Sed quid dicendum, an peccatum sit mortale in coniugatis, extra ipsum actum
13 matrimonii delectari de actu † coniugii cogitato; maximè vero in absentia alterius coniugis, veritas est meo iudicio, quòd nõ sit peccatum mortale, Dummodo ex tali delectatione, extra actum matrimonii non sequatur alteratio libidinosa in pudendis partibus: si enim sequatur pollutio, & homo aduertit periculum, peccat mortaliter, non solum delectando in absentia, sed etiã in præsentia, aut tangendo, aut osculando vxorem, eo quòd extraordinaria pollutio est notabiliter contra finem matrimonii, cum omnino impediat generationem, si tamen sequatur sola alteratio ex cogitatione sine periculo pollutionis non erit mortale, sicut nec peccant mortaliter coniuges in præsentia mutuo se tactibus impudicis, & extra copulam, & sine ordine ad illam delectantes, nisi esset periculum pollutionis extraordinarię, eo quòd actus iste est coniugalis, & mutuus inter coniuges, vtpotè quibus concessa est mutua corporis facultas, adeò vt quamuis tactus illi sint inordinati, quia carent fine matrimonij, quia tamen non ex iade oritur notabilis malitia, & oppositio contra virtutem, non erunt plusquam peccata venialia secluso periculo, extraordinariæ pollutionis, fallit
14 tamen secundum Gabr. Vasquez, quando non solum cogitatione delectaretur, sed etiam tactibus impudicis naturam irritaret in absentia coniugis, etiam sine periculo pollutionis. Sed vtrum peccet mortaliter vidua consentiens in delectationem
15 † actus coniugalis præteriti, de quo recordatur, Dixit Rich. quòd non: quia delectatio est de eo, quod non est mortale, si tamen immineret periculum casus puta pollutionis, & aduertit, mortale est, nam consentire videtur, Archid. quod verum credo, si delectatio sistat in ratione, quæ vult sic fuisse: secus si insurgat sensualis concupiscentia motus, & delectetur in motu pręsenti occasionato ex memoria præteriti, dum imaginatur virum suum præsentem turpiter, & delectatur inde, quia talia non licet, nisi in ordine ad actum consumandum, quia iam isti est impossibilis. Ideo quærat quantum potest obliuisci virum suum, quo ad venerea Syluest. in ver. delectatio, nume. 4. versic. Tertio quæritur. Secundum quod requiritur, vt delectatio morosa sit peccatum mortale, oportet, vt
16 aduertat, † nam si persona cogitando de actu, quantumcunque malo delectetur, non aduertendo ad id, de quo delectatur, ita quod si aduerteret, non approbaret, nõ est ibi peccatum mortale etiam si per vnũ diem sic inaduertenter cogitaret, & delectaretur: quia non potest esse peccatum mortale sine rationabili consensu, qui in proposito deest. Imò non solum oportet, vt aduertat, sed vt plenè, & integrè aduertat,
17 quia sicut inaduertentia excusat à peccato mortali, quia excusat a deliberatione, eadem ratione non plena aduertentia, si autem plene aduertit, & positiuè consentit, peccatum iam patet, in cuius testimonium excusantur à peccato polluentes se in somno, si quid mali eis complaceat, donec ple-
18 nè aduertant quod eis contigerit. Tertiũ est, vt non obsistat delectationi, eam à se re
19 pellere contemnens, nam si ex complacentia illius delectationis prouenit, quia negligit prohibere continuationem illam, voluntaria fit delectatio: Bene tamen verum est, quòd si ex non complacentia, sed non æstimatione commotæ cogitationis, & negligentia delectationis prouenit, puta, quia scit voluntatem suam constantem, & confidit, quòd propter huiusmodi commotiones phantasiæ, & concupiscentiæ nõ ruet in consensum malum, peccat, quia potest quidem, & debet conari ad repellendum huiusmodi intima bella, & pericula maxima & quantum in se est implere illud psalmi Persequar inimicos meos, & non conuertar donec deficiant. Non tamen peccat mortaliter, quia in veritate iste dis-

sentit virtualiter saltem, imò putat se non actiuè continuare cogitationem illam delectabilem, sed se pati illam, & tanquam tentationem non tanquam propriam operationem apprehendit illam, ac per hoc confidens de non consensu suo paruifacit delectationem illam delectabilem, tanquā debilem hostem ad sui impugnationem, ita dixit Caie. in verbo delectatio morosa, versic. magna, Sed quid si vir bonus, ac timens Deum fatigetur, ac laboret in ea de-
30 lectatione † repellenda, & cogitatione auertenda, & nihilominus eam adhuc permanere videat, & sentiat, non peccat amplius illam reprimere, & propulsare non curans: satis enim est, si in eam non consentiat expressè, nec si deinceps talem ille delectationem abijcere studeat, læthalis se culpæ crimine obstringit. Si quis etiam expertus sit delectationem eo magis robo-
21 rari, & inualescere, quò magis ei obsistit, & aliquando eam minus ex parte: imò etiā ex toto desistere, & propterea eam negligit, tunc meo iudicio si nihil, aut nimium de ea laboret, dummodo non prębeat assensum, non est ille mortalis culpę reus. Requiritur, & quarto, vt cum rationabili causa delectationem morosam omittat a se reiicere (verbi gratia) si delectatio oriatur ex sacris peccatorum confessionibus au-
22 diendis, † vel ex cogitatione, seu lectione rerum turpium, & obscenarum disputandi, docendi, vel concionandi, vel componendi, cum ergo hæc omnia concurrere necesse sit, vt mortale constituatur peccatum, & difficile sit in istis cogitationibus morosis pœnitentem discernere, an & quādo aduertit, præbuerit assensum, vel restiterit, vel an plenè aduerterit, an ideò non resistit, quia quò laborabat ad eam repellendam, eò magis delectatio crescebat, vel quia confidebat propter huiusmodi tentationes nullo modo irruere in malum. Ideò in istis casibus munus est prudentis Confessarii arbitrari, quando sit peccatum, & quando non adsit. Et si iste etiam probabiliter dubitat, quia ancipiti est animo, an
23 pœnitens prębuerit assensum, † vel negligens fuerit ad delectationem morosam repellendam, tunc sanum consilium est de hoc, vt non determinet quale, vel quod peccatum sit, sed iniungat pœnitentiam, ac pro læthali, & pœnitens illam faciat, sicut faceret, si esset peccatum mortale, ac doleat.

Dissimulare an quandoque Prelatus debeat, videtur arbitrarium. Cap. 15.

SVMMARIVM.

1 *Dissimulatio quid & quando licita sit, num. 2. & 3.*

4 *Proditores sunt exosi etiam illis pro quibus proditoriè delinquunt.*

5 *Prælatus dicitur improuidus dissimulans peccata ob timorem humanum.*

6 *Dissimulatio, & taciturnitas quandoque peccatum.*

7 *Dissimulatores quandoque habent culpam facientis, dicunturque fautores, num. 9.*

10 *Arbitrarium videtur, quando dissimulās peccet, vel non.*

11 *Mali tolerantur quando multitudo est in causa, num. seq.*

13 *Correctio fieri debet, quando adest rerum, & temporis opportunitas, nu. seq.*

1 Dissimulare propriè est, quando † Prælatus scit, & fingit nescire, & hæc quā-
2 doque, licita est † l. obseruandum, ff. de offic. præsid. vbi glosa in verbo detegit, notat mirabilem malitiam dissimulandi, vt aliud habeat in ore, & apparentia, & aliud in corde. Quare erit virtus non exhibere se, neque nimis austerum, neque nimis mitem, ne inde oriatur contemptus, l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. pro cons. d. l. obseruandum, dummodo hoc fiat corde, & animo, alias esset peccatum corā
3 Deo, cap. audi 11. q. 3. quia Spiritus Sanctus fictum fugit, cap. quoniam de consec. dist. 4. Vnde vulgare est prouerbium, Chi non sà simulare, non sà regnare, quod intellige, quia decet regnantes multa supportare cum prudentia non ad decipiendum, nam sic peccatum grauius efficeretur cum dolo, & leges grauius puniunt offendentem

tem aliquem cum dolo, & fallacia amicitiæ, quam aliàs, quia dicitur proditorie delinquere, & proditores sunt exosi etiam quibus delinquunt proditorie, quia vulga
4 riter dicitur. A principi piacciono i tradimenti fatti à loro fauore, Ma non li piacque mai il traditore. Est etiam nullum
5 peccatum, & nonnunquam peccatum est mortale in dissimulante, qui ex officio tenetur corrigere peccatorem, vnde colligitur ex tex. in capit. sit rector dist. 43. quòd Prælatus dicitur improuidus, qui timore
6 humani auxilij nõ reprehendit † vitia subditorum, assimilaturq; talis prætermittens scienter dissimulando vitia subditorum cani muto, d. ca pit sit rector. facit text. in ca. sed & illud, & capit. fin. distinct. 45. & contra tales rectores, & Prælatos, qui cessant loqui, & obiurgare peccata, quia timent odia hominum, & eorum gratiam amittere, magis quàm Dei, dicit Augustinus, 1. de Ciuit. Dei, dicit Augustinus, 1. de Ciuit Dei, cap. 9 Plerunque ab eis dicendis, & admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur, vel quia laboris piget, vel cum os suum coram quibus verecundamur offendere, vel eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, vel noceant in temporalibus, qui à culpa non sunt immunes, vnde talis dissimulatio, & silentium est peccatum, vnde
7 Ecclesiast. 3. dicitur. Est tempus tacendi, & tempus loquendi, si ergo tacet homo, cũ debet loqui, peccatum est, vnde dicit Gregorius. Immoderatum silentium si culpa non esset, non dixisset Propheta, vel mihi, quia tacui, quare isti dissimulatores quandoque habent culpam facientis, vel
8 loquitur tex. in c. facientis. dist. 86 & c. culpã, vbi qui negligit malum corrigere, vel turbare, cum potest, ipse fecisse dicitur. Et tex in c. 1. ea. d. dixit, quòd inferiorum culpæ ad desides, negligentesq; rectores referendæ sunt, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam, & spiritualis medicus, qui plus debito pius est, vulnus est sibi imputandum, & textus in cap. quantæ, extra de sent. excom. vocat dissimulantes
9 fautores peccatorum, † qui cum possint manifesto obuiare facinori, desinũt, & cõniuentibus oculis fratrem peccantem prætereunt. Hinc Corneus cons. 159. in hac consultatione, nu. 9. l. 3. vbi per totum consilium dixit, quòd male facit superior tolerare delicta impunita, & quod peccat, & loquitur de vsuris toleratis Hebræis, quia possunt puniri non obstante tolerantia, quæ nihil concedit. Verum quia in multis casibus est dissimulandum, ideò vi
10 detur necessarium arbitrium † Confessarij ad discernendum, quando dissimulatio admitti debeat, vel non admitti. Quid enim si Prælatus videret omnes subditos, & præsertim maiores induratos in malo, & obstinatos, ita vt ex correctione fierent deteriores, tunc debet Confessarius consulere, vt interim taceat, ita est tex. vbi Præpos. in c. quando 11 q. 3. Vbi in fine etiam
11 addit, quòd mali tolerantur, † quando multitudo est in causa, & correctio nõ prodesset. Pariter quid si ex correctione verisimiliter oriri posset scandalum, vel schisma, tunc substinenda sunt crimina, & toleranda, cap. deniq; dist 4 23. q. 5 c. non potest. d. 50. c. vt constitueretur, & 44. dist c.
12 commessationes † vbi multitudini parcitur, quando multitudo potest scandalum generare; quia talis multitudo potest parere rebellionem, & contemptum, & fieri deterior ex hoc. Vnde remedium est tenendum in tali casu, vt peccantes dulciter admoneantur, vt à malis recedant, inducãturque, & exerceantur ad bonum, vt dixit Turrecr. in d cap. commessationes, Item quid si in corripiendo non esset rerum op
13 portunitas, † tunc secundum Gregorium. Nonnulla, vel apertè cognita maturè toleranda sunt, vt cum videlicet minimè rerum opportunitas congruat, apertè corrigantur, nam secta immaturè vulnera deterius inferuescunt, & nisi cum tempore medicamenta conueniant, constat proculdubio, quòd medendi officium amittunt, Ita dixit Gregorius de cura pastor. cap. 10. in 2. par. Hinc dixit D. Thomas 2. 2. quæst. 33. quòd in corrigendo requiritur opportunitas temporis, vt scilicet fiat, quando cre
14 ditur peccanti prodesse; nam si quis vellet hominem recenti vulnere affectum corripere, nihil aliud faceret, quam igni ignem adhibere, igitur debet Prælatus hoc dissi-

mulare bono fine, vt capiat temporis opportunitatem, & interim aliquo modo demonstret aliquibus indiciis scire, vt cum delinquens depprehendi se cognoscat, & tolerari à superiore, augere culpas erubescat seseque iudice puniat, quem sibi apud se Prælati patientia cleméter excusat. Hęc Gregorius qui supra. Rursũ, quid si mens superioris non possit redire ad tranquillitatem, tunc interim dissimulet, quousque mens ad tranquillitatem redierit, nam nõ est corrigendum, priusquam concitata mens ad tranquillitatem redeat, & restricta sit sub ratione potestas, nam commotionis tempore, idest perturbationis iustum putatur omne iniustum, capit. illa, cap. cum apud Thessalonicenses 11. q. 3. vt correctio fiat non ex ira, & odio, sed ex charitate, cap. iudicet, 3. q. 7. Ex his ergo omnibus habetur, quando dissimulatio permittatur, & quando non.

Dubitare malum de aliquo, vel suspicari, aut iudicare, an sit peccatum mortale, pendet ex arbitrio Confessarij. Cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Dubium quod dicatur leue, & quod probabile.*
2 *Dubium propriè quid.*
3 *Suspicio in malum sonat, & differt ab opinione, & æstimatione.*
4 *Suspicio quare soleat nasci.*
5 *Suspicio triplex temeraria, probabilis, & violenta.*
6 *Iudicium temerarium, quando peccatũ mortale.*
7 *Iudicium duplex discretionis, & correctionis.*
8 *Iudicium temerarium ex parte iudicantis dicitur triplex.*
9 *Iudicium hominum non est curandum, quando est bona conscientia.*
10 *Iudicium ex parte rei iudicatę dicitur tripliciter.*
11 *Iudicium iniustum quando dicatur.*
12 *Arbitrarium est quando suspicio, vel temerarium iudicium sit peccatum mortale, vel veniale.*

QVia vt plurimum solet pęnitens cõfiteri se fecisse iudicium temerarium, quod ex se notat peccatum mortale, quod tamen non est, nisi suspicio, aut dubietas, ideo pertinet ad pœnitentem hoc benè explicare, & deinde ad Confessarium arbitrari, an dubietas sit, vel suspicio, aut iudicium temerarium; Quapropter sciendum est, quòd habemus dubiũ,
1 quod quidem duplex est, † nam aliud est dubium probabile, quod insurgit ex probabilibus coniecturis, & hoc est tantæ virtutis, & efficaciæ, quod si dubium est de ordinatore, An fuerit Episcopus, vel non, facit ordinatos reordinari, distinct. 88. c. presbyteri, & si quis dubitat se baptizatum, debet baptizari, de consecr. dist. 4. cap. paruuli, & cap. seq. Et si dubium est de consecratione ecclesię, vel altaris, debent consecrari, de consecr. dist. 1. cap. ecclesię.
2 Sed dubium propriè dicitur, † quãdo huomo dubitat ex leuibus coniecturis de bonitate alicuius, pendulum tamen habens animum absque vllo assensu, l. fi. C. de cond. & demonst. vt si anceps hæreas, an proximus tuus aliquo sordescat crimine, nullum tamen proferens assensum, nec affirmatiuum, nec negatiuum, & hoc est peccatum veniale. Suspicari vero propriè est assensum cum formidine præbere, idest quòd ita assentiat vni parti, vt non sit omnino firmus, sed vacillet circa alterum. Et hæc suspicio † latinè in
3 malum sonat, Etenim habemus opinionem, suspitionem, & bonam æstimationem, opinio indifferens est ad bonum, & malum. Suspitio propriè dicitur in malum, nam quis venit in suspitionem, aut suspitione laborat, quando sinistra de illo concipitur, habeturue opinio. Etenim si de re bona potius dicitur bona æstimatio, solet namque huiusmodi suspitio † ob
4 nostram prauitatem, aut infectum animum ex leuibus nasci causis, cum de secretis cordium, aut de occultis tenues

coniecturas habemus, & hęc suspitio cũ assentiat vni parti, cum formidine alterius, dicitur etiam peccatum veniale, vt dixit Sotus libr. 3. de iust. & iur. quæst. 4. artic. 3. & dicit text. in cap. oues, 6. quęst. 1. quòd potius repellenda est, quam recipienda. notat etiam glosa in capit. absit 11. quæstio. 3. quòd non de facili homo debet venire in suspitionem: Et hęc suspitio secundum Canones quandoque dicitur temeraria, & transit in iudicium te-
5 merarium, † & talis est repellenda, quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio, 2. quæst 3. capi. multi post medium. Quandoque dicitur probabilis surgens ex præsumptione, vel testium productione, 2. quæstio. 7. cap. accusatio quoque & hæc recipit probationem in contrarium, 7 quęst. 1. cap. præsentium. Item reperitur suspitio violenta, & hęc sufficit ad sententiam, vt si vxor cum adultero in vno lecto inueniatur, 32 quæst. 1. cap. dixit. Est & postea iudicium temerarium, quod procedit ex suspitione, 2. quæst. 1. cap. multi in fine, & tunc si quispiam pro certo malitiam alterius ex leuibus indiciis dicat, tali casu est peccatũ
6 mortale. Modo iudicium † sit de re graui, & ex leuibus coniecturis, & sit determinata sententia, vt dixit Sotus, qui supra, qui etiam addit, quòd non sit repentinum. Enimuero si cum vides iuuenem cum puella absque arbitris colloquentẽ, si subito ad iudicandum raperis, non est cur culpam mortalem timeas, sed quando sedato animo, & facta reflexione id confirmas; Sed vt diffusius loquar de iudicio, notandum est, quòd duplex est iudicium, discretionis, & correptionis, iudicium discretionis conceditur omni homini in manifestis, & certis, iudicium vero correptionis conceditur Pręlatis in cõuictis, vel confessis. De quo in Psal. Erudimini, qui iudicatis terram. Iudicium vero temerarium vniuersaliter interdicitur homini: Est autem iudicium temerarium, vel ex parte iudicantis, vel ex par-
8 te rei iudicatæ, ex parte iudicantis tripliter dicitur, primo per vsurpationem, sicut dixit glosa super illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini glosa in ver. Temerariæ, iudicium enim temerarium est, quando illi, quibus non est commissum iudicant, Vnde dicit text. 11. q. 3. cap. temerarium, cum duobus sequen. quòd non est curandum iudicium homi-
9 num, † quando est bona conscientia, quia tale iudicium priuatum est temerarium, quia huiusmodi iudicium est exercendum in semetipsum, de pœnit. dist. 1. cap. in actionem, Vnde de hoc iuditio dixit Apostolus ad Romanos, cap. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum. Secundo dicitur iudicium temerarium propter indignitatem. Vnde ad Rom cap 2. In quo alterum iudicas teipsum condemnas, nã prius quis debet iudicare conscientiam propriam, demum culpam alterius, 3. quæst. 7 cap. postulatur, & capit. seq. Tertio propter ignorantiam, Daniel. 13. Sic fatui filii Israel non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes condemnastis filiam Israel. Primum horum est temerarium propter defectum potestatis. Secundum propter defectum bonitatis. Tertium propter defectum scientiæ.
10 Similiter ex parte rei iudicatæ † iudiciũ temerarium dicitur tripliciter, primo, quando iudicatur persona quo ad futurum euentum, Vnde super illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. dicit glosa, Nescimus qualis est futurus, qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare temerarium est, nam nemo scit qualis in iuditio quis futurus sit, 11. quæst. . cap. sacerdotibus. Sic quantum ad circunstantiam iudicij dicitur iudiciũ non tantum temerarium sed etiam iniu-
11 stum † ex peruersitate animi ex animo, causa & odio, & fauore, cap. quatuor, 11. quæstio. 3. & hoc iudicium temerarium quandoque vocatur suspitio vehemens, vt cum quis ex leuibus indiciis pro certo malitiam alterius existimat. Igitur ex his omnibus colligitur arbitrarium esse, quãdo iudicium, vel suspitio sit peccatum mortale, vel an sit suspicio, vel temerariũ
12 iudicium. † Item an pœnitens male iudicauerit aliquem absque indiciis indubitatis, vel cum illis, quia prima est suspitio, secunda iudicium. Item an pœnitens motus sit ad iudicandum ex multis indi-

ciis, vel ex paucis. Item id, de quo iudicauit, an sit de re graui, item an coniecturæ sint leues, vel graues, item si iudicium fuerit repentinum, vel sedato animo. Itē quę coniecturæ. & indicia a culpa excusent, cum nulla regula tradi possit, sit, quòd requiratur iudicium, & arbitrium viri prudentis, & probi, vt dixit Sotus de iust. & iu. lib. 3. art. 7. ibi. Nulla ergo.

Dubitans de voto, an illud adimplere teneatur, videtur arbitrarium. Cap. 17.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de voto, an illud obseruandum teneatur.*

2 *Voto religionis, an satisfiat in dubio, si solum in religionem ingrediatur.*

3 *Possidens rem bona fide si superueniat dubium, quòd sit aliena, quid faciendū.*

4 *Iudex quando est in pari dubio vtriusque partis, debet fauere possidenti.*

5 *Ieiunādi an quis habeat iustam causam, est consulendus Confessor.*

6 *Idem An quis debeat abstinere a perceptione Sanctissimæ Eucharistiæ.*

7 *Dubitans quando debeat rem iuratam commutare consulat superiorem.*

8 *Dubitans an ipse, vel alius lethaliter percusserit, ex qua mortuus est, an sit irregularis.*

9 *Fauendum est libertati, quando quis, de voto dubitat.*

10 *Vouens certus de voto, sed dubius de modo vouendi consulat Confessorem.*

11 *Iuramentum restringendum quantumfieri potest, vt minus, obliget iurantē.*

12 *Argumentum de toto ad partem validissimum est in iure.*

13 *Iudex debet sequi suū arbitrariū, quando in dubio Doctores sunt diuersæ opiniones*

14 *Confessor quid faciet, quando pœnitens peccatum confessum non vult habere pro peccato mortali.*

15 *Confessor non suum, sed commune iudicium ecclesiæ sequi debet.*

16 *Pœnitentiaria non extenditur nisi in foro interiori.*

SI sufficienti adhuc adhibita diligentia quis dubitat de voto, an ad illud obseruandum teneatur, duas inuenio opiniones, de quibus habetur per nos, volum. 1.
1 consi. lib. 3. de voto consi. 14. nu. 3. versic. circa secundum, vbi affirmauimus opinionem Soti, lib. 7. de iust. & iur. q. 3. art. 2. esse veram, ad votum non teneri, quando quis dubius est, hoc est, quando intellectus pendet in æquilibrio ad neutram partem inclinans, & ratio est, quia maior est conditio possidentis, regula iuris, & hominem manere liberum à voto, censetur manere ī possessione suæ libertatis, alioquin innumeris scrupulis plurimi vexarentur, quoniam sæpè dubitant, vouerint nec ne, An secus, & nimis durum, & difficile onus imponeretur ei, qui dum de suo voto anceps est animo, illud seruare cogeretur, Hinc infertur, quòd quando aliquis vo-
2 uit ingredi religionem, † non cogitando, an votum emiserit solum ingredi religionem, vel profiteri, sed est in dubio, profiteri non cogitur, sed potest ad seculum redire, si regularis vitę onera ferre non valeat, secus tamen, si profiteri vouisset, Syluest. in verbo religio, 2. q. 19. Couar. tit. de pact. 1. par. §. 3. num. 12. versi. Quod si quis. Quapropter explorare debet, diligēter intentionem vouentis, quando votum emisit, an intēdebat se obligare ad ingressum religionis, vel etiam ad professionē, vel ignorabat quam intentionem habebat, & ita diffinire suum arbitrium, quia in primo casu, & tertio potest ad seculum redire, satisfecit enim ingrediendo in illam, facit text. in capit. ad Apostolicam, extra de regular. Sed in secundo non solum ingredi, sed etiam profiteri tenetur. Rursum infertur, quòd incipiens bona fide possidere rem, si dubium superueniat
3 an res sit aliena, † tenetur diligentiam adhibere, vt veritatem agnoscat, eaque pręmissa, nec veritate detecta, potest ratione possessionis retinere, & non dubitare, non obstante dubio. an res sit sua, & ratio est, quia in pari causa potior est conditio possidentis, regula in pari de regul. iur. in 6. ergo cum in dubio par sit vtriusque causa, melior erit possidentis conditio, vt rem possit retinere. Sic

existente pari dubio iuris vtriusque partis, ita vt iudex omninò sit pendulus, cui
4 parti † teneatur fauere, dico quòd tenetur possidenti fauere, nec ipsum posse cogere, vt partem restituat, quia ius retinendi possidens habet in hoc dubio, nam in pari causa melior est conditio possidentis, Notandum tamen est, quòd in huiusmodi dubiis non debet quis ex proprio marte hoc definire, & venire cõtra, nam si dubium est, an quis emiserit votum, debet consulere peritiores, & in dubiis consulẽ-
5 dus est † Confessarius, an quis iustam causam habeat veniendi contra votum: qui debet cõsiderare, an dubium sit tale, quod erat pendulum, ita quòd nullo pacto alteri parti poterat vouens assentire. Sic de ieiunio dixit Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. quòd consulendus est Confessarius, an quis iustam causam habeat frangendi ieiunium,
6 † sic an quis abstinere debeat à perceptione Sanctissimæ Eucharistiæ habita absolutione hoc fieri debet ex arbitrio Confessarii, c. omnis extra de pœnit. & remiss. clement. ne in agro, §. sanè de statu monach. Sic Do. Antonius de Butrio in ca. peruenit, nu. 5. extra de iureiu. dixit, quòd si dubium esset an rem iuratam quis commu-
7 tare † deberet in meliusbonum, iux. text. in d. c. peruenit, & c. scripturæ, extra de voto, tunc consulendus esset superior, vt res commutari possit, Quod idem intelligerem, quando est dubia iuramenti obligatio, eo quod de materia dubitatur sit licita, nec ne, vel est dubium de animo se obligandi, cum iuramentum irritetur non solum defectu debitæ materiæ, sed etiam defectu animi, vnde in omnibus his casibus consulendus est superior, qui hoc debet declarare iuxta prudens suum arbitrium explorata benè vouentis, vel iurantis intẽtione, qui si viderit dubium, hoc est, quòd rationes probabiles sunt ad vtranque partem quasi æquales, iudicet secundum sententiam Soti. Quod si pœnitens doctus dicat Confessori quòd tutior pars est eligenda in foro conscientiæ, vt dubitans an ipse lethaliter, vel alius percusserit aliquẽ, qui ex illo vulnere mortuus est, tenetur
8 de homicid. † est què irregularis, capit. ad audientiam, extra de homic. & dubitans, an commiserit quis peccatum mortale, vel veniale, an sit excommunicatus, vel non, debet sequi mitiorem partem, & mitior pars est illa, quæ est durior, scilicet quòd sit excommunicatus, vel peccauerit mortaliter, facit text. in capit. iuuenis extra de sponsal. glosa magistralis in capit. vnico de scrut. in ordi. faci. Et ita licet quis non teneatur confiteri venialia, tamen propter dubium, quod habet, confiteri debet, Nauarr. in manu. capit. 21. num. 34. & in capit. si quis autem de pœnitent. distinctione 7. sic si dubium est an quis votum emiserit, debet tenere, quòd sic nam respõdere debet Confessarius, vt se remittat arbitrio suo, quòd liber est à voto, quia fauẽ-
9 dum est libertati in dubio, † & ratio differentiæ inter peccatum mortale, & excommunicationem, & irregularitatem, & votum, est illa, quam retulimus in 1. volum. consi. de voto consi. vlt. num. 10. vsque in finem. Sic si pænitens consulat Confessa-
10 rium, quòd certus est † de voto, dubitat tamen de qualitate, seu de modo vouendi, scilicet an vouerit religionem, dubitat tamen an in communi, vel in specie hanc, vel illam vouerit; vouit se ad nullam fœminam accessurum, dubitat tamen an intellexerit de copula licita, vel illicita, vouit castitatem, dubitat tamen an castitatẽ vouerit dependenter à religione, vel independenter, tunc Confessarius diligenti prius discussione, cum pœnitente facta, si nequit se resoluere, tenetur in omnibus supradictis fauere libertati, vt teneatur vouens ad id, quod minus est, vt colligitur ex c. ex parte, extra de censibus. Vbi glosa finalis docet fieri pro vouente bonam interpretationem. Vbi Panormitanus, nu. 3. & 4. ait præsumi vouentẽ se minus grauare quàm possit, & in obscuris minimũ est sequendum, reg. in obscuris de reg. iur. in 6. & iuramentum restringendum
11 † est quantum fieri potest, vt minus obliget iurantem, Abbas in ca. cum clerici in fi. extra de verb. signific. & argumentum
12 in iure de toto ad partem † validissimum est, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Cons. Trebell. Sed quando voluntas est dubia de tota voti obligatione, an votum emiserit,

ad nihil tenetur, vt supra diximus, ergo quando dubitat de parte obligationis, debet restringi, vt quantum minus fieri potest, minus obliget vouentem; & ita Confessarius poterit interpretari, quòd votum emiserit de religione in speciali, & non in communi, quod vouerit castitatem independenter à religione, sic quòd votum ad nullam fœminam accessurum intelligatur in dubio de copula illicita, sic quòd votum religionis in dubio intelligatur, quod voto satisfecerit si ingreditur religionem, quamuis non profiteatur. Sed quid dicendũ quando quis dubius est de peccato, An sit mortale, vel veniale, & in
13 hoc dubio sunt Doctores diuersi, † tunc iudex potest sequi suum arbitrium, argumen. 9. dist. c. noli, Aegid. Bellam. in c. ne innitaris, nu. 3. de constit. quod intelligerem, quando opiniones essent insignes, atque æquales, nam tunc iudex spiritualis siue ordinarius sit, siue delegatus, debet suadere pœnitenti quod tutius est, c. iuuenis, extra de sponsal. Et si nolit acquiescere pœnitens, poterit Confessarius sequi suum arbitrium, scilicet eum absoluendo, modo hoc faciat dictante sic sua conscientia, nam si eius conscientia dictaret, quòd peccaret mortaliter absoluendo, tunc non absoluat, ita dixit Arch. Flor. 3. par. 2. par. tract. 1. de scient. confess. ca. 3 Syluestr. in ver. Confessor, 3. q. 7. Sed dubium est quid dicendum, quando pœnitens confitetur
14 † peccatum quod innixus rationibus non vult illud habere pro peccato mortali. Sacerdos verò credit esse mortale, tunc si sint hinc inde opiniones æquales, crederem, quod siue Sacerdos sit ordinarius, siue delegatus audita confessione, modo deponat conscientiam, debeat eum absoluere, quia Confessarius non suum, sed commune iudicium ecclesiæ sequi debet, vt nos diximus in 1. par. dec. lib. 1. c. 15. num. 22. Sed an idem dicendum in pœnitentiaria, quæ non extenditur, nisi in foro interiori, credimus quòd sic. At quando opiniones hinc inde essent in æquilibrio, tunc esset sequendum quod tutius esset, scilicet quòd sit peccatum mortale, eo magis, quia in Sacra pœnitentiaria sunt, & solent esse iurisperiti disertissimi, & experti.

Ecclesia an sanguinis, vel seminis effusione polluatur, prudens requiritur arbitrium Confessarij. Cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia polluitur sanguinis, ac seminis effusione voluntaria, & illicita.*
2 *Sanguinis effusio in ecclesia, quando non inducat pollutionem.*
3 *Sanguinis ob magnam effusionem, quando reconcilietur ecclesia.*
4 *Sanguis multus ex qua corporis parte soleat exire.*
5 *Publica effusio quando dicatur, vt ecclesia reconcilietur.*
6 *Sanguinis effusio facta super tectum ecclesiæ non indiget reconciliatione.*
7 *Vulneratus in tecto non dicitur in domo vulneratus.*
8 *Arbitrarium est, quando sanguis, vel semen in ecclesia indigeat reconciliatione, num. 21.*
9 *Ecclesia vt dicatur polluta, quinque necessaria.*
10 *Seminis effusio qualis requiratur, vt ecclesia dicatur polluta.*
11 *Ecclesia an polluatur ob seminis effusionem proprijs, vel alterius manibus factam.*
12 *Et quid si quando fuit facta, erat occulta, & postea nota, nu. seq.*
15 *Loca sacra, quæ dicantur.*
15 *Connexorum idem est iudicium cum his, quæ connectuntur.*
16 *Oratorium aliud dici potest publicum, et aliud priuatum.*
17 *Oratoria publica qualiter differant à priuatis.*
18 *Oratoria priuata non possunt ab Episcopo visitari.*
19 *Oratorium publicum, quando dicatur ecclesia.*
20 *Oratorium publicum quando præsumatur.*

21 Ora-

21 *Oratorium quando polluetur seminis emissione.*

22 *Seminis effusio facta in porta ecclesiæ, quando per illam polluatur ecclesia sic de sacristia, num. seq.*

24 *Coitus in ecclesia maritalis, quando inducat pollutionem.*

25 *Tempus breue, uel longum, quando dicatur.*

26 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

PRudens Confessarius circa sanguinis, vel seminis effusionem factam in ecclesia prius interroget pœnitentem, An fuerit sanguinis effusio voluntaria, & in-
1 iuriosa, † nam tunc etiam sine sanguine ecclesia polluitur, ita est glosa singul. in c. vnico de consecr. eccles. vel alta. lib. 6. vt si potestas ibi furem suspendat absque sanguine, vel si quis ibi inimicum propriis manibus suffocauerit, ita est casus in cap. proposuisti, extra de consecr. eccles. vel alta. Vbi dicitur, quòd propter homicidiū; & vulnera reconciliatur ecclesia, & non dicitur an in ea fuerit facta sanguinis effusio, vel nō. Hinc sequitur, quod si ioco, aut correctione aut casu, vt si efflueret san-
2 guis ex nare, vel ore, † aut cicatrice, aut ob sui defensionem, nisi modum excesserit, vel si facta esset à puero, ebrio, aut insano, non diceretur ecclesia polluta, Sotus in 4. sent. dist. 13. quæst. 2. art. 3. Victoria in summa sacramentorum, nume. 99. Host. in d. cap. proposuisti. Franch. in d. c. vnico. Item interroget, an fuerit magna
3 effusio sanguinis, † vel parua. Quod si dixerit fuisse magnam, tunc dicitur violata ecclesia, nam effusio largitatem denotat, glosa in c. cum illorum, extra de senten. excomm. cap. reuertimini, 16. quęst. 1. glosa in clemen. ne Romani verbo effundendo de elec. secus autem, si esset modica, facit dictum Baldi, in l. si prędium C. de ędili. edicto, vbi statutū, quod Sindici teneantur denuntiare percussiones violentas, non intelligitur de modica scissura cutis, & nec de paruo vulnere. Quamuis nos in 1. vol. consi. lib. 3. de consecr. eccl. vel alta. consi. 1. nu. 14. contrarium affirmauimus per effusionē modici sanguinis pollui ecclesiam. Interroget etiā ex qua parte cor-
4 poris sit facta magna sanguinis † effusio, quia si ex nare, vbi solet multus sanguis exire, glosa in d. c. cum illorum, quod facile fit in rixa puerorum, non violaretur ecclesia. Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 3. col. 8. Itē interroget, an fuerit publica, &
5 † dr̄ publica, vel ex cōfessione eorum, qui hoc fecerunt, vel ex euidentia facti, ca. vestra, c. fi. extra de cohabit. cleric. vel mulie. Nam tunc ecclesia est reconcilianda. Interroget etiam, an dicta effusio fuerit facta intra ecclesiam, vel supra tectum eccle
6 siæ, quod si dixerit supra tectum, † tunc ecclesia non indiget reconciliatione, quia tectum videtur extra ecclesiam, glosa in d. c. vnico, quod eadem ratione, idem videtur dicendum, si sub ecclesia, vel in cella, vel in cubiculo, vel spelunca, ibi sita quis
7 interficiatur, † Hinc notat Ioan. Andr. in d. c. vnico ex illa glosa, quòd vulneratus in tecto non videtur in domo vulneratus, Quod si pœnitens dicat percussionē fuisse factam in ecclesia, sed sanguis fuit receptus in vase, vel percussus, ita cito fuit extractus, vt sanguis non caderet in ecclesia, nam etiam dicitur polluta, vt notant Doct. in d. cap. vnico. Turrecr. in c. si motum, nu. 2 de consecr. distinct. 2. ex quibus omnibus collige arbitrarium, Primum, vt
8 prudens Confessarius in casu, quo pœnitens confitetur de sanguinis effusione facta in ecclesia, An illa dicatur polluta, & consequenter sit reconcilianda, consideret vtrum sint omnia requisita, vt ecclesia
9 dicatur polluta, quæ sunt quinque † Primo vt sanguinis effusio sit publica, nam non sufficit, vt sciatur à duobus, vel tribus Anton. de Butr. in cap significasti, num. 2. extra de adult. Secundo, vt sit illicita. Tertio, vt sit magna effusio secundum communem. Quarto, vt fiat intra ecclesiam. Quinto, vt sit voluntaria, Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 3. Victoria, q. 99. de sacrā. Syluest. in verbo consecratio, §. 3. Nauar. in manu. cap. 27. nume. 255. nam vno ex istis deficiente non diceretur ecclesia polluta, vt nos diximus vol. 1. consil. de consecr. eccl. vel alta. consi. 1. num. 2 sic circa effusionem seminis, vt Confessarius possit rectè respondere, cum multa requirātur,

vt ecclesia dicatur polluta, Confessarius,
si omnia requisita viderit esse, poterit ar-
bitrari ecclesiam esse pollutam, aliàs mi-
nimè. Vnde interroget pœnitentem, An
effusio seminis fuerit illicita, vel licita,
Hoc est, an quis voluntariè emiserit semẽ
10 † in ecclesia, quod si dixerit sic; tunc dicat
an fuerit effusio magna, vel modica hume
ctatio, quia per modicam humectationẽ
non esset reconcilianda ecclesia, nam mo
dicum non est habendum in consideratio
ne, c. & si quæstiones, extra de simonia, c.
vnum orarium, dist. 25. Rursum interro-
get, an ista magna effusio fuerit notoria,
vel occulta, quia si esset occulta, non opus
esset missas, & sacrificia suspendere, atque
ecclesiam reconciliare, Archid. in c. eccle
siis de consecr. dist. 1. Franchus in d. c. vni
co nu. 5. Quare propter pollutionem na-
turalem ex impetu, & magno ardore libi-
dinis profectam ob visam pulchram faciẽ
milieris, vel adolescentis occultam eccle-
sia non indiget reconciliatione, ita com-
munis est opinio per Syluestrum relata
in verbo consecratio, 2. § 5. Nauarr. in ma
nu. c. 27. nu. 251. Sic nec arbitramur eccle
siam indigere reconciliatione, si quis oc-
culte propriis manibus se pollueret, vel
11 etiam manibus alterius, quamuis vtrun-
que peccatum mortale sit, sed grauius cũ
alterius adminiculo, Caietan. ad D. Tho.
2. 2. q. 154. articulo 2. vnde vel nisi facti
euidentia, vel iuridica confessio interce-
dat, non est opus abstinere à sacris, quia
ecclesia de occultis non iudicat, Syluest.
in verbo consecratio, 2. quæst. 3. versi. Ter
tius. Imo si aliqua seminis effusio, quę an-
te decem dies facta fuerit, non autem pu-
12 blicantibus illam, † sed nunc, an incipiat
impedire ab hodie, vel ex tunc. Respõdet
Nauarr. qui supra, quòd ex nunc, & non
ex tunc. Victoria de Eucharistia in fin. q.
69. Imò si dum seminis effusio esset occul
ta, si fuerit facta missę celebratio, tunc nõ
esset ecclesia reconcilianda, nam tunc illa
12 pro sufficienti reconciliatione esset habẽ
da, cum permissę celebrationem Deus ip-
se corporaliter assistat, vnde talis assisten-
tia sufficere videtur ad omnem purgatio-
nem, & reconciliationem perficiendã, ita
dixit eruditissimus Alfonsus de Castro de
lege pœna. lib. 2. c. vlt. vers. Sed nunquid.
Rursum interroget an dicta seminis effu-
sio fuerit facta in locis sacris, & intellige
per loca sacra, Basilicas, quæ dicuntur an-
14 te consecrationem, vel ecclesias, quę di-
cuntur post consecrationem, vel capellas,
siue sint consecratæ, siue benedictæ, So-
tus in 4. sent. dist. 32 q. 1. art. 3. Nauar. in
manua. c. 16. nu. 3. in verbo interrogatus,
qui etiam addit idem dicendum esse de
cæmeteriis contiguis, (verbi gratia) quan
do inter cæmeterium, & ecclesiam non
esset paries intermedius, neq; porta secũ-
dum Palud. in 4. sent. dist. 18. q. 8. artic. 1.
summa Astesana lib. 7. par. 2. q. 4. art. 1. nã
tunc cæmeterium dicitur pars ecclesiæ,
Gemin. & Franch. in c. vnico de consecr.
eccles. vel alt. lib. 6. Vbi dicuntur, quòd si
vendo domum, venit hortus contiguus
domus, nã cõnexorum idem est iudicium
15 † cum his, quibus connectuntur, facit tex.
in l. quæ religiosis, ff. de rei vendic. Item
in oratoriis. Respondeo, quòd oratorium
16 aliud dici potest publicum, † aliudque pri
uatum. Oratorium publicum dicitur, quã
do constructum est auctoritate Episcopi,
& eo casu possunt in eo celebrari missę nõ
cantatæ, neque diebus solemnibus, & fe-
stiuis, Cardin. Zabar. cons. 8. circa princi-
piũ, ver. pro prædictis, & in cons. 11. Quæ-
dam societas, nu. 5. vers. vbi pro vltima. At
priuatum dicitur, quando fuit ædificatũ
sine auctoritate Episcopi, Zab. in d. cons.
8. & plenius cõs. 11. Differunt autem hęc
17 oratoria, † quia in priuatis oratoriis sine
auctoritate Episcopi erectis, & constru-
ctis potest solum orari, nõ tamen celebra-
ri sine licentia Episcopi, quia cum licẽtia
hæc possunt haberi in locis priuatis cũ al-
tari viatico, & celebrari, & talia oratoria
sunt loca laicalia non subiecta Episcopo,
18 vnde non possunt visitari † ab Episcopo,
quia dicuntur oratoria priuata, & neque
potest Episcopus exigere procurationes,
Zabar. in d. cons. 11. in princ. & nec priua-
ti construentes talia oratoria tenentur ad
decimas Papales, & nec possũt collectari.
Feder. de Sen. cons. 151. nu. 5. vers. Sed mo
nasterium. Et hæc sine auctoritate Episco
pi fundata possunt destrui, & in eis fabri-
cari absq; vlla licẽtia, Feder. qui supra. Ta

lia præsumũtur constructa in palatio magni D. Ang. in cõs. 384. Cum quilibet possit ædificare oratoriũ priuatum in domo sua, in quo licet orare, non tamen celebrare sine licentia Episcopi Zabar. cons. 8. & 11. Et ita differt oratorium publicum à priuato, quia in publico potest missa celebrari sine licentia Episcopi. In priuato secus Zabar. d. cons. 8. Secundo, quia oratorium publicũ est sacrum, & non potest prophanari, sed priuatum sic, quia potest deuastari, & vendi sine vlla licentia, Zab. cõs. 11. nũ. 6. vers. Item etiam. Sed nota, quod oratorium dicitur publicũ, vbi est instituta certa

19 persona in rectorem, † quo casu oratoriũ dicitur ecclesia, & potest ab Episcopo visitari, quare dixit Card. Zab. in d. cons. 11. quòd si oratoriis priuatis assignata est dos, & in eis institutus est certus rector, tunc censetur ecclesia. Præsumitur etiam oratorium publicum, si habet signa eccle-

20 siæ, vt campanile cum campanis, vel campanam publicam, secus si haberet campanellam in priuatã, Zabar. d. cons. 11. in fine. Igitur vt quæsito respondeamus, an polluantur oratoria seminis emissione dicimus, quod in oratoriis auctoritate Episcopi fundatis, & constructis, quæ sunt publica, vbi missa celebratur, præterquam in quibusdam magnis solẽnitatibus, de quibus loquitur tex. in c. auctoritate de priuil. in 6. de quibus habetur per nos in 2. par. decis. lib. 3. c. 27 n. 52. & vbi assignata est certa dos, & institutus rector, quia tunc talia oratoria dicuntur ecclesiæ, polluuntur seminis emissione, sicut polluitur ecclesia. Quod si dixerit se emisisse semen supra tectum ecclesiæ, vel in cameris ecclesiæ adhærẽtibus, vel in oratoriis priuatis, vel in campanili, vel in dormitorio, tunc ecclesia non dicitur polluta, Sotus in 4. sent. distin. 32. q. 1 art. 3. Nauar. in manua. ca. 16. vers. interrogatus, Quod idem si diceret se

22 polluisse in porta ecclesiæ, † quæ magis adhærebat extra ecclesiam, quam intra facit quod dicitur de hermaphrodito, l. quęritur. ff. de statu. homi. Vbi habetur per Vulpianum, cui hermaphroditum cõparabimus. Respondet. Magis puto eius sexum existimãdum, qui in eo præualet. Qđ idem dicimus, si responderit se polluisse in

23 sacristia, modo ab ecclesia in sacristiam sit paries intermedius, nã tunc sacristia, vt vocabuli allusio vr̃, non dicitur locus sacer, sed locus, in quo sacra sunt, & differre vr̃ inter sacrum esse, & continere sacrum, vt diximus in praxi casu reseru. li. 2. c. 9 n. 37. Quod secus esset, si ab ecclesia in sacristiã non esset paries intermedius. Interroget etiam maritum, an petierit debitum cum

24 vxore in ecclesia, † & ibi cũ illa coiuerit, quod si sic affirmauerit, dicat an extra casum necessitatis, vel in casu necessitatis, quia si extra casum necessitatis ecclesia polluitur per coitum coniugalem, & est peccatum mortale, quamuis fiat ad vitandum fornicationẽ, quod est intelligendũ, nisi quando in ea longo tempore commorari oporteret, vt in obsidionibus tempore belli, quia tunc necessitas non haberet legem; Ita contra Nauar. in manua. c. 16. n. 32. intelligenda est gl. in cap. 2. cap. ecclesiis de consecr. dist. 1. Sylu. in verbo cõsecratio, 2. q. 5. Sot. in 4. sent. dist. 33. q. 1. ar. 3. gl. in c. vnico, verbo seminis de consecr. eccl. lib. 6. Vbi Gem. nu. 10 Franch. nu. 7. Geminian. in cap. quoniam distinctio 31. Quale autem dicatur in hac materia lon-

25 gum † tempus, vel breue. Alii dicunt breue tempus, si intra ecclesiam coniuges maneãt per tres, vel quatuor dies. Et ita quinque, vel sex dies dici, & reputari magnũ. Ego autem censeo hoc arbitrarium esse. attenta communi hominum fragilitate, iuuentute, & mulieris pulchritudine. Si de recenti contraxerint, vt sic possit dici longum tempus, quo casu si diu coniuges intra locum sacrum ita obsessi sunt, vt ad alia loca non sacra, vel ad cubicula regressus minimè pateat, tũc possunt vti copula coniugali. Quibus omnibus rectè consideratis, & perpensis poterit Confessarius arbitrari, an dicatur ecclesia polluta per sanguinis, vel seminis emissionem, scilicet an

26 sanguinis effusio fuerit voluntaria, & iniuriosa, & posito quòd fuerit voluntaria, an fuerit magna, & ex qua parte corporis, quia si ex nare, secus esset, Rursum an fuerit publica, an intra ecclesiam, vel extra. Qđ pariter de emissione seminis in ecclesia, an fuerit occulta, vel notoria. An fuerit magna, quia p medicã humectationẽ non

esset

esset reconcilianda ecclesia, An pollutio fuerit sine peccato, sed cum irreuerentia, vt per licitum coitum matrimonialem, & tunc an tempore necessitatis vel extra, Et an pollutio sit facta in ecclesia, siue benedicta, vel cõsecrata, vel intra capellas, quia tunc ecclesia reconciliatur, vel supra tectum, vel in porta ecclesiæ, quæ magis adheret intra, vel extra, vel in cameris adhærentibus in ecclesia, vel in turri, vbi ecclesiæ cimbala collocantur, aut in claustris, aut dormitoriis religiosorum, vel in oratoriis constructis auctoritate Episcopi ad celebrandum, aut non, & ita ex his, & similibus poterit arbitrium suum firmare, an ecclesia dicatur polluta, vel non.

Electio an canonicè dicatur facta, prudens requiritur Confessarij arbitrium.
Cap. 19.

SVMMARIVM.

1 *Electio semel facta amplius retractari non debet.*

2 *Eligens scienter indignum præter peccatum mortale, qualiter peccet.*

3 *In electione facienda oculus est habendus ad bonum publicum, & non priuatum.*

4 *Nec ad consanguinitatem, vel amorem carnalem, vel ad literas commendatitias, neque ad pulchritudinem personæ, aut ad munera, quia sic esset simonia, num. seq.*

6 *Eligendus quis sit.*

7 *Eligens dignum omisso digniori qualiter teneatur præter peccatum.*

8 *Legatum in dubio debetur loco pauperiori, & ita monialium prius, quàm monachorum.*

9 *Dignus quis sit, vel dignior, videtur arbitrarium.*

10 *Theologus, vel Canonista præfertur ad Episcopatum.*

11 *Scientiæ ob defectum non solum non promouendus, sed si promotus, admittitur spontanea cessio.*

12 *Scientia, quæ requiratur in Episcopis, videtur arbitrarium.*

CVm electio ab ecclesia facta sit, am-
1 plius retractari † non debeat, & nec possit nisi ex causis postea cõtingentibus, vel ex antiquis ignoratis, cap. nulli, extra de elect. Ideo magnopere vigilandum est in illa facienda, maximè circa litteratum scientiam, ætatem, & morum grauitatem, iuxta tex. in c. cum in cunctis, extra de electio. Quapropter eligens sciẽter indignũ,
2 præter peccatum mortale, quia facit contra conscientiam, c. finali, extra de præscript. c. litteras, §. porro, extra de restit. spol. tenetur etiam ad restitutionem damnorum, vt colligitur ex glosa in l. exactores. C. de præpos. & archa. lib. 10. priuatur etiam voce eligendi ea vice, si talem, qui in ordinibus, vel ætate, aut litteris patietur defectum, eligeret, cap. cum in cunctis, c. Victoriensi, & cap. innotuit, extra de elec. vt in eo, in quo quis peccauit, puniatur, 12. q. 2. cap de viro, tenetur etiam ecclesiæ de mala administratione, scilicet ad interesse ad similitudinẽ magistratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commisit, vt notatur in l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tute. & rati. distrah. Ita Felynus in c. si quando extra de tempor. ordin. col. 8 versic. De inferioribus, Dicens fixo oculo notandum contra Prælatos hodiernos, qui aliquos ordinant, aut præficiunt officiis, vel dignitatibus indignos. Quapropter si scienter aliquem eligens indignum accedat ad cõfessionem, & hoc crimen confitetur, diligenter exploret pęnitentem, si diligentem fecerit electionem ante Inquisitionem, habendo oculum in primis nõ ad suum pro-
3 prium lucrum, † sed ad cõmunem, & propriam vtilitatem, iuxta textum in cap. dilectissimi, 8. q. 1. nam vtilitas publica præferenda est priuatæ, Hinc quis nõ potest eligere seipsum, quia sic videtur prospicere proprium lucrum, & proprium commodum, c. dilectissimi, & cap. in scripturis, & cap. qui Episcopatum 8. quæst. 1. Rursus an habuerit rationem ad consanguinita-
4 tem, † cap. Moyses cum duobus seq. c. si ergo, 8. q. 1. vel ad amorem carnalem glosa in cap. ecclesia verbo non consenserit ex-

tra de elect. vel ad litteras commendatitias, de quibus Apost. 2. Corin. 3. Nũquid indigemus litteris commendatitiis, sicut quidam, aut ad personarum pulchritudinem, contra quos dixit Dominus ad Samuel. 1. Regum 16. Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturę eius, quoniam abieci eum, nec iuxta iudicium eius ego iudico, vel ad munera, cap. sacrorum dist. 63. c. sunt nonnulli. 1. q. 1. cap. illud, 8. q. 1. quia si electio fieret propter mune-
5 ra sequeretur simoniæ prauitas, † contra id, quod dicitur, Matth. cap. 10. Gratis accepistis, gratis date, vt habetur, 1. quæst 1. cap. 1. & 2. Item an fuerit facta electio ob gratiam humanam, capit. si quis pecunia, dist. 79. vel ob clamores pauperum, cap. si ergo, 8 q. 1. Sed est eligendus ille, qui præstantior est, qui doctior, & in omni virtute eminentior, c. licet extra de elect. & qui
6 vocatus est tanquam Aaron, 8. quæst. 1. c. in scripturis in princ. ob vitæ meritum, & sapientiæ donum, vt ex exemplo, & verbis sibi subditis vsquequaque prodesse possit, cap. sacrorum, distin. 63. Quinimo qui
7 præficeret dignum omisso † digniori, nec immunis esset à peccato, & si electio ipsa retractari nequeat, & ita intelligitur text. in cap. monasterium, 16. q. 7. Archid. in c. licet ergo, 8. quæst. 1. text. valde notab. in cap. pen. de elec. in 6. Sic à simili executor non potest tuta conscientia applicare centum relicta à testatore pauperi, si illa applicaret pauperi omisso pauperiore, arg. tex. in authen. de eccles. tit. §. si quis autem, vbi legatum in dubio debetur loco pauperio-
8 ri, † & ideo potius monasterio monialium, qui est locus magis pius, quam monasterio monachorum, secundum Baldum in leg. in multis circa finem de statu homi. Decius in cap. in præsentia, numer. 195. extra de probat. optimus text. in l. si quis ad declinandum. C. de Episc. & cleric. ibi, Qui pauperior esse dignoscitur, in auth. de eccles. tit. §. si quis in nomine, illi magis domui, quæ pauperior est, quod relictum est debeatur, Aliàs qui præponeret pauperem pauperiori, vulnerat conscientiam suam. Sic secundum Archid. in d. c. licet, peccat, qui præficeret dignum omisso digniori in eligendo, At quis sit dignus,
9 † & dignior, videtur arbitrarium habita ratione ad qualitatem personarum, officii, vel rei, de qua agitur. Talis enim potest esse dignus ad monachatum, qui est inutilis ad Abbatiam, vel Prioratum, & talis potest esse bonus ad Canonicatũ, qui est malus ad Decanatum, vel Prælaturã; quare hoc relinquitur arbitrio boni viri, Ita dixit Panorm. in cap. cum in cunctis, extra de elect. Vnde si ad eandem Prælaturam, vel Episcopatum concurrunt duo, quorum vnus est Theologus, & alter Canonista, si in loco magis ventilantur causæ, & lites, præferendus est Canonista, quia ille est melior ad illam dignitatem, At si in loco pullulantur hæreses, vel est lo
10 cus vicinus hæreticis præfertur Theologus, ita Abb. in cap. 1. de consang. & affin. & in c. licet 1. col. in fine, extra de præben. Sic si quis confiteatur se ingressum fuisse ad dignitatem Episcopatus, cum sciret se indignum, tunc dicat Confessarius ipsum peccasse mortaliter; Hinc ob defectum
11 scientiæ non solum quis impeditur, † ne promoueatur, vt legitur, & notatur in capitulo cum nobis olim, §. penult. extra de elect.. capitulo cum in cunctis, §. 1. eo. tit. Sed etiam si promotus sit, admittitur spon
12 tanea † cessio, capitulo nisi cum pridem, §. pro defectu, & capitulo post translationem, §. cæterum versic. item si quis, extra de renuntiat. & etiam inuitus remouetur, capit. fin. extra de ætat. & qualit. Sed quæ in Episcopo requiratur scientia, videtur quòd sit necessaria eminens, tamen hoc videtur esse arbitrarium, quia talis potest esse bonitas vitæ, & charitas, vt suppleat defectum scientiæ, d. cap. cum nobis olim.

Eleemosina quibus sit pauperibus eroganda, & quanta, videtur arbitrarium. *Cap.* 20.

SVMMARIVM.

3 *Eleemosina quibus sit pauperibus eroganda.*

4 *Filius magis tenetur substentare patrem infidelem, quam extraneum fidelem.*

Elee-

5 *Eleemosina potius eroganda propinquis sanguine, quàm extraneis.*

6 *Et magis domesticis familiaribus vicinis, quam extraneis.*

7 *Episcopus eligendus de eadem ciuitate, si reperitur idoneus.*

8 *Eleemosina qualiter duobus indigentibus magis bono, quàm minus bono eroganda. num. 9.*

10 *Pauperes qui preferantur, an hospitalia, vel religiosi.*

11 *In pauperibus non tam paupertas, quàm religio est attendenda.*

12 *Religiosi verè possunt dici pauperes Christi.*

Pauperes qui magis dicantur, videtur remittendum arbitrio boni viri, sub numero 13.

14 *Pauper an quis dicatur, vel diues, qualiter consideretur.*

15 *Benefaciendum cui magis.*

16 *Eleemosina an sit abundanter distribuenda.*

17 *Eleemosina an sit abundanter danda ex parte eius, cui datur.*

1 Eleemosina est beneficentia † miseris propter Deum exhibita, S. Thom. 2. 2. q. 32. & in 4. sent. dist. 13. q. 2. apostilla ad Do. Anto. de Butr. cons. 28 vers. eleemo
2 sinam. Et differt ab oblatione, † quia eleemosina fit secretè, Oblatio vero fit publicè Anchar. consil. 529. quæstio talis, numero tertio, vbi quòd ecclesia recipit eleemosinam à quocunque, sed oblationem non recipit ab excommunicato, & impœnitente. Igitur ad eleemosinam descendendo ex dist. 86. vt ex cap. singulis & cap. non satis colligi possunt plures cõclusiones, quibus pauperibus sit prior facienda eleemosina. Quarum prima est, quòd cæteris pa-
3 rib. magis est danda, † eleemosina parentibus, quam extraneis, ita Ambrosius notat in c. cæterum ead. dist. quod sit traditio Dei, vt prius pascas parentes. Quod intellige, quando filius est diues, & pater inops, Oldr. cons. 27. Quod extende etiam ad filium emancipatum, nam denegans alimenta patri reuocari potest in patriam potestatem. Bart. in tract. de alimentis numero 9. vers. quæro circa hoc, vbi quod denegatio alimentorum patri dicitur atrox iniuria, per quam filius posset exhæredari, sicuti si pater denegat filio amittit patriam potestatem supra nu. 5. Quod adeò verum est vt etiam procedat in patre infideli, nã cæteris paribus magis filius tenetur substentare patrẽ infidelẽ, quã extra-
4 neũ fidelẽ modo patris sustẽtatio nõ sit in dãnum, & subuersionem fidei, & ecclesiæ, & quòd ipse propter hoc non fiat deterior quò ad Deum, quia in istis casibus non teneretur filius sustentare, ita hanc opinionem probat Card. Turrecr. in d. cap. non satis, nu. 7. secutus Sanctum Thomam, Durandum, & alios quàmplures. Secunda
5 cæteris paribus eleemosina † magis faciẽda est propinquis sanguine, quàm cæteris extraneis, ita dixit idem Ambrosius in ca. est probanda ead. dist. vbi ait, quòd est probanda illa liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas: Melius est enim vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati, & Augustinus, cum omnibus prodesse non possis, ijs potissimum consulẽdum est, qui pro locorum, & tẽporum, vel quarumcunque rerum opportunitatibus constrictius sibi quasi quadam sorte coniungitur. Tertia conclusio, cæteris paribus
6 domesticis familiaribus vicinis, † vt potè eiusdem terræ, eiusdem ciuitatis, eiusdem societatis indigentibus magis tenentur eleemosinam elargiri, quàm aliis extraneis ita Bartolus tradit in l. 2. C de anno. ciuit. lib. 11. facit glosa in cap. si pater in verbo
7 pauperes de testam. in 6 Sic si testator instituerit hæredes pauperes, vel legasset pauperibus, censetur testator intellexisse de pauperibus suæ Parochiæ, ita quòd illis esset facienda distributio per Episcopũ ministrum legis, l. nulli, l. si quis ad declinandum, C. de Epis. & cler. Franch. in cap. 2 de testam. in 6 num. 63. & 64. Secus si testator deputasset certam personam; quia tunc potest persona electa distribuere quibus voluerit pauperibus Feder. de Senis con-

consil. 282. factum tale est per totum ma-
ximè in fine Franch. in d. capit. 2. nu. 64.
versi. quid autem, vel si legata facta essent
ex necessitate, vt est pro restitutione vsu-
rarum incertarum, vel malè ablatarum,
quia pauperes, quibus ista ex necessitate
legantur, possunt eligi de quocunque lo-
co arbitrio Episcopi, Feder. de Senis cons.
33. Nunquid ille, qui extorsit per totum,
de consilio tamen si restitutio fieret pau-
peribus de loco, in quo extortæ sunt vsu-
ræ, vel damnum est illatum, melius esset,
Feder. d. consi. 33. circa finem, vers. sed ob
stat. Sed quod diximus legatum factum
pauperibus intelligi de pauperibus loci,
vel ciuitatis, procedit in illis pauperibus
ciuitatis, in qua legans habet domiciliũ,
non autem de pauperibus absentibus a lo
co, vel ciuitate legantis, l. si quis ad decli-
nandum, C. de Episc. & cler. versic. sin au-
tem nullus, sic Episcopus debet eligi de
7 eadem ciuitate, † si reperitur idoneus, ca.
nullus, cap. obitum, dist. 61. sic in benefi-
ciis conferendis, nam clerici, qui sunt in
patria, si idonei sunt, debent forensibus
præferri, glosa in cap. ne pro defectu, ex-
tra de elect. Abb. in cap. ad decorem in fi-
ne extra de inst. cap. bonæ el. secundo de
postul. prælat. Quarta æqualiter duobus
8 indigentibus † potius danda est eleemo-
sina iusto, quam impio, & magis bono,
quam minus bono, d. c. non satis, exceptis
propinquis consanguineis, siue parenti-
bus, quia potius videtur subueniendum
patri impio, quam extraneo iusto, intelli-
ge, tamen hæc, quæ diximus, cum æqua-
liter indigeant, fideles, & domestici, &
alii vel plus fideles, & domestici, sed si alii
9 aut infideles, vel extranei † plus indigent
puta ad mortem, potius subueniendum
est illis, vt dist. 86. cap. pasce. Qui tamen
pauperes prꝑferantur, videtur quòd ho-
spitalia sint prꝑferenda, facit text. in l. si
10 quis in fi. C. de Epis. & cler. nam illi, qui
ibi sunt, alendi sunt, cum sibi victum quæ
rere non possint, nec propriis manibus la-
borare, dist 82 cap. 1. & in prꝑallegato, c.
non satis, vers. item consideranda, vbi di-
citur quòd talibus plus est largiendum.
Alii dicunt quòd fortè religiosi sunt prꝑ-
ferendi, quia in eis sunt duæ rationes cõ-
currentes, scilicet paupertas, & religio, ff.
de relig. & sump. fun. l. sunt personæ. Ad
idẽ 16. q. 1. c. vlt. vbi dicitur, quòd in pau-
11 peribus non tam paupertatem, † quàm re
ligionem debemus attendere, quia isti se
Deo dedicant, vt in d. c. non satis vers. Itẽ
Dominus, ibi neque enim; nam illi, qui
etiam propriæ voluntati renuntiauerunt
propter Deum possunt verè dici pauperes
12 † Christi, Alii aiunt pauperes habent vo
luntatem propriam, & possunt saltem ha-
bita propria possidere, vt in d. c. non satis.
Verum vt Archidiaconus ait in d. tit. de te
stam. in 6. videtur arbitrio prudentis viri,
& ita Confessarii hoc relinquendum, &
determinãdum sic an quis sit pauper, vel
diues, existimabitur ex personarum diffe-
13 rentiis: † Diues enim aut nobilis habens
mille in bonis est pauper, & plebeius, aut
rusticus multò minus habens diues est, ar
gũ. tex. ĩ l. nepos proculo, ff. de verb. signif.
& notatur in l. in cõdemnatione, ff. de re
iudic. sequitur Socc. Senior in cons. 30 in
causa Dominæ, col. 2. lib. 4. Idem voluit
Philip. Decius cons. 163. in causa matri-
moniali col. 4. ver. secundo principaliter.
Hinc Baldus in auth. prꝑterea C. vnde vi,
col. 4. vers. sic in glosa 2. dixit, quòd an v-
xor dicatur inops, nec ne videtur relinqui
arbitrio boni viri, qui considerabit quali-
tatem personarum, nam nobilis, qui ne-
quit operari dicitur pauper id habens
quod rusticus. Sic ex D. Thoma in 4 sent.
14 d. 11. cui magis benefaciendum, † dixit
Turrec. in d. c. non satis, nu. 11 & Præpos.
in c. in singulis ead dist. quòd non est faci
le determinare pp multas diuersitates bo
ni & necessarii, tamen hoc est tenẽdũ, qđ
semper magis reddendũ est debitũ, quã be
neficiũ impendendum, nisi ex altera par-
te esset maior bonitas, aut necessitas, &
ideo parentibus propinquis, & benefacto
ribus, & eis, à quibus spiritualia accipi-
mus, magis debemus eleemosinam facere,
quam si indigeant, & cæteris paribus me
lioribus magis, & magis ẽt indigentibus.
Verum assignare in singulis, quando vnũ
alteri præferatur, est impossibile, quia sin
gulares conditiones, quæ attendendæ sũt,
infinitæ sunt, & nõ cadũt sub arte, De his
aũt vnctio docet, & prudentiæ cõsiliũ, sic

an eleemosina sit abundanter danda, Dic quòd sic, reseruatis his, quæ sunt necessa-
15 ria ad sustentationem sui, & eius pertinentium, leg. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educ debe. Aegid. Bellam. in ca. tria dist. 43. cum aliqua peculij reseruatione pro necessarijs occurrentibus, Hec autem quantũ sit, pro certo sciri non potest, ideo videtur remittendum arbitrio dantis eleemosinam, & si de hoc scrupulosus sit, ipsius Confessarij. Sic ex parte eius, cui datur, est abundans eleemosina facienda, vno modo, vt sufficienter superfluat ad eius indigentiam, & sic laudabile est ita abundanter facere eleemosinam, Alio vt superabundat ad superfluitatem, & sic nõ est laudabile eleemosinam abundanter facere, sed melius est pluribus indigentibus largiri, Vnde Apost. 1. Corin. 3. Si distribuero in cibos pauperum, &c Vbi dicit glosa. per hæc cautela eleemosinæ datur, vt non vni, sed pluribus detur, vt pluribus prosit.

Aequitas quæ in societate seruanda, statur arbitrio boni viri. Cap. 21.

SVMMARIVM.

1 *Societatis contractus, vt sit licitus, quatuor requiruntur.*
2 *Damnum triplex, & quod damnum pertineat ad Dominum.*
8 *Damnũ qualiter differat à derobatione.*
4 *Damna, & lucra, quòd debeant esse communia, qualiter intelligendum.*
5 *Societas æquitate non seruata dicitur iniqua, & leonina.*
6 *Societas dicitur bona amicitia, & ius fraternitatis.*
7 *Dolus, & deceptio dicitur abesse à derobatione.*
8 *Conuentio continens inæqualitatem in societate non valet.*
9 *Lucrum moderatum in statuendo requiritur arbitrium boni viri.*
10 *Pecunia propria an licitè detur cum conditione.*
11 *Diligentia vnius sæpè præstat quantum pecunia ab alio collata.*
12 *Arbitrium boni viri maximè necessariũ in contractu societatis.*

QVatuor diximus necessaria in 1. par. decis. lib. 2 cap. 20 nu. 9. vt societatis contractus licitus sit, & inter cætera, vt equitas seruetur in omnibus, Hoc est, vt damna, & lucra sint communia, glosa in c. pleriq. 14 q. 3. l. si duobus, §. qui sagariam, ff pro socio, & quod dixi de damnis, intellige à natura, vel casu fortuito: Hinc est, quòd si quis tradit in soccidã
2 par bouum, † si bos perit morte naturali, vel casu fortuito, qui præuideri non poterat, damnum istud proueniens à natura, vt ex infirmitate, à qua successit mors, vel à casu fortuito, debet esse commune, & solum damnum ex culpa rustici ad ipsum rusticum pertinere debet, l. cum duobus, §. damna ff. pro socio. Et nota, quòd propriè, & strictè loquendo damnum est diminutio patrimonij, Bal. cons 282. locata fuit in
3 Principio, nu. 2. vers. in hac quæst. lib. 1. & l. proculus, ff. de dam. infe. & appellatione damni non venit res derobata, & ablata, quia propriè damnum venit in deuastatione, & deterioratione rei, vt si quis incidat ligna in agro meo, vel aliud sine asportatione, tenetur de damno illato, sed quando res asportatur, dicitur furtum, Cuman. cons. 42. viso processu in princip. & incidit in crimen furti. Floria in leg. si seruus seruum, §. si oliuam, ff. ad leg. aquiliam intellige etiam, quòd damna, & lucra de-
4 bent esse communia † proportionabiliter, vt qui posuit plus pecuniæ, vel operis, plus habeat de lucro, leg. si non fuerint leg quid enim, ff. pro socio. In quo statur arbitrio boni viri, quid in hac actione sequendum est, leg. in proposita, ff. eod. Quare si pactum sit inter socios, quòd vnus habeat duas partes lucri, alter aliam intelligitur si iste posuerit plus operæ, vel pecuniæ, Salycetus in leg. acutius quæst. 7. C. pro socio, vnde ista æquitate non
5 seruata societas dicitur iniqua, & † leonina d. l. si non fuerint in fine. Sic bonæ memoriæ Sixtus Pontifex V. in constitutione,

tione, quæ incipit Deteſtabilis auaritiæ edita Romæ 12. Kalendas Nouembris anno ſecundo ſui Pontificatus prohibuit ſocietatem, quæ fiebat ad caput ſaluum. Hoc eſt, quòd ſocius teneatur ad reſtituẽdum capitale, ſi caſu fortuito periret, nam talis ſocietas dicitur leonina, quando dominus in omni euentu vult caput ſaluũ, & ratio eſt, quia ſocietas eſt fraternitas, iuxta text. in l. verum, ff. pro ſocio, vnde Romanus ſingul. 660. ſocietatem obtine-
6 re dicit bonam † amicitiam, & ius fraternitatis, Caſtr. conſil. 269 viſo proceſſu in princip lib. 2. & eſt tex in l. verum, ff pro ſocio, quem ad hoc citat Abb. conſ. 77. videtur primo col. 2. num 2. verbo ſocietas. Quare fit quòd cum ſocietas obtineat vim fraternitatis, procul eſſe debeat omnis
7 † deceptio, & dolus, Bald. conſ 260. vnus videlicet lib. 1. Hinc ſi adminiſtrans promiſerit operas loco capitalis, & habeat expenſas, tantundem æqualiter debet habere is, qui poſuit capitale, ſi aliter non eſt conuentum, plenè Romana. conſ. 346. in hac cauſa, nu. 15. & ſeq. verſ. Quo ad ſeptimum, vbi dicit communem. Imò dicit plus nu. 15. verſ. Quo ad ſeptimum, quòd ſic eſt conuentum, quòd N. vnus ex ſociis ponat operas loco capitalis, & alter capitale, & ipſe N. habeat expenſas, quòd debet etiam ponens capitale habere expenſas, vt ſeruetur æqualitas, licet de eo nihil ſit dictum, quia conuentio continens inæ
8 qualitatem † non valet, & dicit eſſe communem opinionem. Hinc vt ſeruetur ęqualitas, debent venire commoda, & incommoda, debita, & credita, alias diceretur ſocietas Leonina, Crauet. conſil. 245. num. 5. Hinc etiam fit quòd adeò debeat ſeruari æqualitas, vt plures ſocii pro vno, & vnius loco habeantur, iuxta tex. in l. ſed & loci. §. ſi communem, ff. finium regund. Quapropter ſi alter mercatorum induſtrias ponit, & operas, alter vero pecuniã, in diuidendo lucro ſocietatis æſtimanda eſt induſtria, & labor ſocii arbitrio prudẽtum, & peritorum in arte, & ſecundum eorum ęſtimationem debet dari lucri portio l. pro ſocio, ff. eod. ſic a ſimili diximus in 2. parte conſ. lib 5. de vſur conſ 2. nu.
9 10. quòd in ſtatuendo † lucrum competens, & moderatum ad arbitrium boni viri deducendæ ſunt expenſæ, labores, & induſtrię illius, cui animalia traduntur nutrienda, cum actio ſit bonæ fidei, l. ſocietatem, §. fin. l. in propoſita, ff pro ſocio, De hoc vide Couarr. lib 3. var. reſol cap. 2. numero 2. in fine. Vbi ait, quòd poteſt licite dare pecuniã propriam mercatori hac
10 conditione, & lege, † vt pecuniam accipiens mercatoriam artem exerceat, laborem, & induſtriam ſubiturus, lucrum verò ex ea acquiſitum, ſimul & damnum ſecutum communia ſint vtriuſque optimus
a 1 tex. in l. ſocietas, ff. pro ſocio, & in §. de iſta inſtitut. eod. ſæpè enim vnius ex ſociis diligentia tantum pręſtat, quantum pecu-
11 nia ab aliis collata, & quod diximus de damno, intellige de damno congruente in ipſis mercibus, & non de damno pecuniæ; nam id ad eum, qui eam cõtulit, pertinet, niſi induſtria, & diligentia mercatoris non eſſet æqualis pretio, & æſtimatione ipſi pecuniæ ab altero in ſocietatem collatæ, nam tunc vt ad æquum res ipſa deducatur mercator ipſe nõ ſolum lucri, quod ſupereſt deductis damnis, partem dimidiam conſequitur, ſed etiam ſi quod fortè pecunia ab eo collata perierit, pro parte dimidia ſocio debet reſarcire, vt tandem ſicut propter eius induſtriam mercator dignus nõ erat dimidia lucri parte in compenſationis vim eam ſit habiturus, & damni dimidiam partem ſoluat. Hæc autem omnia hac in re iudicis, & periti Cõ
12 feſſarii, atque prudentis arbitrio, † & iudicio, de pecuniæ, & operarum, ac induſtriarum valore, æſtimatione, & compenſatione remittenda ſunt, vt dixit Soc conſil. 275 lib. 2. col. 4. text. in l. propoſita, ff. eodem.

Excommunicatio an fulminanda, vel fulminata tollenda, videtur arbitrarium. Cap. 22.

SVMMARIVM.

1 *Judex poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam.*

2 *Excom-*

2 *Excommunicatio dicitur sententia interlocutoria.*

3 *Concilium quid statuerit, vt excommunicatio magis formidetur, quàm contemnatur.*

4 *Tempus diuturnum, vel breue quando dicatur arbitrarium.*

5 *Excommunicatus dicitur insordescere, si steterit per annum.*

6 *Excommunicatus quando dicatur de hæresi suspectus.*

7 *Excommunicatus, vt sit suspectus de hæresi, quid requiratur.*

Annualis perseuerantia in excommunicatione criminalibus quid operetur.

8 *Excommunicatio quando sit discretè tollenda.*

9 *Ecclesiæ non obediens haberi debet tanquam publicanus.*

10 *Excommunicatio à Prælatis debet maxima cum maturitate fulminari.*

11 *Delegatus quando non debet excommunicare.*

12 *Iuramentum quando sit deferēdum, vel non.*

13 *Clericus inquisitus de delicto, si in inquisitione dicat secretè superiori se commisisse, dicit tamen superiori, quòd non faciat eum iurare, quia peierabit, qualiter procedat.*

14 *Reo an in examine debeat deferri iuramentum.*

15 *Arbitrarium videtur an excommunicatio sit fulminanda, vel fulminata sit tollenda.*

REgula traditur ex textu in l. quod iussit de sent. & re iudi. quòd potest iu-
1 dex † sententiam interlocutoriam reuocare, & ita tollere, concordat etiam text. in l. dicere, §. fina. ff. de arbitr. & l. pen. ff. de prætor. stipulat. ex quo sequitur, quòd omnis interlocutoria dicitur momentanea aptitudine, quia potest per iudicem reuocari secundum Baldum in l. post sententiam in vlt. colum. C. de interlocutor.
2 omn. iudicum. Quare cum excommunicatio sit sententia interlocutoria, potest excommunicans reuocare suam sententiam iniustè latam non obstante contradictione partis aduersæ, imò quando excommunicatus ex diuturno tempore efficeretur deterior, tunc excommunicans tenetur ex proprio officio eam tollere, ex quo videt illam non proficere, sed contemni, Hinc ne magis contemnatur ex-
3 communicatio, quam formidetur, † & pernitiem magis pariat, quam salutem, statuit Concil. Trid. sess. 25. cap. quamuis, vt excommunicationis gladius, qui neruus est ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continēdos in officio populos valdè salutaris sobriè, magnaque circumspectione exerceatur, & non nisi ex iusta grauique causa eaque diligenter, & magna cum maturitate examinata ab Episcopo, vel eo absente ab eius vicario fulminetur. At quando
4 dicatur diuturnum, vel breue tēpus, † dico, quòd aliter, & aliter accipitur secundum diuersitatem materiæ, & in materia non determinata à iure iuxta tex. in l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis de offic. deleg. reputatur arbitrarium. Ego autem in hac materia iudicarem, quādo excommunicatus insordesceret in illa per annum, nā ta-
5 li casu tanquam † conuictus videtur confiteri crimen, glosa vbi Abb. in c. cōtingit, extra de dolo, & contum. imò habetur per Conc. Trid. de reformat. sess. 25. c. 3. quòd contumax in excommunicatione quacunque ex causa factus per anni circulum in
6 ea durans suspectus † fit de hęresi, licet verè hæreticus damnandus non sit, vt notat glosa in d. cap. contingit: & cum non faciat, nec facere velit, quod alii fideles faciunt, & facere videntur, c. omnis, extra de pęn. & remiss. posset inquisitor procedere contra ipsum, qualiter de fide sentiat, eiusque articulis, & sacramētis, vt notat Abb. in fine, extra de homic. Ex recepta tamen S.R.E. consuetudine, & generalis inquisitionis non solet procedi contra excōmu-
7 nicatos per annum, † & amplius, nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis, vt habetur per comentarium Ermer. q. 47. 3. par. Direct. bene tamen verum est annalē perseuerantiam in excommunicatione

per annum in criminalibus causis operari, vt excommunicatus habeatur pro confesso, & conuicto de crimine, cuius causa fuit excommunicatus, ita dixit Abb. in c. 1. num. 25. de iudic. & est communis, vt testatur Ripa ibi num. 77. Alcia. nu. 54. Couarr. cap. alma mater, 2. par. relect. §. 7. nu. 10. probaturque per tex. in cap. rursus, & c. quicunque 11. q. 3. Hinc fit, quòd cum habeatur pro confesso, & conuicto, est priuatus ipso iure, vel priuandus beneficio ecclesiastico, si crimen ab eo commissum ea priuatione dignus sit, quòd secus esset, si crimen, de quo accusatus fuit, non esset ea pœna dignum, ita præfati Doctores communi consensu profitetur. Igitur quando excommunicatio non proficit, sed potius videtur contẽni, tunc tenetur excommunicans alio vti remedio, secundum D. Thomam in 4. sent. 18. sub art. fi. in solutione argumenti primi, quem ita refert. Io. Andr. & Gemin. in c. 1. de sent. excomm. l. 6. Panorm. in c. excomm. num. 20. extra de rescript. qui dicit, quòd si per excommunicationem quis efficitur deterior, dẽt iudex illam discretè tollere, quia
8 ex quo iudex videt illam non proficere, debet vti alio remedio, & hoc facit contra Tyrannos, qui indurati in excommunicatione magis indurescunt, & deteriora cõmittunt, Et hoc intellige, quando sublata excommunicatione esset spes de correctione per aliud remedium, & ratio est, quia siue plectendo, siue indulgendo hoc solũ bene agitur, vt vita hominis corrigatur, vt dixit textus in c. prodest. 23. qu. 5. si vero non esset spes de correctione cum alio remedio, tunc non esset tollenda excommunicatio, & non esset absoluendus, nam
9 ex quo non vult obedire ecclesiæ, † debet haberi tanquam publicanus hoc est gentilis, & infidelis, ethnicus, cap. nouit, extra de iudic. Et ita concordari possunt opiniones Diui Thomæ, qui dicit, quòd debet tolli excommunicatio, & Ioan. Calderini, qui dicit, quòd non. Idem dixit Abbas in cap. ad reprimendam, num. 6 extra de offi. ordin. Item Abbas in cap. clericos, num. 5. extra de coha. cleric. & mulie. Vnde Gemin. post Host. in c. Romana, §. sed hoc de sent. excom. lib. 6. & in cap. constitutionem ad finem eo tit. lib. 6. dicunt, quòd diligenter aduertere debent Præla-
10 ti ecclesiarum, † ne ferant sententiam excommunicationis, vbi præuident causam futuram inutilem, & in vilipẽdium, Quare Do. Anto. in cap. 1. in pen. col. de offi. delegat. & Io. de Imola in fine tenent, quòd sic delegatus videt turbatores suæ iurisdictionis adeò peruersos, quòd si excommunicarentur, peiora facerent, debet processum suspendere, donec mutentur tempora, & Deus, seu eius vicarius apponat consilium Hinc dixit Abbas in d. cap. clerico, nu. 2. quòd iuramentum nunquã est deferendum illi, contra quem præsu-
12 mitur vehemẽter de trãsgressione, † imò deferens peccat, quia est causa interitus illius, vide pulchrum tex. cum glosa, 22. q. 5. c. ille, & sic est argumentum, quòd litigator non debet deferre iuramentum aduersario, si credit, quòd iuret falsũ, & sic facit contra illos, qui dicunt, volo quòd bibas tibi hoc iuramentum. Quare dixit Panormit. in d. c. clericos; quòd esset prouidendum, quòd scholares non iurarent obedire rectori, quia de facili transgrediũtur iuramentum, & incurrunt peccatum. Sic idem videtur dicendum de inquisito de delicto, qui secreto dicit superiori se
13 commisisse delictum, † dicit tamen superiori, qui procedit ex officio, quòd non faciat eum iurare, quia peierabit, nam videtur, quòd non debeat ei dare iuramentũ, mihi tamen tam in præsenti quęstionem, quàm in præcedenti videtur arbitrarium secundum qualitatẽ personarum, argum. tex. in c. mandata, extra de præsump. Non enim debebit sic de facili credere ei, quod dicit clericus; vnde dicit, quòd si proceditur ex officio considerata qualitate personæ ipsius poterit, vel non poterit cogere ad iuramentum, & sic se purgandum: posset enim hoc dicere ad euitandum sacramentum, non quia in veritate si sibi daretur iuramentum, ipse non iurasset veritatem, facit quòd habetur in c. inquisitionis, extra de accusat. ita dixit Imola in d. c. clericos. Sic ex eadem causa non esset defe-
14 rendum in examine faciendo reo, † qui examinatur de veritate dicenda, nam si daretur iuramentũ, sicut hodie fieri solet

ex communi stylo, vt testatur Bartolus in l. 1 post nu. 6 C. de iuram. calum. vbi etiã Baldus num. 8 quòd esset maxima occasio periurii, nam rei propter iuramentum nunquam solent fateri delictum, vt quotidie experiẽtia docet, ita dixit Iulius Clarus in sua praxi lib. 3. §. fin q. 45. nume. 9. qui tamen non audet in practica recedere a communi obseruantia, igitur ex his omnibus concludendum videtur, quòd si Prælatus interroget suum Confessarium an debeat fulminare excommunicationẽ
15 in alium, vel fulminatam tollere, † examinet diligenter illum, an talis excommunicatio fulminata afferat excommunicato medicinam animæ, & tunc fulminet, an vero mortem, & detrimentum, quia magis indurescit cor illius, & tunc desistat, ita voluit Hostiens. & Ioan. Andr. in d ca. Romana de sent. excommun. lib. 6. Quod idem dicendum quando esset fulminata, nam an Prælatus debeat eam tollere discretè, & cautè vel non, videtur arbitrariũ considerando effectum prouenientem ex ipsa excommunicatione, Etenim si excommunicato est allatura maximum detrimentum, & tollendo spes de correctione, tollat, aliàs secus, vt etiam diximus in 1. par decis. lib. 4. cap. 1. nume. 25. & seq. & dicitur talis excommunicatio tolli, quando eum absolueret etiam inuitum.

Famæ restitutio quando, & qualiter facienda, videtur pendere arbitrio Confessarij. Cap. 23.

SVMMARIVM.

1 *Fama quotuplex, & quando in bonis tẽporalibus est quid præcipuum, nu. seq.*

3 *Famam verè auferens malo animo ad quid teneatur.*

4 *Et quid si falso aliquem detrahit in re momenti.*

5 *Detrahere non est infamare illum, cui secundum suam existimationem non est infamia, nisi ratione personæ, nu. 6. & ita videtur arbitrarium, nu. 7.*

8 *Famam iniustè ablatam quãdoque quis non tenetur sic arctè restituere.*

9 *Famam diu ablatam aliquando quis non tenetur restituere.*

10 *Nec quando quis erat diu diffamatus iudicis auctoritate.*

11 *Nec quando persona infamata erat publicè infamis.*

12 *Nec accusans aliquem de vero crimine in iudicio.*

13 *Accusatus de examine de vero crimine, negans illud, an peccet.*

14 *Sed quid si crimen esset occultum, & improbabile.*

15 *Accusatus vt teneatur detegere crimẽ, videtur arbitrarium.*

16 *Infamans non tenetur restituere, si diffamatus alia via illam recuperauerit.*

17 *Detegens verum crimen, sed iniustè, qualiter restituere teneatur, & an teneatur de damno, nu. seq.*

19 *Infamandi modus referendo mala, quæ audisti, per difficilis est, qualiter restituatur.*

20 *Et quando talia referre sit peccatũ mortale, vel veniale.*

21 *Famæ restitutio an sit restituenda cum discrimine vitæ.*

22 *Et quid si fama ex infamante actu pendet vt recuperari possit, vel non possit.*

PRO intelligentia huius capituli sciendum est, quod habemus famam de homine, & famam inter homines, Io. Andr. in cap. vestra de cohab. cler. & mul. Calder. cons. 156. Item infamiam de homine & inter homines, & rumorem. Bald. consil. 436. Ad euidentiam num. 10. vers. restat amodo. lib. 5. Quæ quomodo differant, vide Innocent in capit. 3. de præscript. fama de homine est illesæ dignitatis status, & vita, & moribus comprobatus, l. cognitionum, ff. de var. & extr. ord. cognit. fama inter homines est publica, & communis infamatio, vel proclamatio ex sola suspicione ex certo, vel incerto au-

ctore

ctore proueniens capi. sunt nonnulli 46.
dist. sic infamia est duplex de homine, &
inter homines, quæ diffinitur ex contra-
rio per Calder. qui supra conf. 156. At ru-
mor differt à fama debet esse consona veri
tati, aliàs non esset fama, sed rumor, Bal.
conf. 436. ad euidentiam, nu. 10. versic. re
stat modo, lib. 5. Hinc vero agitur de fama
primo modo, quæ dicitur fama bona, quæ
est existimatio de homine publicitus habi
1 ta, & hæc per detractionem obnubilabi-
tur, & tollitur, ob idq; infamator commo-
diori, aptiorique possibili modo arbitrio
boni prudentisque viri Confessarij resti-
tuere, resarcireq; eam tenetur, qui qui-
dem Confessarius debet hoc præcipuè in
casu restitutionis famæ diligenter inter-
rogare diffamatorem pœnitentem, an ve-
rè abstulerit famam, quæ in bonis tem-
poralibus post vitam est quid præcipuum
2 † an fecerit animo nocendi, etenim tunc
semper est peccatũ mortale, cum sit con-
tra charitatem, si res, siue defectus sit mo-
menti, quia est nocumentum graue fa-
ctum proximo, quod diuitijs præstat,
Quod secus esset, si infamia esset, de re le-
3 uissima, † & ratione obiecti videtur aufer
ri, quæ tamen re vera non aufertur. Vt si
quis alium infamaret, quòd esset negligẽs
in studio, & quòd non ieiunasset quadra-
gesimam totam, quando mendacium es-
set, si persona illa erat vulgaris, quæ pro
nihilo ducit, item interroget, an quod de-
trahitur, sit falsum, quia tunc tenetur ho-
nore iniustè ablatum proximo, hoc est
con tra iustitiam restituere sub mortali, &
tunc non satis est coram eisdem, quibus
mendacium dixerat, te mentitum assere-
rè, verum teneris contrariam, quam fece-
ras fidem facere: quia homines procliuio-
res sunt ad male credendum, quàm bona
iureiurando si opus fuerit, adhibitisque
insuper testibus purgatus euadat, ita dixit
Sotus de iustit. & iur. l. 4. q. 6 art. 3. col. 7.
interroget etiam, si is, qui fuit diffamatus,
talis sit homo, cui secundum humanam
5 reputationem illa nõ sit infamia † Dixisti
aulicum hominem (vt ipsi aiunt) seruire
aulicè etiam fœminæ licet suspitio inde
oriatur, si modo fœminam nullatenus in
famares, profecto viro non teneris ad re-
stitutionem, Neque aulici iuuenes, qui
gloriantur in amatorijs vanitatibus, de
ictibus, & percussionibus, in rixis illatis
alijs: Hæc enim referre detrahere non est,
contra sunt aliqua venialia, quæ ratione
personæ qualitate, & professione habita
nimis denigrant, vt dicere aliquem Præla
tum, vel illustrem esse mendacem, esse le-
uis animi, esse etiam iracundum, nam hæc
denigrant famam, nisi hoc fiat ex animi le
uitate, idest indiscreta, & non plenè deli-
berata pro latione, vt habetur per Sanctũ
Thomam, 2. 2. q. 73. artic. 2. & ita videtur
7 † hoc arbitrarium, an sit casus restitutio-
nis famę, scilicet considerando qualitatẽ
personarum, & deliberatam, vel indeli-
beratam voluntatem. Hinc dixit Scotus d.
15. quòd ex quo habenda est ratio ad ob-
iectum, sit, quòd si is qui infamauit, est
8 persona publica, aut illustris, vel magni
momenti, infamatus autem est mediocris
conditionis, tunc non tenetur illustris, &
talis persona cum tanto detrimento famã
illi restituere licet iniustè ablatam, sed po-
test resarcire pecunia ad arbitrium prudẽ
tis viri, quàm etiam iste nolit pecunia sibi
resarciri, sed tamen hoc intellige semper,
quando est notabilis multum excessus cõ
ditionis vnius ad alterum, vt dixit Sotus,
qui supra Francisc. Tolet. in sua summa lib.
5. capit. 70. Interroget etiam de tempore,
9 quando abstulit famam, † nam si diffama
tor non habet certitudinem de obliuione
infamiæ eorum, apud quos alium diffama
uit, ad restitutionem tenetur, si vero qui-
busdam coniecturis illos fuisse iam obli-
tos colligit, minimè tenetur, propterea,
quòd cum innocens nulla tunc laboret in
famia; nihil erit restituendum, intelliget
autem fuisse oblitos, si interroget, meminę
rint ne aliquo tempore de Flauia optima
fœmina aliquod crimen fuisse dictum, qui
si dixerint audiuisse se olim tale crimen, te
nebitur ad restitutionẽ, sin minus, nequa-
quam. ita habetur per Flores Theolo. par.
1. de restit. famæ fol. mihi. 179. 2. dubium.
Rursus interroget, an quem diffamauerit,
10 erat diffamatus † iudicis auctoritate, vel
sine illa (verbi gratia) quis iustè diffama-
tus est Neapoli de furto, vel homicidio, &
condemnatus, & ego diffamaui Capuæ,

an teneor ad restitutionẽ dixit Ioseph. Angles, qui supra 4. dubio, quòd nisi iniquo animo fiat, non est peccatum mortale, & neque detegens crimen ad restitutionem tenetur; nam punitus publicè ob crimen aliquod nullam secundum leges habet famam, cum iuxta illas sit infamis, & hoc colligitur ex Scoto dicente, quòd qui accusat aliquem in iudicio, & cōuincit duobus testibus non infamat, quia crimen coram duobus commissum est publicum, & solum operatur, vt magis publicum sit. Interroget etiam an persona, quam infama-
11 uit, erat iam publicè infamis, † (verbi gratia) mẽtitus es meretricem tali nocte admisisse lenonem, quem non admiserat, re vera non esset peccatum mortale nõ restituere ei famam, quia nullam inde maculã ipsa contraxit. Item an infamator sit fide dignus, vel ioco videtur dixisse, quoniam cui nulla datur fides, & si delictũ incurrat quia tamen nullam generat infamiã, nullo se illaqueat restitutionis nexu. Sotus, qui supra. Interroget etiam, an aliquẽ in iudicio de vero crimine accusauerit secũ-
12 dum iustitiæ tramitẽ, quia tunc nihil aufert, quod restituere teneatur. Imò si quẽpiam quis infamet contra charitatẽ, non violando iustitiam, neq; sic innectitur restitutionis necessitate, vt si detulerit criminosum in iudicium, qui re vera dignus erat supplicio, & testibus conuinci poterat, non tamen ob bonum finem, sed iniquo animo, puta ex odio, aut auaritia, vt illi in sua dignitate per ambitionem succederet, tunc ille peccat mortaliter, quia fecit contra charitatẽ, non tamen restituere conuincitur, quia non fecit contra iustitiam. Sed remanet difficultas, an peccet
13 criminosus accusatus, † si per iudicẽ examinatur, & ipse mẽtitur. Durum enim vr̃, quòd quilibet accusatus ab vno publicè teneatur statim de necessitate salutis confiteri illud in publico; & sic statim se exponere patibulo in iudicio sanguinis, sed habẽdo oculum non tantum ad pęnam, sed ad honestum, & inhonestũ, nõ apparet, quòd ille honestè, & secundum rectam rationẽ debeat confiteri coram tali iudice, quia ipse est plusquam quicunque alius singularis accusans. Vnde auferret sibi ipsi famã, quia confitenti contra se in iudicio creditur. Quid ergo? Nos in 4. p. decis. li. 3. c. 7. n. 16. diximus, quòd si iudex est legitimus cunctaq; legis merita sint seruata. s. quòd dictum sit notorium, famosum, aut semiplenè probatum, item quòd probatio sit posita in processu, & illa sit reo manifestata, quo videat se ad obediendum mãdato iudicis teneri; tũc tenetur sub mortali crimine patefacere, etiam si esset ob eandem confessionem moriturus in patibulo, vel decapitandus. Et si negat, nullatenus est absoluendus in foro animę, tanquã in peccato mortali perseuerãs, vt dixit Sotus de iust. & iu. lib. 5. q. 6. art. 2. col. 5. Nauar in manu. c. 25 nu. 35. vsque 37. Quod secus esset, si crimen esset occultum, vel improbabile, licet reus peccet, & mortaliter, & periurus sit, nõ tamen tenetur se retracta-
14 re, † etiã si sequeretur indirectè infamia accusatoris, qui de mendacio pernitioso, & calumnia inde notatur, vt diximus nu. 24. Verum Iuristæ solent hac cautela vti, vt dicat reus, scilicet nego proposita, vt proponũtur Et hoc, vt dixit summa Astesana lib. 5. tit. 29. col. 4 sine mendatio fieri potest in proposito, quia proponuntur in publico, & vt publicè probanda, sic autẽ negare ea potest quilibet, si scit non posse probari in publico. Quod si iudex arguat eum, vt confiteatur propositum, vel publicè neget, Respondere posset, quòd iã se respondit sufficienter ad accusationem secundum modum iurisperiti, & nec ab illa respõsione vult declinare; faciat iudex erga accusatũ quod iuris est. Igitur an reus examinatus teneatur accusare crimen ve-
15 rũ, videtur requiri prudẽs arbitrium † Cõfessarii, maximè in causa capitis, honoris, & famæ, an iudex legitimus sit, an reus sit aliquo priuilegio exemptus, vt quia clericus, an sit delictum notorium, vel famosum, aut semiplenè probatum per vnum testem omni exceptione maiorem, aut per plura indicia. An hæc sint probata, an hęc probatio si reo notificata, an reus sit examinatus cito ex officio, & scit delictum esse improbabile, an quando confitetur sacerdoti, fuerat in iudicio absolutus, vel non, & tunc ex his, & similibus potest pœnitentẽ absoluere, vel illum ligare, nisi ve-

si veritatem palam confiteatur, Interro-
16 get etiam, an qui fama est læsus † alia via
famam recuperauerit, nam tūc immunis
est ille, qui infamauit a restitutione, quip-
pe cum habeat quod perdiderat, vt si ille,
quem de concubinatu infamauit, adeò se
purgauit, vt nulla mihi amplius habea-
tur fides, onerosum restituendi exonera-
tus. Rursum interroget an quis verum cri
17 men detegerit, † sed iniustè, non iuris or-
dine seruato, vt si quis occultum crimen,
vel extra iudicium propalauerit vel in iu-
dicio accusando detulerit, quod tamē pro
bare nequiuerit, nā iste restitutionis mo-
dus per quā difficilis est, & omissis multis
opinionibus illa videtur amplectēda, quā
ponit Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. nō amplius ta
lem detractorem coram eisdem de re illa
fari debere, sed bonam vbique eiusdē ho-
minis existimationem dispergere videli-
cet quantum citra mandatū valet, & quā-
uis inde alij non se retractent, & colligāt
verum dixisse, non tamen ipse aliud va-
18 let, at vero tenetur ei, cuius † famam vul
nerauit de damno dato, nempè si causa il-
lius iniuriæ aliquam iacturam suorū bo-
norum fecit, non tamen in integrum, ac si
per mendacium eum diffamasset, sed ad ar
bitrium prudentum virorum, dixit etiam
Astens. lib. 5. tit. 29. de restit. in communi,
quòd potest fieri sic. Nō credatis eum esse
talem, qualem dixi, malè enim dixi, vel fa
tuè, quia non seruato ordine iuris: propo-
sui enim in publico, quod non est vere pu
blicum. Et ista persuasio, scilicet non repu
tetis eū esse talem, bona est, quia quilibet
præsumendus est bonus, donec probetur
contrarium, c. 1. de scrut. in ord. fac. ergo
donec nō est probatus malus, præsumptio
est pro illo. Item interroget num quæ au-
19 diuit de aliquo mala, † retulit, iste modus
iniustè diffamandi est tanto perniciosior,
quāto vsitatior, & minoris æstimatus. Au-
disti scilicet vicinum suam amicam rece-
ptare, id autem statim in aures vicinæ hi-
sce verbis susurras, Hoc, aut illud audiui,
ego quidem non credo, sed audita refero,
est profecto ingeniosus, sed pestilens de-
trahendi modus; Astens. qui supra col. 3.
dixit, quòd credentes talibus leues sunt
corde, nam qui cito credit, leuis est corde:
Veruntamen quia à scandalo pusillorum
oportet cauere, 1. Cor. 8. & multi sunt ta-
les pusilli leues ad credendum mala, ideo
periculosum est talia audita ex relatis eis
20 referre, quare si fiat ex malo animo † læ-
dendi illum, de quo est sermo, non est fa-
cile excusare, quia fit contra charitatem,
& ita peccatum mortale, at si fiat coram ta
libus ex consuetudine, durum est dicere,
quòd exeat genus peccati venialis, quia
lingua in lubrico posita est, & qui non of-
fendit verbo, hic perfectus est vir. Iac. c. 3.
Sotus vero dicit, quòd qui sic infamat, li-
cet non teneatur dicere se esse mentitum,
quādoquidem id audiuit, nisi aliquid ad-
dat, tenetur tamen dicere se non solum le
uiter esse locutum, verum, & operam da-
re, vt opinionem, quam alij conceperunt,
illis adimat, nisi fortè res sit tam publica,
vt alia via irrepserit, cauendum est ergo,
quā maximè ab huiusmodi susurris, Hoc
igitur Confessor suadere debet pœnitenti,
sed quid si pœnitens dicat Confessario se
21 infamasse aliquem † de crimine grauissi-
mo, non tamen potest se retractare, nisi cū
discrimine vitæ suæ, debet respondere Cō
fessor, quòd si diffamatus idem etiam peri
culum vitæ subeat, absque dubio tenetur
ille famam reddere, etiam cum propriæ vi
tæ periculo, ita dixit Toletus d. cap. 70. ibi
alterum dubium. Et hoc intellige, quan-
22 do fama ex te actu pendet, † vt recupera-
ri possit, quod secus esset, quando infama-
tus recuperare non posset, ita Sotus, qui
supra. Ex his igitur omnibus collige le-
ctor, quam prudenter se gerere debeat Cō
fessarius in iudicando benè perpensis om
nibus circunstantiis, & consideratis, quā-
do diffamator peccet mortaliter, & quan-
do teneatur ad restitutionem, vel nō, vel
ad qualem.

Fecisse quicquid potuit, quando dicatur, Videtur arbitrarium. Cap. 24.

SVMMARIVM.

1 *Posse multipliciter capitur.*
2 *Posse fieri id dicitur, quod fit iure, honestè, & commodè.*

3 Promissio cum potero intelligitur ciuiliter, num. seq.
5 Promissio beneficij constituto in minoribus intelligitur de non curato.
6 Promittens factum, quod sine culpa sua non potest implere, excusatur à pœna.
7 Quod idem extende ad fideiußores.
8 Fecisse quod potuit quando quis dicatur fecisse, videtur arbitrarium, nu. 10.
9 Contumacia nolentis consentire videtur conuinci per trinam requisitionem.
10 Admonitio quoties facienda videtur remitti arbitrio Confessarij.

CVm verbum poterit, ac verbum facere habere possit plures significationes, ideo pro intelligentia est notandum,
1 quòd est posse iuris, † quando illud possumus quod de iure possumus, 2 q 2. c. nos in quenquam, dist. 50. c. si quis præpostera, item dicitur posse naturæ vltra quod natura non potest, de consecr dist 4. capit. nunquam. item dicitur posse facultatis, vbi illa deest repetitio non competit, 14. q. 6. c. 2. Item dicitur posse officij, vbi quãtum committitur, tantum potest, 2. q. 6 c. decreto. Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impẽditur, 22. q. 2. c. faciat. Item quandoque denotat potẽtiam iuris, & facti, vt extra de rescr. c. sciscitatus; Quãdoque potentiam facti tantum, vt 8. q. 5. c. Moyses. Quandoque refertur ad honestatem, de pen. dist. 2. ca. charitas, & quandoque ad cõmoditatem, ff. de verb. signif. l. nepos proculo, gl. in d. cap. faciat. Vnde id dicitur posse fieri, quod fit iure, rectè, honestè, & commodè, dictis iuribus. Quapropter Prælatus, qui promisit beneficia vocatura cum poterit, valet talis promissio, secundum tex. in capit. accedens extra de concess. præben. cum sit facta obligatio in genere, & quædam sub genere conceduntur quæ in specie prohibentur, extra de offic. ordin. cap. si sacerdos, licet hodie non teneat ca. 2. de concess. præb. li. 6. Tamen
3 hæc promissio cum potero, † intelligitur ciuiliter, & commodè, vnde si daretur facultas se offerendi, non tamen isti, puta vacat præbenda sacerdotalis, iste autem non est sacerdos, nec de proximo fieri potest, non erit illi conferenda, quia simplex, & indeterminata promissio intelligitur, dummodo honestè, & com-
4 modè fieri † potest, l. si cui, ff. de seruit. d. l. nepos proculo, sicut quando sermo dirigitur ad personam, debet intelligi secundum eius conditionem, l plerunque, §. equicij, ff. de vsu, & habit. Item si fiat promissio beneficij constituto in minoribus
5 debet intelligi de beneficio non curato, ad quod reputatur idoneus, extra de præben. cap. super inordinata, capit. si eo tempore de rescript. in 6. Sic si quis promiserit se curaturum, & facturum, vt filius cõtrahat matrimonium, cum Titia, & fecit omnem suum conatum, vt contrahat, & filius non vult consentire, pater videtur excusatus, quia impossibilium nulla est obligatio, vt est reg. iuris, facit text. in l. si vehenda, §. idem iuris, ff. ad l. Rhodiam de iactu, vbi quando quis promisit factum,
6 † & sine culpa sua adimplere non potest, excusatur à pœna c. sicut ex litteris, extra de sponsal. Sic Do. Anto de Butr. in cap. gemma eod. tit. dixit, quòd si quis obligatur se facturum, & curaturum, &c. valet ista promissio, sed si promittens, fecit quicquid potuit, vt ad effectum produceret, & non potuit, est excusatus: quia difficultas excusat à pœna, l. 2. ff si quis caut. quia pœna incurritur, si fuerit in mora faciendi, notat Bart. in l. si duo, §. hæc verba, ff. de constit. pecu. Vnde si interpellatus fecit quicquid potuit, non potest sibi mora imputari, si facere vlterius non potuit, vt probatur in l. quod te, & ibi Bartolus, ff. si cert. pet. Quod idem extende ad fideius-
7 sores, † qui promiserunt se facturos sub pœna, vt dixit Abbas vol. 1. consil. 19. idẽ concludit Bartolus in consil. 236 Martinus promisit se facturum, & curaturum, quòd Berta. contrahat matrimonium sub pena, quòd si fecit quicquid potuit, excusatur à pœna, sequitur Iason in l. stipulatio ista habere nu. 10. ff de verb. oblig &
8 idem Bar. cons. 122 lib. 1. vbi quasi idem, & hanc communem dicit Vulpell. de Tregua, & pace, q. 53. nu 3. sic promittens cũ iuramento si fecit quicquid potuit, euitat iuramentum, vt notatur per glosam, in c. ex lit-

ex litteris el secondo,& cap. sicut, extra de sponsal. & hæc est communis sententia, vt testatur Aret cons. 143. ex facto proponitur col. 4. & in l. si ita stipulatus, §. possum ff. de verb. oblig. Sed modo videndum est,
8 quādo quis dicatur † fecisse quod potuit. Alii dicunt quando quis fecit, quamprimum potest, Alex in l. quod te, ff. si cert pet vbi Iason, idem Alexan. consil. 150. viso themate in princ. lib. 6. & consil. 140. viso themate in princ. lib. 7 Aret. in l si ex legati causa,& in l. si ita stipulatus, §. possum, ff. de verb. oblig. & cons. 140. ex facto Curt. Iunior cons. 74. nu. 7. qui dicit communem,& nouissime Crauet. cons 64 nu. 4. Alii dicunt, quòd promittens se facturum,& curaturū, vt alius tale quid faciat, excusatur, si fecerit,& curauerit quantum in eo fuerit, si talem diligentiam fecerit ante lapsum termini, secus si post lapsū, quia iam mora esset commissa, & non excusaretur, Decius consil. 313. & dicitur fecisse talem diligentiam, quando faceret illam, quam diligens vnusquisque in re sua fecisset. Alii vero dicunt, si probaret vsque tertio inclusiuè cum aliquo temporis interuallo, tàm per se, quā per alios rogasse (verbi gratia filium, vt consentiret. Nam sic per tertiam requisitionem videtur con
9 uinci pertinatia † filii nolentis consentire, facit tex. in cap. sacro, cap. constitutionem de sent. excom. lib 6. ca contingit co. tit. Zabar. in clemen. Dudum de sepul. Abbas in c. cū non ab homine, extra de iudic. mihi autem in foro conscientiæ hoc vide-
10 tur arbitrarium, † & remittendum iudicio prudentis Confessarij: Quid enim si tepidè filius dissentiat, ita vt quandoque videatur consentire, & quandoque non; nam tunc non semel aut bis, vel tertio, sed pluries esset filius interpellandus, vt consentiat. si pater vult excusari à peccato, iuramento, vel pęna, & quid si audacter, & animo deliberato filius dicat nullo modo velle consentire, etenim tali casu minores requiruntur interpellationes, & quid si pluries in die fuerit filius interpellatus ad consentiendū,& ille semper dissentit, tūc cum interpellatim oporteat fieri interpellationes, illæ non sufficiunt, sed & aliæ necessariæ sunt; Quapropter dixit glosa in c. nō vos secundo, 23. q. 5. quòd iura dicunt
11 quandoque bis aliquem esse interpellandum, alibi dicitur, quòd semel, & quandoque vsque tertio, qu are videtur remittendum arbitrio prudentis Confessarii in conscientia.

Gratia quando possit reddi subreptitia in animæ iudicio, videtur requiri prudens arbitrium Confessarij. Cap. 25.

SVMMARIVM.

1 *Gratia quæ, & quando dicatur.*
2 *Gratia dupliciter fieri solet.*
3 *Subreptio vitiat gratiam, siue fuerit causa finalis, vel impulsiua.*
4 *Subreptio, quādo sine difficultate intret.*
5 *Subreptio in beneficialibus, quando vitiet gratiam, & seq.*
7 *Subreptio in causa matrimoniali reddit gratiam nullam in omni expressione falsa.*
8 *Subreptio in materia legitimationis, quādo sit nulla.*
9 *In rescripto quæ exprimi debeant.*
10 *Superiorem ad concedendum gratiam, quæ mouere possunt.*
11 *Gratia an sit subreptitia, si ea taceantur, quæ mouere possent superiorem ad difficilius concedendum, num. seq.*
13 *Gratia nunquam porrigitur ad defectus suppressos; sed oportet exprimi qualitatem defectuum.*
14 *Gratia non valet, quando dolosè aliquid subreptitiè fuit impetratum.*
15 *Soboles suscepta an causa sit iusta dispensandi super matrimonium de facto contractum.*
16 *Taciturnitas quando faciat valere gratiam, & quando non.*

PRo intelligentia infra dicendorum notandum est primo, quòd gratia di-
1 citur gratis data, † cap gratia, 1 quæst. 1. Alexand. consil. 7. attentis in princip. li 7.

& ita dicitur gratia ante exequutionem, sicuti post exequutionem Gemin. consil. 65.num. 5.vers.in contrarium Et dicitur gratiosè aliquid fieri, quando fit ex libera litate mera, Roland.à Valla cons.33. nume.7.lib.3. Et solet hæc gratia dupliciter
2 † fieri, quia aliqua est gratia specialis, prout quando alicui conceditur in specie super certo delicto, & istæ appellantur litteræ gratiæ, de quibus per Iulium Clarũ in §.fin. quæst 59.nu.4. in fi. scias autem Est & alia gratia generalis, quæ fieri solet per principem causa lætitiæ, puta pacis generalis, vel causa ducendæ vxoris, aut in natiuitate primogeniti, aut quando princeps accipit possessionem Regni, vel Prouinciæ, & ista gratia appellatur decretum gratiosum, Clar. qui supra Secundo sciendum, quòd hæc gratia redditur nulla ex subreptione, vel obreptione, & dicitur subreptio taciturnitas eius, quod exprimi
3 debet, † & quo expresso, vel non facta fuisset cõcessio, vel difficilius, Aegid. Bellam. cons 24.numero 19.in fin. Crauet consil. 636.num 8. Vbi quòd habet locum, etiam si expressio fieret genericè, & non clarè. Item dicitur subreptio, quando tacetur aliquid, quod mouisset Papam, vel concedentem ad denegandum gratiam concessam, Zabar.consil. 145 num. 4. Roma. consil.326 num.11.& consil.327.num 2. & consi .39;.in fine, Decius consil.580. Quæritur an petitio, num.4. Subreptio au
4 tem gratiæ vitiat gratiam, † siue subreptio fuerit causa finalis ipsius gratiæ, siue etiam impulsiua, vt quia concessisset, sed difficilius, & sic causa non sit finalis, mul to magis si finalis. Alexand.in cons.161. visis narratis in fi. lib.7. & iterum consil. 95 requisitis super dispensatione, num.8. versic.non obstant supra allegata eod.lib. 7.& dicitur subreptio intrare sine difficul
5 tate † si ea, quæ reperiantur scripta in iure, & exprimenda sunt, non exprimantur. Et idem in his, quæ de stylo concedentis sunt inducta, At si alia sunt, quæ non reperiuntur scripta in iure, neque de stylo, & retraxissent concedentem, in hoc versatur iudicis arbitrium, an concessisset, vel difficilius, habito tamen semper respectu ad id, quod consueuit Princeps concedere, vel denegare, latè Menoch.de arbitr. casu 201.nume.24. & seq. Felyn. in cap.super litteris, num.8. versic. exprimenda sunt de rescrip. Quando tamen subreptio in beneficialibus vitiet gratiam vi-
6 de, † Gemin.consil.128.in princip.versic. quid rescriptum, vbi habetur quòd regulariter subreptio causatur ob falsam expressionem, ideo is, qui dixit se familiarẽ Papæ, vel Cardinalis, & non erat, causat subreptionem, & nullitatem gratiæ, sic falsa expressio, quod beneficium colla-
7 tum † non sit cum cura, vitiat gratiam, Ioan.de Imola cons.132. in causa Taurinen.in princ.opponitur enim primo, Sic in rescripto, in quo falsa narrantur, seu nõ vera, quia est nullum, ex quo falsus precator debet carere impetratis, Ioan. de Imola cons.133.in princ. modo falsa narratio sit ex dolo, vt ibi per Imolam num.3. Sic
8 subreptio reddit gratiam † dispensationis nullam in omni expressione falsa facta in dispensatione matrimoniali, vt si in dispẽsatione non exprimatur certus gradus affinitatis, quia affinitas distinguitur gradibus, & generibus, Gemin.cons.33.num.2. vers.quo ad primum, quia alia est ex coitu illicito, alia est matrimonialis, Gemin. qui supra nu.8.& 9.Boer.decis.264. n.27. Sic si sit narratum, quòd nisi dispensatio concedatur, strages hominum, & homicidia, vel similia orirentur, quia si non sunt vera narrata, dispensatio est nulla. Gemi. qui supra nu.3.vers.secundo in expressis. Sic secundum eundem Gemin. dispensatio esset nulla, si expressum fuisset, quòd contrahentes ignorabant impedimentũ, si sciebant, quia ecclesia facilius dispensat cum ignorantibus impedimentum, quàm cùm his, qui scienter contrahunt, Decius plenè consil.153.per totum. Casus de quo
9 quæritur. Sic legitimatio spurii vel filii illegitimi redditur subrectitia, si in ea non sit facta mentio, quòd pater habebat filios legitimos, quibus præiudicatur, Anto. de Butr. consil.2. in princip. Sic dispensatio ad beneficium curatum, vel quid simile dicitur subreptitia, si dispensatus non facit mentionem de prima dispensatione per dispensatum obtenta, puta circa ordines, vel circa simplicia, & hoc ideo, quia

prima

prima dispensatio, licet habilem reddat, tamen remanet quædam nebula, de qua debet fieri mentio, Oldr. cons. 215. nu. 5. vers. nunc vero. Igitur ex his omnibus concludamus cum Doctoribus, in c. super litteris ex glosa, extra de rescrip. qui ponunt
10 regulam hanc, ea esse exprimenda † in rescripto pro impetranda gratia, quæ verisimiliter possent mouere animum iudicis, vel superioris ad concedendum, Quod quidem non solum est de consilio, sed de necessitate, si obtinere velit, sicut etiam debet exprimere illa quæ possunt mouere superiorem ad non cócedendum, quia alias gratia esset subreptitia, & nō valeret. Quæ autem sint illa, quæ possent mouere supe-
11 riorem ad concedendum, vel non, in hoc non potest tradi certa regula, sed attenditur communis stylus concedentis, vt tradit Lapus allegat. 79. super quo col. 3. vers. Item est sciendum & cum hoc non sit in iure determinatum, potest dici, quod sit in arbitrio iudicis in foro exteriori, & in foro animæ consultus prudens, & doctus Confessarius poterit arbitrari. An vero reddatur gratia subreptitia, si quis taceret
12 † illa, quæ posset mouere superiorem ad facilius concedendum, Abbas in d. c. super litteris dixit, quòd sic, vt probatur in c. postulasti, extra de rescript. & ita omnes sequuntur, Decius vero in d. c. nu. 33 tenet contra Abbatem, & dicit, quòd licet quis non expresserit ea, quæ possunt mouere superiorem ad difficilius concedendum, si tamen ijs expressis esset concessurus, gratia non esset subreptitia, sufficit enim quòd esset concessurus, ita dixit Io. de Ana. in d. c. nu. 2. quod dictum intelligit verum, nisi
13 ex dolo † talis veritas tacita sit. Exemplū, dixisti in rescripto te habere domum in ciuitate Bononiensi, habebas autem in comitatu tale, rescriptum non valet. Sed multa exempla quando gratia non valet, vt quia expressit falsum, habentur per Baldum in d. c super litteris nu. 6. vt in muliere, quæ impetrauit rescriptum super actione de dote, cum essent nuptiæ incestuosæ, vt C. de incest. nupt. l. si quis incesti. Item in eo, qui impetrauit tanquam filius, cum esset spurius, C. ad Senatucons. orficia, l. si qua illustris. Item in eo, qui se fecit legitimari tanquam simplicem naturalem, cum esset incestuosus, nam ad defectus suppressos, nunquam porrigitur dispensatio, sed oportet exprimi qualitatem defectuum
14 † ff. de in ius vocan. l. sed si hoc §. patronū, putat tamen ibi Baldus sufficere exprimere qualitatem in genere, puta quòd est illegitime natus, licet non dicat ex moniali, vel monacho, Sic si soror impetrauit rescriptum, quòd frater eam dotaret, tacuit tamen, quòd esset soror non eodem patre nata, quia frater vterinus non tenetur eā dotare, vt notatur. C. de administr. tutorū. l. non omni. Et generaliter vbicunque ex certa dolositate impetrantis est aliquid su-
15 breptitiè impetratum, † gratia non valet, & ratio est, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari, Sed quæ sint iustæ causæ
16 † dispensandi super matrimonio de facto contracto, Dic quòd proles suscepta Rom. cons. 307. nu. 7 plenius Boer. decis. 264. n. 25 facit textus in c. 3. 5. quæst. 8. vnde fauore filiorum in tali matrimonio dispensatur. Sic ad euitandum scandalum mortis puellæ, vel cognatorum, arg. tex. in c. quia circa, extra de consang. & affin. Sic propter bonum pacis futurum, vel ad extinguendas lites magnas, & sedandas discordias, atque inimicitias, Et ad tollendum scandalum, propter quod recedimus à regulis iuris c. 2. extra de noui. oper. nuntiat. siue sit matrimonium contractum, siue non Si vero gratia sit impetrata, & pœnitens interroget Confessorem, an possit illa gratia vti, tunc respondeat, an expresserit
17 † verum, & gratia valet, an expresserit verum, sed tacuerit aliquam qualitatem, qua expressa Princeps fuisset difficilior ad concedendum, sed tamen concessisset, & tunc iterum interroget an hoc tacuerit ex simplicitate, vel ignorantia, & gratia videtur valere, an per fraudem, & dolositatem, & tunc non valet, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari, & ita circunstantijs bene consideratis poterit Confessor arbitrari, an gratia petita sit subreptitia, vel obreptitia, vel an sit petenda, & an causa, super quam fundatur gratia, siue dispensatio, sit iusta, & rationabilis, vt illam possit à superiore petere, vel non.

Habitus

Habitus an semel susceptus sit dimittendus, videtur in iudicio animæ arbitrio Confessarij determinandum. Cap. 26.

SVMMARIVM.

1 *Habitus clerici debet esse determinatus, & quando sic dicatur.*
2 *Habitus clerici, & religiosi qualis esse debeat.*
3 *Habitus à religioso semper est deferendus, & pœna.*
4 *Religiosus non deferens habitum, quando sit excommunicatus.*
5 *Causæ, quæ sint rationabiles, vt habitus possit dimitti.*
6 *Habitus religiosi debet deferri non occultè, sed patenter, & quare.*
7 *Vestes clerici debent omnes esse clericales.*
8 *Vestes clerico non conuenientes sunt prohibitæ, quando occultè deferuntur nu. seq.*
10 *Clericus in minoribus non tenetur deferre vestes clericales, nisi causatiuè.*
11 *Arbitrarium videtur quando clericus, uel monachus habeat iustam causam dimittendi habitum cum nu. seq.*
13 *Peregrinatio quamuis longissima non excusat religiosum a dimissione habitus.*

PRo intelligentia notandum est, quòd habitus in clericis debet esse determi-
1 natus, † nam veste talari, & honesta, ac clericali iubentur vti, vt per Guid. Papæ decis. 138. circa princip. cap. clerici de vita, & honest. cleric. cap. si iudex de sent. excom. lib. 6. quod hodie clarum est per extrau. Sixti V. editam anno 1589. vbi per illam habetur, quòd habitus clericorum certus est, & determinatus. Et dicitur determinatus, quando certus habitus ex necessitate, reuerentia vel honestatem præcipitur, seu ordinatur, pro vt in Papa, Cardinalibus, Episcopis, & clericis, item in religiosis ex eorum regula, seu institutis, c. Deus de vita, & honest. cleric. Dicunt tamen iura de his habitibus, quòd habitus tam clerici, quam religiosi, nec in vesti-
3 bus, nec in calceamentis decorem † debet prætendere, 41. dist. cap. clericus, & §. seq. & capit. parsimoniam, item clerici in habitu suo, nec sericis, nec aureis in texturis, & nec in summitate vestimentorum debent vti variorum colorum ornamentis, 21. q. 4. capit. omnis iactura cum quatuor cap. seq. sic religiosorum habitus non debent esse notabiles nec diuersi coloris, sed conuenientes pœnitentiæ, & deuotio-
4 ni. † 20 quęst. 2. cap. vidua cap. sanctimonialis, dist. 27. debent tàm in lecto, in infirmitate, quàm in aliis locis habitum suę professionis deferre d. capit. vidua, & cap. sanctimonialis, & qui temere suæ religionis habitum dimittit, in excommunicationem ipso facto incurrit, cap. vt periculosa, ne clerici, vel mon. lib. 6 Modo tria concurrant. Primum, vt dimittat ha-
5 bitum, extra monasterium egrediendo, ut probatur in d. capit. ibi. in scholis, uel alibi. Hinc religiosus habitum dimittendo in monasterio, vel dormiens sine illo non est excommunicatus. Secundum est, vt dimittat temere, hoc est sine legitima,
6 & rationabili causa, quæ videtur esse, † puta timoris mortis, vel periculi, aut mali alioquin grauioris, captiuitatis scilicet seruitutis, carceris, ignominię, dedecoris, vt si religiosus per loca Turcharum, Saracenorum, Hæreticorum hostium transiret, vel etiam si esset clericus in longa peregrinatione, nam tunc licet habere vestes breuiores, & expeditiores, Syluester in verbo clericus 1. num. 1. versi. secundo, Astens. lib. 6. tit. 11. in fine. Vbi dicit nota quòd ex causa peregrinationis, siue timoris, vel necessitatis, vel alia simili, & honesta causa, licet clerico habitum transformare, & assumere habitum laicalem, vel pœnitentialem, vel similem, 21 quæst. 4. cap. Episcopi, extra de vita, & honest. cler. cap. clerici officia, tertium, quòd deferat habitum patenter, nam si quis habitum
7 deferret occultè, etiam excommunicatus esset: quia paria sunt non esse, vel non apparere, Oldr. consi. 184. nume. 12. & 13. vsque in finem, qui num. 12. & 13. rationes

nes plures adducit, quare religiosus debeat deferre habitum suæ religionis, Pri-
8 mo vt cognoscatur, Secundo ne offendatur, Tertio ne euagare possit. Hinc fit, quòd si quis percutiat religiosum occultè habitum deferentem, non incidit in excommunicationem, nam talis quis iudicatur, qualem habitus quem defert, osten dit Feder. de Sen. consi. 13. num. 3. versic. talis namque vbi habitus facit quem gaudere priuilegio clericali, facit text. in l. idem apud §. si quis, ff. de iniur. & l. si ea. C. de adult. in quibus locis habitus attenditur, Sic quamuis omnes vestes clerici
9 debeant esse clericales, † facit text in ca. si iudex de sent. excomm. lib. 6. facit text. in cap. 1. 21 quæst. 4. Vnde non sufficit solum vestem extrinsecus habere clericalem, & aliàs postea intus virgatas, idest fericis texturis variatas ex diuersis coloribus, tamen ex causa rationabili possunt clerici illam etiam extrinsecus habere, vt occultè, puta in cubiculo, vel prandendo, vel quia alia caret, vel causa vestem lauandi, vel mundandi, vel in domo, quia domus rem secretam, & non publicam denotat, 6. quæst 1. ca. ex merito, nec non
10 vestes rubeæ, & virides † possunt occultè deferri, nam quando dicitur illas esse pro hibitas, glosa in clemen. 2. verbo pattita de vita, & honest. cleric. est intelligendũ, quando publicè deferuntur, non autem, quando occultè, & ita qui de noctè aliam vestem portaret ad euitandum frigus, quia dicta clementina 2. denotat publicã delationem, ita nos diximus in 4. par. dec. lib. 3. cap. 3. num. 4 Sic iusta causa non deferendi est paupertas, vnde si propter pau pertatem portat clericus vestem diuersi coloris panni excusatur. Ita Imola in d. clem. 2. num. 9 Item nec qui ad momentum temporis, quia text in d. clem. 2. notat vsum, Hoc est continuationem, item quia non dicitur dimisisse, qui in breui dimisit, vt ff. de diuor. l. 3. de pęnit. d. 1. ca. diuortium. Sic nec translatum videtur, quod ad modicum tempus est translatũ, ff. de leg. 3. l. quæsitum, ff. quæ res pign. oblig. poss. l. Arista. quia verba sunt ciuiliter intelligenda, ff. de seruit. l. si cui, Sic neque clericus in minoribus constitutus si non deferret vestem clericalem, quia ad
11 illam non cogitur † cap. si. de cler. coniu. nisi causatiuè, quatenus velit gaudere priuilegio clericali, vt dicunt ibi Doctores, vel nisi sit beneficiatus, per cap. Ioannes, extra de cleri. coniug. si tamen clericus in minoribus vel deferre habitum clericalem, tenetur deferre decentem, aliàs potest puniri, quia deferre habitum indecentem redundat in dedecus totius ordinis clericalis, vt probant Doct. in d. clem. 2. & ad hoc potest cogi per suum Prelatum, cap. nullus, & per totum, 21. quęst. 4. Sic causa rationabilis, vt clericus possit
12 † habitum transformare, videtur esse arbitraria; Pariter in religioso similes causæ possent illum excusare à delatione habi-
13 tus † præterquam illam peregrinationis, quia nulla peregrinatio etiam longissima excusat religiosum à delatione habitus, nisi illam comitetur timor, Bona etiam fides posset excusare religiosum a peccato mortali, vt habetur per nos in 1. par. dec. lib. 5. cap 5. num. 75. vel non deferentem ad modicum tempus, nam qui ad modicum dimittit, dicitur continuè deferre, quia aliquod dicitur continuò fieri, etiã, si habeat aliquod interuallum, ita notatur in capit. præsenti de præben. lib 6. Hoc tamen determinabitur arbitrio Confessariis, nos qui supra dicto cap. 5. nu. 20.

Circa ieiunia quæ arbitraria.
Cap. 27.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunare si dubium est an quis teneatur, ad superiorem recurrendum est, nu. 3. & 6.*

2 *Simplicis sacerdotis licentia non sufficit in dispensatione super ieiunia, fallit in casibus tribus, nu. 18.*

4 *Dispensandi causa in ieiunio, quandoque non necessaria.*

5 *Ieiunare quando quis non tenetur, an teneatur facere rem æquiualentem.*

7 *Causæ iustæ petendi dispensationem super ieiunio, quæ sint.*

8 *Tau-*

8 *Pauperus peregrinatio, labor, quando sint iustæ causæ dispensandi.*

9 *Mulieres prægnantes, & lactantes, quare a ieiunio excusentur, nu. 15.*

10 *Aetas quæ a ieiunio excuset, altercatio est inter Canonistas.*

11 *Infirmitas quæ à ieiunio excuset, remittenda arbitrio boni uiri.*

12 *Senes in qua ætate excusentur, & multa de his, nu. 14.*

13 *Statutum legis in causa infirmitatis an locum habeat in senibus.*

16 *Operarij rurales & famuli dominorum an excusentur a ieiunijs.*

17 *Dispensatio super ieiunium ad quem proprie spectet.*

19 *Consuetudo an possit esse iusta causa dispensandi.*

20 *Ieiunium an licitè soluatur ob salutem corporis.*

21 *Vtilitas an sit iusta causa dispensandi.*

22 *Hora comedendi ieiunij tempore quæ.*

23 *Modicum in materia ieiunij quale consideretur.*

24 *Hospitem habens an ex ea causa possit violare ieiunium.*

25 *Collatio non potest fieri mane, & prandium sero sine causa, quam considerabit Confessarius.*

CIrca ieiunia inuenio multa arbitraria, & primo, quando causa est dubia,
1 † an quis ad ieiunium teneatur, nam tunc secundum Sanctum Thomam debet ad superiorem recurri, qui facultatem habet in talib. dispensandi, Hoc est ad Episcopum quò ad seculares, & ad Prælatum, quo ad religiosos; ipsi enim habent arbitrandi facultatem, an causa sit iusta, vt possint dispensare, & non alii, Quapropter dixit Hostiensis in cap. consilium, extra de obseru. ieiun. quòd in dispensatione super ieiunium non sufficit licentia simplicis sa-
2 cerdotis, † etiam ex iusta causa, nisi summa necessitas immineat, ita quod ad Episcopum sine periculo recursus haberi nõ potest. An vero in omnibus ieiuniis requiratur, vt fiat dispensatio cum causa, Respondit Io. Andr. in d. ca. consilium, quòd in ieiuniis indictis, hoc est institutis ab ecclesia, & necessariis requiritur dispensatio, quando causa, propter quam quis videtur non posse statutum ieiunium obser-
3 uare, est dubia, † nam tali casu nullus auctoritate propria debet soluere ieiunium, sed dispensatio superioris est necessaria, ita D. Thomas, 2. 2. q. 147. art. 4. & ratio est, quia nullus in propria causa debet esse iudex. At quæ sint ieiunia indicta ab ecclesia, & quæ voluntaria, & in quibus ieiunia hęc differant, satis diximus in 2. part. decis. lib. 2. cap. 16. num. 3 & 4. Sed vt hęc materia magis elucescat, sciendum est, quòd quandoque nulla requiritur dispensatio in frangendo ieiunium, & quandoque sic. Igitur sit conclusio, quòd nonnun-
4 quam interuenit † impossibilitas obseruandi ieiunium, & tunc nulla est necessaria dispensatio. Etenim in illo casu non tenetur ieiunare, quia impossibilium nulla est obligatio, regula iuris, ergo non tenetur tunc habere dispensationem; Tamen si quis vellet in hoc casu aliquam eleemosi-
5 nam erogare pro ieiunio, † bene facit, & ita intelligendum est dictum Hugonis, quod debet donare denarium, vel aliquã rem ęquiualentem in casu necessitatis, alias non debet rescindere ieiunium, nam illud dictum est intelligendum de consilio, cum ad ieiunium non teneatur. Igitur talis datio non dicitur ieiunii redemptio, sed grata oblatio, & supererogatio, igitur quando est causa euidens quòd quis non potest seruare statutum ieiunium, licitè potest absque superioris dispensatione per se ieiunii obseruantiam præterire, præsertim consuetudine ita permittente, vel si non possit de facili ad superiorem recursus haberi, Sanctus Thomas, qui supra
6 art. 4. secus autem vbi dubium est, † tunc enim ad superiorem pro dispensatione recurrendum est, & pro hoc benefacit text. in d. cap. 2. de obseru. ieiun. Vbi vtrunque membrum ipsius rectè, & apertè probatur. Neque enim propria auctoritate licitum est superiori ex eo, quod sibi videtur cessare dispositio legis, recedere à legis statuto Alber. in l. & ideo, ff. de legi & ideo,

quan-

quando potest haberi superioris dispen-
satio, consulo illam impetrandam, facit
tex. in cap. erit autem distinct. 4. Igitur ex
prędictis possumus generalem doctrinam
colligere, videlicet vbi causa iusta subsit
dispensandi circa ieiunia, vel abstinentiã
possit superior dispensare. Gratia tamen
prædicti Doctores & pręcipuè Hosti. in
d. cap. 2. solent aliquas causas enumerare,
per quas quis possit iuste dispensare. Cau-
sæ autem enumeratæ per ipsos sunt hæ
7 † debilitas naturæ infirmitas ciborum pe
nuria, paupertas, peregrinatio, labor, ni-
mia mensæ protractio in seruientibus mē
sa magnatum, mulieres prægnantes, la-
ctantes, senectute magna confecti, Item
etiam minores ætate. Sed modo declaro
id, quod dixi de paupere debet enim sic
8 intelligi, dummodo † de eleemosina non
possit tantum habere, vnde possit compe-
tenter in die vnum pastum facere, Quod
vero dicitur de peregrinatione, non intel
ligas de equestribus, sed de pedestribus,
& tunc ita demum, quando in aliud tem-
pus non posset commodę peregrinationē
differre, alias non deberet legem superio
ris super ieiunio editam propter suam pe-
regrinationem præterire ita dixit Sanctus
Thomas, qui supra articulo quinto, &
quod dicitur de labore, intelligendum est
de laborantibus, qui alias non possent su-
stentari, nisi per totum diem laborarent,
Aliàs autem diebus ieiunorum cessare de
bent a labore, vel laborem taliter tempe-
rare, quòd ieiunium non impediatur. Ita
dixit Sanctus Thomas, qui supra. Et in
hoc credo culpabiles dominos fore, qui
mercenarios habent, cessante enim nota-
bili detrimento eorum circa suum exerci-
tium debuissent facere, quòd mercenarii
sui, & serui diebus ieiuniorum labori tali-
ter vacarent, quòd ieiunare possent, vt in
cap. rogationes de consecrat. dist. 3. prædi-
ctis autem adiungendæ sunt mulieres prę
9 gnantes, † cum propter nutrimentum fæ-
tus tales abstinentiæ forent eis damnosæ
ob requisitam necessitatem cibi ipsarum,
& prolum, item, & lactantes ac nutrien-
tes filios; an vero istæ causæ sint sufficien-
tes, Confessarius interrogatus habet arbi-
trari, qui si iustam causam arbitrabitur, de
bet pænitens ad superiorem accedere pro
dispensatione: Et primo circa ætatem, nã
minores ætate non tenentur ieiunare, de
qua tamen ætate intelligendum sit, est cō-
10 trouersia inter Doctores Canonistas, † cũ
quidam de vna ætate, alii de alia sentiant,
vt per Ioan. Andr. in c. 2. de obseru. ieiun.
Quapropter crederem arbitrio superioris
hoc esse committendum, qui non solum
necessitatem naturæ considerabit, sed &
necessitatem animæ. Cum enim adolescē-
tes ab ineunte ætate vehementes passio-
nes præsertim circa venerea patiantur, vt
dicit Philosoph. 7. Ethic. ad quas refrenan
das ieiunium potissimè valet, potius in hu
iusmodi subueniet saluti animę, quam cor
poris, iuxta tex. in c. cum infirmitas, extra
de pœnit. & remiss. Regulariter autem mi
nores tenentur ieiunare in anno vigesi-
mo primo completo. Sic infirmi, & ægro-
tantes excusantur a ieiunio, verum pro
quanta infirmitate, & debilitate solui pos-
sit ieiunium ab infirmis, vel debilibus po-
tius secundum Rom. in tractatu de satis-
factione, 3. capit. 8. est limitandum arbi-
trio boni viri Confessarii, quam secun-
dum aliquam doctrinam generalem, ita
11 refert Frat. Ioan. in rubrci. de ieiun.
quæstio 25. Henr. Boich in rubr. de ob-
seruat. ieiun. numero 3. idem de seni-
bus, nam licet excusentur à ieiunio, quia
vt eis calor, & virtus est debilitata, & quã-
uis sint sicci a siccitate opposita humidita-
ti naturali, superabundat tamen in eis hu-
miditas accidentalis ex indigestione cau-
sata, quapropter indigent ob stomachi de-
bilitatem frequenti, & modico cibo, vt di-
xit Richard. 4. sent. distinct. 15. q. 3. art 4.
12 In qua autem ætate de obligentur, nemo
hucusque dixit determinatè, neque ali-
quo iure cautum video, nec taxatum,
nam alii dicunt senes, qui sunt septuage-
narii: Vnde excusantur a tutela, & cu-
ra, C. qui morbo se excusat. l. vni. facit
quod notat. 14. quæstio. 3. Item inuiti
Innoc. vero in capit. quoniam frequen-
ter, extra vt lite non contest. dicit senes
esse, qui sunt infra 70. annos. Alii vero
appellant senes centenarios, quia lex vo-
cat illud vltimũ spacium vitæ hominis, C.
de sacrosf. eccles. l. fi. Cũ ergo sint variæ op
nio nes,

niones, videtur ſecundum Innoc. qui ſupra eſſe remittendum arbitrio iudicis, hoc eſt iudicio meo, Confeſſarii in foro conſcientiæ, nam quandoque magis alius eſt ſenex in quinquaginta annis, quam alius in ſeptuaginta, Idem dixit Io. Andr. in cap. nouit, extra de iudic. Llamas tamen in 3 par. Methodi. cap. 5 §. 20. dixit, quòd Pius V. Sanctiſſimus Pontifex anno 1579. viua uoce, tum etiam Bulla Cruciatæ ab eodem conceſſa decernit homines ſexagenarios non teneri ex eccleſiæ pręcepto ad ieiunia, quod intellige regulariter, & certè ſatis iuſtè, cum infirmitas à ieiunio excuſet, & ſenectus infirmitas magna ſit, imò infirmitatum congeries, & incurabilis morbus, vt optimè teſtatur Caiet. in verbo ieiunium. Vnde Terentius Senectus ipſa morbus eſt, & apud Maronem. Subeunt morbi triſtitiis ſenectus, quod intelligi poteſt largè, & non propriè. Vnde dictum Abbatis in cap. magnæ extra de voto col 1. quòd ſtatutum loquẽs
13 † in cauſa infirmitatis habeat locum in ſenectute, videtur dubitabile, vt dixit Fely. in c. quoniam frequenter nu. 5. vt lite non conteſta. At de priuilegiis ſenum, & qualiter probetur ſenectus, & quod ſenex prius teneatur loqui, quam Iunior, vide additionem ad Abbatem in dict. ca. quoniam frequenter, & quòd inuiti non examinantur, item mittitur notarius ad eos, item nõ compelluntur ire ad bellum, & onera perſonalia non ſubeunt, vide ibi Apoſtillam, & quòd torqueri nõ poſſint videlicet 60. annorum, niſi ſint robuſti, & tunc cum moderamine, Clarus, §. fi. in fi. q 64. pari-
14 ter de prægnantibus, & lactantibus † maiori alimento indigentibus propter fætum, vt ſupra dixi, vel quia habere ſolent varia, & inordinata deſideria ciborum diuerſorum, & quandoque ita intenſa, quòd niſi aliquo modo poſſent ſatisfacere appetitui, periculum poſſet eſſe de periclitatione fætus, & hæ ſecundum Rod. non ſolum poſſunt, ſed etiam tenentur ſoluere ieiunium. Attamen quia nonnunquam reperiuntur robuſtæ, ita quòd probabili-
15 ter non timeatur † de periculo fætus, ſi ieiunant, ideo adeundus eſſet Confeſſarius, & ſecundum eius arbitrium prægnans regulanda. Sed quid dicendum de operariis ruralibus, ac famulis domorum,
16 † nam ſi opus commodè diminui poſſet abſque detrimento corporalis ſalutis, tũc ieiunium non eſſet ſoluendum, aliàs ſecus, ſed ne huiuſmodi tales prætermittant præceptum eccleſiæ inconſultò, & videantur eſſe iudices in facto proprio, adeant
17 Epiſcopum † diſcretum, ad quem propriè ſpectat diſpenſatio, vt in c. ieiunia de conſecr. diſt. 3. & in cap. quadrageſima de conſecr. diſt. 5. vel vicarium generalem Epiſcopi, ipſo in remotis agente, iuxta text. in capit cum nullus, §. Epiſcopo de tempor. ord. lib 6. Aliàs ſecus eſſet, cum poteſtas vicarii ad ſpiritualia, quæ iudicialiter expediuntur, non ſe extendat, iuxta quod vide Feder de Senis conſi. 12. gloſa 2. q 5. c. quæ de cauſa. Adire etiam poſſunt pro-
18 prium ſacerdotem in tribus caſibus, † quorum primus, quando auctoritatem haberet ab Epiſcopo, vel ex priuilegio Apoſtolico diſpenſandi, quando caſus occurreret ſuper ieiunio. Secundus in ſumma neceſſitate, cum ad Epiſcopum recurſus haberi non poſſit, argum. 26. q. 6. Epiſcopus inconſulto 2. Tertius quando Sacerdos huiuſmodi diſpenſationem faceret, ſcilicet cum conſuetudo hoc haberet: nam illa iuriſdictionem tribuere poteſt, vt in capit. conqueſtus, 2. q. 3. cap. duo extra de offic. ordin. Aliàs exceptis his tribus caſibus nõ poteſt, argum. text. in cap. 1. extra de voto. Sed an conſuetudo poſſit etiam eſſe iuſta cauſa diſpenſandi in ieiuniis, communi-
19 ter ſolet teneri, quòd in ieiuniis quadrageſimalibus, & in eorum obſeruantia conſuetudo nihil operatur, in aliis vero ſic. Eſt iſtud vltimum ſatis probatur in cap. fin. extra de obſeru. ieiu. ſtante tamen iuſta cauſa, vt ſi patria penuriam pateretur in piſcibus, & aliis cibis quadrageſimalibus, vt in montibus aliquando contingere ſolet, honeſta eſſet conſuetudo, & toleranda, vt etiam in quadrageſima ouis, ac lacte, & caſeo vteretur. argum. text. in cap. licet, extra de pænit. & remiſſ. & cap. licet de feriis, ita teſtantur Innoc. Hoſt. & Ioan. Andr. in rubr. extra de obſeru ieiun.
20 Rurſum quæritur. An ad conſequendam ſalutem corporis, & dandam medicinam

cinam sit licitum violare ieiunium, ita quòd sit iusta causa, Respondeo quòd pro remouenda infirmitate, quam quis iam incurrit, vel de præcauenda illa, de qua esset valdè verisimilis coniectura, hoc foret licitum, non tamen pro conseruanda sanitate tantum, vbi non est signum aliquod infirmitatis, ita notant Innoc. Host. & Ioan. And. in d. rub. num 8. Ad quod in simili faciunt multa notata per Innocent. in cap. tua extra de homic. nam qui medicinæ præcepto nimis dediti sunt, legi diuinæ contraria faciunt, & seipsos abnegant, vt in cap. contraria de consecr. dist. 5. Pariter non solum necessitas, sed etiam
21 vtilitas iusta est causa dispensandi in ieiuniis, nam inter iustas causas dispensandi, sicut est necessitas, ita est, & vtilitas vt in §. vtilitatis, & cap. seq. 1. q. 7 facit text. in cap. breui, cap. quærelam, extra de iureiur. cap. ex multa, capit. scripturæ, extra de voto. Quare ieiunia indicta ab ecclesia possunt ex iusta causa mutari in alia opera pia, vt est tex. cum glosa in cap. presbyter, dist. 82. glosa facit in capit. quod super his, extra de voto. Rursum circa horam
22 comedendi, † de qua nihil inuenio tactũ in iure, etenim solum text. in cap. solent de consecr. dist. 2. loquitur de hora comedendi in quadragesima, & quatuor temporibus, videtur opinio communis, quòd sit comedendum hora nona completa, id est tertia post meridiem, & ita habet consuetudo ecclesiæ, sic tenet S. Thomas, 2. 2. q. 147. art. 7. Non tamen oportet nonam horam prę̨cisè accipere, quapropter qui per modicum temporis spacium horam anticiparet, non diceretur violare ieiunium, secus per magnum, Ad quod satisfaciunt notata per Philosophum 2. Ethic. Vbi tractat materiam de eo, qui modicum distat a medio, vt non videatur a medio virtutis distare, cum valdè difficile sit punctualiter viuere, is autem qui à medio multum distat, transgreditur secundum eum. Quantum autem sit hoc modicum, videtur remittendum arbitrio Confessarij, qui etiam considerabit an ieiunii horam præueniat ob debilitatem, vel iter faciendum, nam tunc licet, imo qui hospi-
24 tem habet magnæ auctoritatis, † qui vult proficisci, ut dietam faciat ordinatam, si prę̨uenerit horam commestionis, potest hospitans etiam comedere cum illo iure vrbanitatis, & reuerentiæ absque peccato, ne fiant tot prandia Sed an quis possit collationem, siue ientaculum mane facere, reseruando sibi prandium sero. Respõ-
25 det Caiet. 2. 2 q. 147. art. 6 ibi Tertii uero, & Nauar. in manu. cap 21. nume. 13. quòd non, nisi ex causa rationabili, puta medicinæ, debilitatis, uel complexionis, uel necessitatis, causa agendi aliqua, uel ne inde fiant tot cœnæ, nam tunc Confessarius poterit hoc consulere, ut etiam colligitur ex Armilla in uerbo ieiunium, nu. 1. in fin. Modo collatio fiat hora nona, aliàs secus. Sic circa collationem atten-
26 denda est consuetudo loci, † & illa facienda est moderatè accipiendo sero frustulum panis cum aliquo pomo, uel ficubus, passis, uel auellanis, aut amigdalis ꝑ collatione, modo non sit in quantitate, quę ieiunium fraudet ex quibus mihi satis dubia uidetur opinio Bartholomei Medinæ, 1. par. instruct. de confess. cap. 14. §. 10. uersic. Donde ne siegue. Vbi asserit, quòd quis potest in uigilia Natiuitatis Domini collationem sumere cum uariis fructibus, etiam immoderate, & quantitate excessiua: nam debet ientaculum esse moderatum, ne fraus legibus ieiunii irrogetur. Et ideo de hoc esset consulendus Confessarius, qui prudenter iuxta qualitatem personarum, & negotia, quibus pęnitens est implicitus, dispenset.

Incontinenti quando dicatur, Arbitrarium. Cap. 28.

SVMMARIVM.

1 *Incontinenti pro triduo capitur, & quandoque multipliciter, vt per totum.*

2 *Incontinenti circa personam in iniuriam intelligitur in ipso actu.*

3 *Incontinenti aliquando dicitur, quando homicidium fit interpositis horis ira cõtinuata.*

4 *Incontinenti nonnunquam accipitur pro tem-*

tempore determinato ad arbitrium Cõfeßarij.

5 *Incontinenti aduerbium quo ad testes habet plures significationes & videtur arbitrarium, nu. seq.*

7 *Testis dictum primum quandoque debilitatur per secundum.*

8 *Restitutio facienda est statim sub peccato mortali quod qualiter intelligatur, num. seq.*

10 *Votum simpliciter factum quis statim implere tenetur quo ad actum mentis internum, non autem externum.*

INcontinenti quandoque ponitur pro
1 triduo, † vt est tex. in l. fi. C. de error ad uocat. Bal. consil. 34. nume. 10. lib. 5. Castill. consi. 1. nume. 7. Sic de aduerbio statim glosa in d. l. aliquando ponitur per quinque dies, Nonnunquam per decem, Vnde post decem dies dicitur ex interuallo in materia protestationis, Rom. consil. 179. Amplissime Doctor, num. 21. vers. secundo moueor. Sic post tresdecim dies post factam venditionem si fiat pactum de retrouendendo, dicitur incontinenti factũ maximè in materia suspecta, Crau. consi. 196. num. 27. versic. Non obstat tertium, Aliquando per duos menses, Aliquando pro biduo, l. 4. §. cum igitur, vbi Bart. ff. de vi, & vi armata, & ibi omnino per Alex. in l. cum specialis, & ibi Bald. in princ. C. de iudic. Bald. in l. 1. C. vnde vi, qui dicit verum in iniuria circa res, non autem circa personas, quia tunc dicitur
2 † incontinenti, idest in ipso actu; Hoc est, quando neque fuga, neque clamore, neque vllo alio modo potest vitare mortem, nisi occidendo, aut mutilando aggressorem, glosa in clemen. 1. de homic. Alibi dicitur incontinenti, quando interpositis horis continuata ira non deueniendo ad
3 exteriores actus interfecit hominem, text. est in l. quod ait lex, §. quod ait lex, ff. ad l. iul. de adult. Vbi dicit text. Quod ait lex. Incontinenti filiam occidit, sic erit accipiendum ne occiso hodie adultero reseruet, & post dies filiam occidat, vel è contra. Debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduersus vtrumque sumpta; Quod si non affectauit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis apprehensa est a patre, qui persequitur, incontinenti videtur occidisse. Quandoque incontinẽti ponitur pro parum ante, vel parũ post, Bartolus in l si ita, §. 1. ff de nouat. & in l. 1. ff. de solut. Quandoque ponitur, si primo quis intorrogatur, deinde scribitur postea respondetur, glosa fin. & ibi Bart. in l. duos, § duo, ff. de duobus reis Aliquando ponitur quatenus durat mandatum, l. iurisgentium, §. si cum, ff. de pact Aliquando ponitur antequam contractus habeatur pro perfecto, secundum Bartolum in l. contractus, C. de fide instrum Quandoque ponitue pro tempore determinato
4 † ad arbitrium Confessarii (v. g.) Excommunicatus in articulo mortis ab eo, qui non poterat absoluere, incolumis effectus tenetur quamprimum se Romæ presentare, hoc est determinandum ab ipso absoluente quo commodè poterit, glosa in clem. 1. §. nec super de pœnis. Nonnunquam incontinenti non exigit actum fieri in eodem temporis momento, vt dicit glosa in cap. 1. de plus petit, & vbi aliud non exprimitur in iure, relinquitur arbitrio iudicis, quando aliquid fieri dicatur incontinenti, argum. l. ratum, & l. quod dicimus, ff. de solut. facit text. in cap. nonnunquam de consec. d. 5. & quod ibi notatur, Abb. in cap. 1. num. 15. extra de metu. petit. qui etiam allegat glosam singularem in cap. quia propter extra de elect. quæ loquitur de dictione mox. statim, &c. quandoque incontinenti aduerbium
5 quo ad testes habet plures † significationes, quarum prima, vt tunc testis dicatur incontinenti dictum suum retractare, quando in eadem instantia se corrigit, antequam cum partibus loquatur, alias subornatus præsumitur, ita ait glosa in cap. præterea, extra de test. cogen. vnde Bartolus in l. in operis, ff. locati dixit quòd factũ eodem die, licet vnum sit factum de mane, & aliud sero, dummodo eadem die sit factum, dicitur factum ne dum incontinenti, sed dicitur factum simul, & testis saluatur a falso, si deponat duo facta fuisse simul

simul, licet vnũ prius, aliud posterius fiat, dũmodo eadẽ die sint facta. Bal. cõsi. 34. n. 10. li. 5. quod procedit, modo ad extraneos actus nõ diuertatur, Socc. cõsi. 65. n. 16. li. 1. & est cõmunis opinio Abbatis cõs. 62. n. 7. li. 2. Secũda, dicitur incõtinẽti antequã cũ aliqua persona loquatur, Tertia, Host. in d. c. pręterea dicit hoc esse arbitrarium,
6 † quando dicatur aliquid incontinenti, vel ex interuallo fieri, vnde iudex considerata qualitate personæ, & quantitate interualli, & colloquio partium, aliisque circunstantiis, poterit decernere, & ita admittere, correctionem testis, si tamen iudex ex interuallo illam admiserit, secũda non valet, sed statur primo dicto, d. ca. sicut, extra de test. quamuis minor fides erit adhibenda, etenim per secundum di-
7 ctum † debilitatur primum, nisi testis esset adeò bonæ existimationis, vt si stimulo conscientiæ coactus veniret, etiam post temporis interuallum ad se corrigendum nam tunc non primo, secundo dicto esset standum, vt dixit Nauar. in manu. ca. 25. nu. 40. Quandoque incontinenti ponitur antequam redigatur in scriptis, Abb. in c. fi. pen. col. extra de confess. glosa 32. q. 7. c. apud misericordem. Sic restitutio inconti
8 nenti facienda est sub reatu † peccati mortalis, facit tex. in c. sępè extra de restit. spoliat. Hæc autem aliter intelligenda est de actu mentis interiori, & aliter de exteriori opere arbitrandum, Nam quantum ad internum propositum primum in mentẽ venerit in debito esse rei alienæ deliberato animo, quis constituere debet, quòd restitutio fiat, necessarium namque est, vt statim abstineat a prauo animo rem alienam detinendi, Quoniam si dicente Augustino non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; absque tali proposito nulla erit pœnitentia vera, in actu vero exteriori id, quod dicitur incontinenti, non
9 † est quasi in puncto indiuisibili, sed moraliter, atque ciuiliter, Dum enim tibi in lecto iacenti, aut ad mensam recumbenti occurrit te aliquid debere, non astringeris tunc statim surgere, sed expectare potes absque fraude opportunitatem, qua tranacta incipies esse in mora, & consequenter in culpa, Caiet. 2. 2. q. 62. art. fin.

Vnde transacta illa opportunitate restituendi statim debes restituere, si vis a priori peccato de non restituendo egredi, Hoc autem tempus non restituendi uidetur esse arbitrarium, vnde possunt Confessarii assignare tempus pœnitentibus, quando non possunt restituere. Sic licet quis teneatur statim, & incontinenti adimplere
10 † votum (verbi gratia) ingrediendi talem religionem, quando tempus non apposuit tamen hoc locum habet de actu mentis interno, nam eo ipso, quòd in mentem venerit debitorem esse uoti, deliberare debet se uotum illud velle adimplere, At in actu exteriori id, quod est statim adimplendũ, intelligi debet moraliter, & ciuiliter, hoc est expectando opportunitatem disponẽdi de bonis ad arbitriũ boni viri, facit ad hoc, ff. ex quib. caus. maio. l. ab hostibus, §. fi. verbo opportunitate, & in foro consciẽtiæ Confessor pòt esse iudex ad determinãdũ tẽpus, qñ commodè poterit, facit glosa notab. in clemen. 1. §. nec super de pœnis.

Incorrigibilis an, & quando dicatur, videtur arbitrarium. Cap. 29.

SVMMARIVM.

1 *Incorrigibilis dicitur multipliciter secundum subiectam materiam.*

2 *Incorrigibilitas causa est, ut correcto alteretur.*

3 *Incorrigibilis quo ad priuationem beneficij quis dicatur.*

4 *Ius quando requirit trinam monitionem, non sufficit vna etiam peremptoria.*

5 *Clericus quando gaudeat priuilegio fori.*

6 *Percutiens clericũ qui non incedit in habitu, & tonsura quando excõmunicatus.*

7 *Clericus habetur pro incorrigibilis post binam remissionem de delictis, pro quibus ingeritur pęna mortis.*

8 *Incorrigibilis quando quis dicatur, poterit Confessarius ex multis perpendere.*

9 *Incorrigibilis monachus est excludendus a consortio fratrum in ergastulis, & non a monasterio.*

1 CVm incorrigibilitas multis modis capi possit † secundũ subiectã materiã, ideo hoc videtur remittendũ arbitrio Cõ

 fessarii,

fessarii, An, & quando dici quis possit incorrigibilis, nam ex text. in c. neminẽ cum capitulo præcedenti dist 43. dicitur ille incorrigibilis, qui semel verbis correctus est a superiore, nam in præcedenti capitulo dicitur, quòd verbis Episcopus corrigat, & prohibentur verbera, & tamen dicit, si est incorrigibilis excommunicetur. Et sic videtur appellare incorrigibilem illũ, qui verbis solũ fuit correctus, & non desistit, Sic hoc valet ad finem, vt quis possit alterare correctionem; nam & si Prelatus circa correctionem debeat esse beneuolus, c.
2 licet d. 45. in iudicio iustus. 3. q. 7. c. iudicet, & in animaduersione misericors c. disciplina ead. dist. tamen hoc procedit circa corrigibiles; quia aduersus incorrigibiles debet esse seruus, 2. q. 7. c. quanto in fine, extra de postul. prælat. c. 1. d. c. disciplina, secundo dicitur incorrigibilis quò ad
3 priuationem beneficii † ille, qui tertio monitus a malo non cessat, ca. ex tua de cler. non resid. Et hoc intellige etiam in monitione facta in Synodo sub pœna priuationis beneficii, uel priuilegii clericalis, nam tunc sufficit vna peremptoria, & illa non habetur pro trina, vt dicebat Do. Anto. in c. 2 extra ne cler. vel mona. Sed requiritur trina, & ratio est, quia vbi ius requirit tri-
4 nam monitionem, non sufficit vna peremptoria, ut est glosa in clemen. 1. verbo tertio de vita, & honest. cleric. Dicitur etiam incorrigibilis fugiens de carcere, communis est omnium Canonistarum sententia in c. vt commissi de hæret. in 6. De hac tamen materia, s. fugæ multa diximus in 2. consi. extra de iudic. consi. 2. lib. 2. Quarto dicitur incorrigibilis secundum Aegid. Bossium de foro compet. nu 152 clericus, qui se immiscet in enormibus delictis, & nõ incedit in habitu, ac præcessit trina monitio, quod intellige, quò ad priuilegium fori, quo non gaudet clericus, nisi sit bene
5 ficiatus, † vel incedat in habitu, & tonsura, & seruiat diuinis, quare tali casu põt puniri per secularem iudicem, Clarus §. fi. q., 6. num. 23. non autem de priuilegio Canonis, nam percutiens eum licet in clericali habitu, & tonsura non incedat erit
6 excommunicatus, † nisi percutiens ignorauerit esse clericum, ca. si vero el primo, vbi Abbas extra de sent. excommun. Rursus clericus habetur pro incorrigibili post binam remissionem de delictis, pro quib. imponitur pœna mortis, ita refert Iulius Clarus lib. 5. §. fi. nu. 34. Præterea dicitur quis incorrigibilis, qui reuertitur ad priora delicta, vel maiora, & in eis perseuerat ita Butr. in c. cum non ab homine, nu. 22. de iudic. quem ibi secutus est Abb. nu. 30. quod non intelligas quod qui semel occiderit Caium, iterum illum occidat, sed vt qui semel occiderit Caium, iterum secundo loco occidat Petrum; nam hic dicitur reuersus ad idem delictum & consequenter censetur incorrigibilis, Item qui perseuerat in delicto, ita Butr. & Abb. qui sup. quod intellige, modo ter admonitus non desistat, & ita copulatiuè requirũtur duo perseuerantia, & trina admonitio, Barb. in d. c. cum non ab homine. Diaz in praxi canon. c. 131. nu. 2. licet Alfons. de Castro l. 2. de iusta hæret. punit cap. 2. dicat duas sufficere. Sic qui differt pœnitentiam iniunctam facere, Feder. de Senis. cons. 156. n. 3. dum respondit, quòd ille, cui tanquã hæretico ab Inquisitore fuit pœnitentia iniuncta, si eam non fecit, dicitur incorrigibilis impenitens, atque ita relapsus ex c. litteras de præsumpt. idem sentit Calder. consi. 2. de heret. vers. sic coadiuuatur, qui hunc fictè conuersum, & impœnitentem appellat. Idem visi sunt tenere Archidiaconus, & Gemin. in c. vt commissi de hæ-
7 ret in 6. Rursus et in modo confitendi dictum suum potest reus talia verba dicere in foro animæ per quæ appareat eum esse incorrigibilem, quia fortè non ostendit se pœnitere de delicto, sed forsitan dolere, quod non fuerit perfectius perpetratum, ita hęc colliguntur ex Doctoribus, & Panorm. & Decio in c. cum non ab homine extra de iud. ex Felyno in ca. Rodulphus col. 31. extra de rescrip. ex Bernar. Diaz in sua praxi crim. c. 131. & Symo. Maiolo li. 5. de irregul. c. 26. nu. 4. Ex quibus omni-
8 bus poterit Confessarius perpendere, † qñ quis dicatur ĩcorrigibilis, qñ poterit multiplicari pœnitentia, vel quando sit petenda venia, vel deneganda absolutio, ut in vltimo, & primo dicto, & qñ monachus ĩcorrigibilis sit excludendus a cõsortio fra

trum

9 trum, non tamen † a monasterio, quia sic daretur materia vagandi, & delinquendi, sed est separandus a consortio fratrum, sed in ergastulis intra monasterium, c. fi. extra de regula. vt cum aliis non comedat in refectorio, nec iaceat in dormitorio, sed stet in alio loco reclusus infra monasterium, ut dixit Abbas, & Imola in c. cum in ecclesiis, nu. 8. extra de maior. & obed. Quando possit excommunicari, qualiter sit facienda reprehensio, quia cum incorrigibilibus acrior, & cum corrigibilibus dulcis, & blanda est facienda.

Infirmitas an excuset à recitandis horis, Videtur arbitrarium. Cap. 30.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas iusta est causa percipiendi distributiones quotidianas, uel non dicendi horas canonicas.*

2 *Casus superueniens interpretatur secundum casum præcedentem.*

3 *Episcopus quando ob infirmitatem, vel senectutem possit renũtiare Episcopatui.*

4 *Episcopo in qua ætate ob senectutem detur coadiutor.*

5 *Coadiutor datur Curato & Generali perpetuo religionis.*

6 *Famuli ægri pascendi sunt a dominis.*

7 *Salarium an debeatur famulis infirmis.*

8 *Doctor, & lector electus potest ex causa infirmitatis loco sui alium subrogare ad legendum.*

9 *Personę industria electa non obstante, potest quis alium loco sui substituere etiã proprium filium vicarium.*

10 *Infirmi qui excusentur a recitandis horis, & num. 13.*

11 *Medici, uel Confessores non debent ingredi claustra monialiũ pro leui infirmitate*

12 *Infirmus an post reconualescentiam teneatur redicere officium, nu. seq.*

14 *Officium est seruitus apposita cuicunque diei, ideo omittens non tenetur de necessitate redicere sed solum dolere, uel ad restitutionem fructuum, nu. seq.*

16 *Interrogationes, quæ facienda a Confessario pœnitenti, qui omisit dicere officiũ.*

DE priuilegiis infirmitatis multa diximus in 2. vol. consi. lib. 3. consil. 1. de cleric. non resid. nu. 13. vbi diximus infir-
1 mitatem iustam, & rationabilem † causã esse, vt aliquis quotidianas valeat percipere distributiones, Archid. Gemin. Ancha. & Franchus in c. vnico de cler. non resid. lib. 6. Abbas consi. 70. per totum lib 1. Modo infirmitas sit causa immediata, non de seruiendi. Etenim si prius ante infirmitatem non residebat, tunc infirmitas super-
2 ueniens non excusaret: quia † casus superueniens recipit interpretationem secundum casum præcedentem, vt est tex. in ca. maiores, extra de batis. Anchar in d. c. nu. 6 Abbas in consil. 70. Cur autem infirmitas sit causa sufficiens ad percipiẽdas quotidianas distributiones, diximus tres rationes ibi supra nu. 14. nam infirmitas iusta causa est, qua facit absentem haberi pro præsente Roman. consi. 263. Viso puncto in princ. Abb. d consi. 70. per totum. Vnde infirmitas serui facit eum haberi pro seruiente, l. cum hæres, §. stichus si hæredi. ff. de statu liber. per quem text. ita dixit Rom. d. consi. 263. Sic infirmitas, & etiam senectus Episcopi si reddit eum inhabilẽ ad exercitium functionum Episcopalium est causa sufficiens, vt possit renuntiare Episcopatui, c. nisi, §. alia, vbi Abbas, & alii, de renunt. Vbi quòd si velit renuntiare, admitti debet ad renuntiandum, sed non compellitur inuitus, & tali casu debet da-
4 ri † ei coadiutor, 7. q. 1. c. quamuis modo excedat 70. annos Franch in ca. 1. de cler. ægrot. in 6. §. vetum in princ. Anchar. cõs. 188 nu 7. Et quod diximus de infirmo, intellige de tali infirmitate quæ inducit perpetuum impedimentum, quia æquiparatur senectuti, & impotentiæ, d. c. 1. Vbi omnes. Et quod diximus de Episcopo, intellige de consecrato, quia non consecrato si inutilis sit propter senectutem, vel ægritudinem non datur coadiutor, sed in totum ipse esset repellendus, glos. in c. scripsit, in versi. quod autem, 7. q. 1. Datur etiã coadiutor curato habenti Parochialem ecclesiam, Item Generali perpetuo reli-

gionis, quia si ob senectutem, vel defectũ infirmitatis esset inutilis ecclesiæ, datur coadiutor, Anchar. cons. 279. in fi. & 188. nu. 7. versic præmittendum est etiam pro veritate per totum, & num. 12. Sic famuli
6 ęgri pascendi sunt, † ff cõmod. l. in rebus, §. possunt, & quia seruire intelliguntur, ff. de sta. liber. l. 3. § stichus, vnde tenetur dñs eos facere curare quo ad expensas par uas, non tamen quò ad magnas, vt dixit Bartolus in l. si cum dotem, ff. solu. matrimon. Quamuis si famulus nõ haberet vnde sibi subueniret, & dominus esset diues, ex charitate teneretur. Sic famulus nisi de
7 derit causam † infirmitati, quia seruire intelligitur, debet pro tempore infirmitatis haberet salariũ, glosa in cap. ad audientiã verbo infirmitas, extra de cler. non resid. Innocẽ. in c. propter sterilitatẽ, extra loca. Gemin. in d. c. vnico, vbi dicit, quòd docto ri infirmo non est subtrahendum salariũ. Austerius ad dec. Tholos. 269. & 360. Vbi ẽt ampliat ad ambasciatores & stipendiarios Quod autem diximus de doctore, Intelligerem quando infirmitas esset breuis quia si longa, tunc deberet in tali casu ne-
8 cessitatis loco sui substituere † & subrogare substitutum, quamuis sit electa indu stria personæ, ita dixit Bald. in l. fi. ff. de ex cus. tut. in l. si vero, §. de viro, ff solu. matrim. latè hanc opinionem, vt communẽ firmat Purpur. in l. 1. ff. de offic. eius Vt qui non põt substituere ex eo, quia est electa industria personæ, possit ex causa ne-
9 cessariæ absentiæ, vel infirmitatis † hoc facere, ibi nu. 513. Iason ibi nu. 58 & 77. ita probat tex. in l. si longius, ff. de iudic. Idẽ tex. in l. si filiusfamilias, §. fi. cum lege seq. ff de procur. Receditur enim à regulis iuris ex causa necessitatis, ita dixit Eruditissimus de Ponte lib. de potest. Proreg. tit. 7. §. 5. qui dixit hoc successisse tempore Pręsidatus Comitis de Lemos, qui dum Romam profectus fuit pro obedientia præstanda Summo Pontifici Clementi VIII. nomine Suę Maiestatis reliquit loco sui cum sua particulari commissione D. Franciscum de Castro eius filium virum profecto nunquam tam satis laudatum, quin laudari etiam posset. Et idem dictus Comes de Lemos tempore suæ infirmitatis fecit; cui locum tenenti an idem honor, & idem titulus debeatur, sicut patri, seu Proregi substituenti, & communis est distinctio, vt dixit de Ponte, qui supra nu. 14. quòd aut Locumtenens cõstitutus est à Principe, aut ab ipsomet Prorege, vt primo casu idem honor debeatur in omnibus, secundo vero secus. Sed vt ad rem nostram deueniamus dicunt Doctores de infirmis in c. 1. extra de celebr. miss. & Zab. in clem. 1. eo. tit. quòd illi excusantur à recitandis horis, & audiendis, si talis sit in-
10 firmitas, † in qua directè, vel occasionaliter sibi obesset, vel obesse timeretur, si horas recitarent, nam talibus infirmis nõ est lex imposita, argum. tex. in ca. consilium, extra de obseru. ieiun. Quod non sic esset de longa absentia clerici, & ita in hoc casu necessaria absentia, & infirmitas non æquiparantur, Igitur oportet, vt febris sit grauis, l. quæsitum, ff. de re iudic. & quòd multum noceret, secus autem si febris esset quartana antiquata, vel leuis febris, propter quam non impediretur procurare negotia sua, d. l. quæsitum, nam tunc non impediretur ab officio recitando. Panorm. in d. capit. 1. Sic nos diximus in praxi casuum reseruat. lib. 1. cap. 5. num. 25.
11 non posse medicos, vel Confessores † ingredi claustra monialium pro leuioribus infirmitatibus, veluti quartana, vel indispositionibus. An vero post conualescentiam teneatur dicere horas quas omiserat
12 infirmus, Inno. refert quibusdam videri, quòd siue ex necessitate, siue ex volũtate, siue ex negligentia accurata omiserit debent redicere, non tamen peccant, si non redicant, sed est eis iniungenda pœnitentia de peccato omissionis, & satis est conueniens, quòd sacerdos imponat pœnitẽtiam ei in eo, quod peccauit scilicet in officio omisso reassumendo, vel commutet in aliam pœnitẽtiam, si magis credit proficere. Idem dixit Host. Vbi tanta est diuersarum horarum multitudo, quod quasi impossibile esset eas redicere, Ad hoc, ff. de reg. iur. l. impossibilium, de pact. cap. fi. Et sic videtur velle Hostiẽ. quòd cessante tanta multitudine debet iniungi, vt redicat. Si vero tanta esset infirmitas, vt ex toto impediat infirmum ad horas dicendas, tunc

13 † tunc secundum Host. nec tenetur redicere, nec pœnitentiam agere, Ad hoc de cler. non residen. cap ad audientiam; Verumtamen si ad cautelam hoc agere velit, commendandus est, quia ex quo fuit omninò impeditus, habetur, ac si deseruisset, & ita est, ac si dixisset, de clerico ægrot. c. 1. & quòd ibi notatur in glosa fin. Secus autem dixit Host. de eo, qui simulauit se esse ęgrotum, quia tunc tenetur redicere. Verum cum officium sit seruitus apposita
14 † cuicunque diei, sicut etiam sunt ieiunia ab ecclesia indicta, non uidetur, quòd omittens recitare officium absque causa, vel non vera, teneatur elapso illo die illud redicere, sed solum tenetur dolore, & pœnitere, vel si est beneficiatus, tenetur ad restitutionem fructuum pro rata, iuxta constitutionem Pij V. relatam à nobis in 1. par. decis. l. 2. de pœnis non recit. horas canonicas, quòd multò magis procedit, quando non valeret dicere officium propter infirmitatem, etenim non tenetur illud reassumere alio tempore, sicut qui nō potest ieiunare in quadragesima, non est iniungendum à Confessario, vt alio tempore ieiunet, c. 2. extra de obseru. ieiun. & ratio est, quia ieiunia illa, & horas ecclesia præcepit tanquam onus illis diebus annexum, Igitur quando pœnitēs confitetur se non recitasse officium, quia infirmus, prudenter interroget, An infir-
16 mitas erat vera, vel ficta, † & si vera, an talis, quę impediebat dicere officium, vel erat febricula, aut quartana, vel talis, ob quam nō impediebatur procurare sua negotia, & tunc in quibusdam casibus iniungat pœnitentiam reassumendi officia prædicta omissa, vel commutet in aliam pœnitentiam, Si sic credit proficere, & in quibus casibus, quādo infirmitas erat grauis, tunc poterit declarare ipsum non teneri ad officia reassumenda, si tamen velit, cōmendandus esset, & ita erit in arbitrio Confessarij, quando obligetur agere pęnitentiam, vel non.

Iniuria qualis sit arbitrium est. Cap. 31.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria quæ grauis, leuis, aut leuissima, remissiuè.*

2 *Sanguinis effusio non semper facit percussionem enormem.*

3 *Episcopus vel Abbas arbitrabitur an læsio sit leuis, vel enormis, num. 10.*

4 *Arbitrio alicuius quando aliquid cōmittitur, tūc debet arbitrari vt bonus vir.*

5 *Abbatum nomine qui intelligantur quātum ad hunc effectum.*

6 *Confeßor an in animæ iudicio arbitrabitur de læsione.*

7 *Læsio est iudicanda grauis potius, quam leuis in dubio probabili.*

8 *Absolutio semper spectat ad Episcopum, quamuis læsio esset leuis.*

9 *Iniuriæ quędam sunt mediæ inter leues, & enormes.*

11 *Digiti incisio est casus enormis licet non sit membrum.*

INiuria quæ grauis sit, vel enormis, quę leuis, & quæ leuissima, satis abundè diximus in nostris decisionibus, & cōsilijs; Ideo hic aliqua consideranda sunt, quæ à nobis fuerunt prætermissa, quòd excepto homicidio, & mutilatione membri statur arbitrio iudicis considerato more regionis, item considerata persona, cui fit iniuria, loco tempore, an in foro, an in theatro, & aliis circunstantiis, Alex. cons. 203. lib 2. Quapropter sciendum est, quòd decretalis cum illorum, extra de sent. excō. grauem reputat, & enormem læsionem,
2 si quis ad sanguinis † effusionem perueniat in parte aliqua corporis, ex qua facile sanguis exire haud cōsueuit, vnde licet aliquis dū clericum percutit ī nares eius offendat, aut cū vngue aliquantisper excoriat, ita quòd aliquantulum sanguis exeat, tunc secundum cōem talis non erit enormis excessus, sed tūc demum, cū vulnus esset illatum, quòd desideraret remedium chirugiæ, vel aliorum medicinaliū, vt si oculus fuisset effossus, dist. 40. ca. si euangelica, aut aliquod membrum paruum, aut magnum fuisset grauiter vulneratum, ita quòd fuisset ablatum, vel sic in periculo esset, vt redderetur īutile, Quòd Bernardus dixit ibidem in d. capitulo cū illorum, quòd hoc satis crederet remittendum

dum arbitrio Episcopi, vel Abbatis, licet littera simpliciter loquatur de effusione sāguinis. Quapropter dixit Panorm. ibi nu. 9. nota, quòd in arbitranda, vel iudicanda qualitate, & quantitate iniuriæ enormis non est necesse recurrere ad Papam, sed Episcopus, vel Abbas arbitrari pōt, quia ex quo eis conceditur certis casibus absolutio, c. peruenit, cap. quant. r, c. quamuis extra de senten. excom. ipsi possunt cognoscere, an eorum sit iurisdictio, argum tex. in ca. super litteris, extra de rescrip. & l. si quis ex aliena, ff. de iudic. sed caueant ipsi ne dicant leuem, vbi est enormis, Hinc collige ex his quòd quando aliquid com-
4 mittitur arbitrio alicuius, † tunc debet arbitrari, vt bonus vir, & si aliter arbitretur, potest ab illo appellari, vt dixit Mari Soc. in cap. non inter nume. 12. in fin. extra de purgat. cano. quòd clarè patet per Dom. Cardin. Zabar. in d. cap. peruenit in fine, qui dicit, quòd si Episcopus inique arbitraretur, præter peccatum mortale poterit ab eo appellari per eum, cuius interest, extra de dilat. c. 1. Vbi per eundem Za
5 bar. intellige per Abbatem † ēt Priorem, vel Præpositū, vt si isti sint in monasterio loco Abbatis, vel quia monasterium non habet Abbatem, sed Priorem, vt patet in multis locis; Etenim isti Priores, & Præpositi habentur loco Abbatum, argu. text. in c. fin. extra de statu regular. & pro hoc facit tex. in d. ca. cum illorum, ibi eorum Prȩlatis, vbi vtitur verbo generaliter. Et ita hæc intellige in foro exteriori, nam in animæ iudicio si factū est occultum, si cōsulatur Confessor, poterit consideratis, & benè perpensis circunstantiis arbitrari læsio, quæ nam sit leuis, vel enormis, quam-
6 uis in dubio probabili, vbi rationes sunt hinc inde, potius declaranda est percussio
7 grauis, † & enormis, quam leuis, vt dixit Abbas in d. c. cum illorum, nu. 12. quia in dubio tenere debemus tutiorem partem, quæ illa dicitur, quȩ est durior, c. iuuenis, extra de sponsal. cap. ad audientiam, extra de homic. glosa magistralis in cap. vnico de scrut. in ordi. faci., semper tamen absolutio spectat ad Episcopum, quamuis sit
8 leuis, † cap. peruenit, extra de sent. excom. nisi ex speciali delegatione ad alium spectaret. Sic leuis iniuria est iudicanda arbitrio boni viri ex variis circunstantiis personarum, locorum, & temporum, Etenim si clerico in altari solemniter ministrante publicè quis manus leuiter iniecerit, non iudicaretur leuis iniuria, quæ aliàs esset leuis, & quædam est leuis contra puerum, vel in dorso, vel in manu, vel in occulto, quæ grauis esset contra senem, vel in capite, vel cum gladio, vel cum ense, vel in manifesto. Quædam ēt iniuriæ sunt quasi me
9 diæ † inter leues, & enormes, quæ dici possunt graues, quarum grauitas ex circunstātiis variis est pensanda, & arbitrāda. Quid enim si excessus fuerit commissus in Episcopum, vel Abbatem, semper iniuria diceretur enormis, & tandem glosa in d. ca. cum illorum verbo membra concludit,
10 quòd ista relinquātur determinādaǂ arbitrio boni viri Episcopi, vel Abbatis quod idem tenet Innoc. Quapropter etiam si vngula lædatur modicū, potest dici enormis, si consideretur modus, & qualitas læsionis, vt dixit Abbas in d. c. cum illorum, num. 8 qui etiam dicit, quòd licet digitus non dicatur stricto modo membrum, nā non habet officium separatum, & distinctum, sed est officium membri, l. idem Officius, ff. de ædil. edicto, l. non sint liberi, ff. de statu homi. tamen incisio digiti est casus enormis.

Iniuriæ satisfactio quæ arbitraria. Cap. 32.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ satisfactio, qualiter facienda sit, num. 7.*

2 *Clericus iniurians etiam laico volenti satisfacere debet.*

3 *Iniurians debet iniuriato veniam petere, genua flectendo.*

4 *Clericus potest absolui, si offert satisfactionem, & ille non vult acceptare.*

5 *Satisfactio potest fieri in pecunia secundum qualitatem, & quantitatem iniurię.*

6 *Satisfactionem quis non tenetur remittere, sed solum rancorem.*

In-

8 *Iniuriæ qualiter ab Episcopo taxabuntur & qualiter a iudice, nu. seq.*

10 *Iniuriam passus an possit petere æstimationem damni sibi imminentis ex causa cicatricis.*

1 QValiter sit facienda satisfactio iniuriæ † soluit Matth. quòd debet satisfieri de iniuriis, expensis, & damnis, extra de foro compet. c. conquæstus de iniur. c. olim, & præter hæc est aliquid dandum plus arbitrio boni viri iniuriam passo in compensationem iniuriæ illatæ; Cũ ea non possit haberi pro non confecta, D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 2. ad primum. Caiet. q. 72. art. 3. Dicit etiam Matth. quod si clericus iniuriatur laico, debet ei satisfa-
2 cere † de iniuria, extra de senten. excommun. c. contingit, quamuis percutiat etiã volentem, vt ibi, & si adinuicem sibi iniuriantur clericus, & laicus, debet fieri compensatio hinc, & inde, & qui plus excedit, plus debet læso satisfacere, extra de sent. excommun. c. parochianos, & capit. ea noscitur & capi. quamuis, in quibus iuribus habetur de hoc. Debet etiam præter damna, interesse, & expensas petere veniam, genua flectendo † ipsi iniuriato, d. ca. Parochianos, & c. porro quod si laicus petat veniam, & offerat satisfactionem, & clericus nolit ei reconciliari, tunc potest absol-
4 ui † cum per laicum non steterit, imò clericus peccat nõ ostendendo signa dilectionis particularia, & non grate recipiendo petentem sibi veniam, D. Thomas 2. 2. q.
5 33. art. 8. Et hæc satisfactio † debet fieri in pecunia, ita Abb. in c. ea noscitur de sent. excomm. Cardin. & Imola in clem. 1. de pœnis, & probatur in capi. olim de iniur. secundum qualitatem iniuriæ, & quantitatem, & personæ iniuriatæ, Card. in d. clem. 1. & ita hoc videtur arbitrarium tàm in foro, exteriori, quàm interiori. Et nec istam satisfactionem quis tenetur re-
6 mittere, † sed solum rancorem, & odium, dist. 45. cap. & qui emendat, 92. dist. cap. si quis contristatus, 3. quæst 4. capit si illic. Et quòd diximus de damno, facit tex. 2. q. 1. cap. in primis, d. cap olim, & cap in no-
7 stra, intellige, quòd debet iniurians † restituere omnia, quæ occasione prædictorum iniuriatus amisit, & quæ habuisse iniuriatus, si non essent factæ iniuriæ, & iniurias æstimabit iniuriatus, dicens quòd vellet potius de suo tantum perdidisse, quàm hanc iniuriam passum fuisse, & E-
8 piscopus † postea taxabit, capit. in primis, 2. q. 1 instit. de iniur. §. datur, & consideratis qualitatibus, vt supra diximus, Episcopus postea potest augere, vel diminuere taxationem factam, d. ca. in primis. Et hęc intellige, quando agitur ciuiliter ad ęstimationem iniurię, quæ fit per Episcopum, quod idem intellige, quando fit ęstimatio per iudicem laicum, plenè per Romanum consi 97. Viso themate, nume. 2. versi. Quod ad secundum, semper tamen taxatio iniurię fieri debet habito respectu
9 ad qualitatem † iniuriantis, & iniuriati, & secundum facultates, ac conditiones, ac locum, tempus, & qualitatem iniuriæ, Ang. consi 95 Quidam nomine, nume. 2. versi. super secundo, Bar. in l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniur. & est communis opinio, gl. in l. lex Cornelia, & in l. constitutionibus, §. fi. ff de iniur. Rom. cons. 97. Vnde in hac ęstimatione habenda est ratio, si iniuria fuerit facta per mulierem, quia tunc inspecta qualitate personę inferentis iniuriam, & propter imbecillitatẽ sexus mitius agitur cum muliere, quam cum homine, glosa per illum text. in l. sacrilegii pœnam ff. ad l Iuli. pecul. l. si adulterium, ff. de adulter. Idem si facta esset iniuria per habentem maiorem dignitatem habenti minorem, Et è conuerso, Romanus consil. 460. illa verba in fine. An vero iniuriam passus possit petere æstimationem damni sibi imminentis causa cica-
10 tricis, † quæ ex vulnere facto faciem deformem effecit, Dic quòd non, si homo liber sit, l. ex hac, ff si quadr. paup. Nisi sit fœmina, Alber. post Iacob Rau. in d. leg. ex hac, & dicitur damnum, diminutio patrimonij, ff. de dam. infec. leg. damnum. Bal. cons. 182. Locata fuit in princ. nu. 2. vers. in hac q. l. 1. Item est deperditio, iam quæsitorum non subiectorum casibus, sed in re præsenti Bal. d cons. 182. num. 4. in fin. versic. secundum vero est damnum.

Comminatio an, & quando sit peccatum mortale, videtur pendere ex prudenti iudicio Confessarij. Cap. 33.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ species quæ.*
2 *Comminatio improperatio diffamatio, & detractio quid.*
3 *Susurro quid, & qualiter differat a detractore.*
4 *Derisio quid, & fit de aliquo defectu, ioco & non serio.*
5 *Est peccatum mortale & tanto grauius quanto maior reuerentia debetur personæ, licet in hoc multum versetur arbitrium Confessoris cum possit esse verum, nu. seq.*
7 *Detractio quod peccatum, requiritur prudens arbitrium Confessoris.*
8 *Contumelia vnde componatur, & propriè consistit in uerbis.*
9 *Contumelia quando dicatur fieri, & quis propriè dicatur contumeliosus.*
10 *Est peccatum mortale, & quare.*
11 *Contumelia ex circunstantijs, quandoque potest fieri veniale, vel nullum peccatum.*
12 *Prælatis etiam causa correctionis abstinendum est à contumelijs.*
13 *Arbitrium Confessarij magnopere versatur circa contumeliam, quod peccatum sit.*

PRo intelligentia notandum est, quod
1 habemus plures † species iniuriæ verbalis, vt est contumelia, conuitium, comminatio, improperatio, infamatio, derisio, seu elusio, maledictio, seu blasphemia. Et vt incipiamus à criminatione. Sciendum est, quòd criminator propriè dici-
2 tur, † qui crimina aliis imponit, accusando, denuntiando, vel publicè conuitiando, ad quod vide quod tradit. Spec. & Io. Andr. tit. de accusat. Verbo sed pone. Improperatio vero est falsum conuitium de aliquo in aperto contra aliquem dicere, text. est, & ibi notat Io. Andr. in c. 1. extra de his, qui fili. occide. Vbi Maria. Socc. At diffamare est coram vulgo, vel iudice, aut coram pluribus alicuius famæ detrahere, vel aliquod conuitium ad alterius famæ denigrationem proferre, vt probatur in l. Item apud Labeonem §. ex his. ff. eod. Detractio est indebita pronũtiatio de aliquo ad alicuius famæ denigrationem, 6. q. 1. c. ex merito, 11. q. 3. c. non solum. Susurratio
3 propriè † fit in occulto, vt quando quis occultè dicit malum de proximo. Et differt susurro a detractore, quia susurro intendit amicitiam separare, vnde susurro talia profert mala de proximo, quę possunt contra ipsum audientis animum mouere, iuxta illud. Eccles. c. 28. Vir peccator idest susurro conturbabit animos, & in medio pacem habẽtium immittit inimicitiam. Cũ enim amicitia sit inter duos susurro ab vtraque parte amicitiam rumpere nititur, & ideo duabus linguis vtitur ad duos, vni dicens malum de alio, propter quod Eccl. c. 28. dicitur, susurro, & bilinguis maledictus erit, & subditur, Multos enim turbauit pacem habentes. At detractor differt à susurratione, quia quò ad finem intendit denigrare famam proximi. Derisio verò est alia species iniurię verbalis, & idẽ est,
4 quòd delusio, † seu subsannatio, & non fit nisi de aliquo malo, seu defectu, & dicitur fieri ludo, & non serio, & ideo differt ab aliis verbalibus iniuriis, quę fiũt serio, nam qui deridet intendit, quòd ille, qui deridetur erubescat. Et hæc derisio secundum D. Thom. q. 74. est peccatum morta-
5 le, † & tantò grauius, quantò maior reuerentia debebatur personæ, quæ illuditur. Vnde grauissimum est irridere Deum, & quæ Dei sunt, iuxta illud Isai. c. 27. Cui exprobrasti? & quem blasphemasti? & super quem exaltasti vocem tuam? & subditur ad sanctum Israel. Deinde secundum locum tenet derisio parentum, vnde dicitur Prouer. c. 30. Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Deinde iustorũ derisio grauis est, quia honor est virtutis præmium, & contra hoc dicitur Iob, cap.
12 Deridetur iusti simplicitas. Quæ quidem

dem derisio, vt plurimum nociua est, quia
per eã homines a bene agendo impediun-
tur, vt ait Gregorius, Arbitror tamen hoc
remittendum esse arbitrio boni viri, scili-
6 cet Confessarii † nam ex quibusdam circũ
stantiis, & ex leui causa posset cõtingere,
quòd derisio nõ esset peccatũ mortale, sed
veniale, imò ẽt nec veniale, sed quandoq;
nullum, puta quia per iocum, aut solatio-
sè fieret, considerando causam, tẽpus, per
sonam, & locum, & sic vbi, quãdo, & qua-
liter, & quãtum fieri deberet. Sic licet de-
tractio sit peccatum mortale, iuxta illud
ad Rom. c. 1. Detractores Deo odibiles, ta
men hoc est intelligendum, quando fit ea
intentione, † vt detrahens famam illius
7 denigret, secus autem, Si hoc non intende
ret, vt puta si verba proferret ad aliquem
bonum finem, vel necessarium seruatis de
bitis circunstantiis, nam licet fama alte-
rius diminuatur, tamen iste non peccaret
mortaliter, Et nec hoc est per se, & forma-
liter detrahere, Sed solum materialiter, &
per accidens, & ita in hoc versatur arbi-
trium Confessarii, An ex leuitate, vel lap-
su lĩguæ absque vlla præmeditatione quis
detraheret, nam tunc diminuenda est pœ
nitentia, vel si ex magno nocendi animo,
& odio, & tunc est augenda. Superest mo-
do, vt omissa blasphemia, de qua diximus
in nostris decis. & in praxi. cas. reser. deue-
niamus ad contumeliam. Contumelia ve
nit à tumeo † vnde componitur à contu-
8 melio, & inde cõtumelia, & propriè est in
verbis, facit quod habetur per Ierem. c. 20.
Dum dicitur. Audiui contumelias in cir-
cuitu, & sic patet, quòd consistit in verbis,
quia verba per auditum accipiuntur, &
dicitur fieri contumelia, cum aliquis id,
9 quod est contra honorem ipsius, † dedu-
cit in ipsius, & aliorum notitiam, Vnde
Papias dixit quòd contumeliosus est, qui
tumet verbis superbis, & contumeliis in-
tendit afficere, increpare, maledicere, in-
uehere, exprobrare, insultare, conuitiari,
& improperare, & abiectare, ac verbis ir-
ruere, sequitur Archid. 2. q. 7. cap. puto Et
10 est peccatum † mortale, nam illud est pec
catum mortale, quòd est contra charita-
tem, charitas vero per quodcunque pecca
tum tollitur, per quòd pax perturbatur, &
amicitia, talis autem est contumelia, ergò
est peccatum mortale, verum quia quan-
doque potest fieri malo fine, & intentione
conuitium, seu contumeliam proferendi,
vt alteri honorem auferat; & tunc est pec-
catum mortale, quia cõtumelia ex ira plu-
rimum nascitur. Iræ nanque finis est vin-
dicta, & quandoque quis potest alicui di-
cere veritate aliquod conuitii, non ani-
mo dehonorandi eum, Sed fortè, vel pro-
pter correctionem, vel aliud simile, nam
11 ex circunstantiis † posset fieri quòd esset
veniale, vel quòd nullum esset peccatum.
Vnde dixit Sotus de iust. & iur. l. 5. q. 9. ar
tic. 2. quòd contumelia potest esse in tri-
plici gradu. Nempè vt sit quandoque vir-
tus, quandoque venialis culpa, & nonnũ-
quam mortalis Etenim cum vel pater, vel
Prælatus, aut maior natu corripiẽdo pro-
bro aliquo vtitur aduersus inferiorem, si
moderamine vtatur, officium præstat, Dũ
autẽ quis conuitium graue per iracundiã
euomit, mortale est, vbi verò nonnullus
est cautelæ defectus, vt plurimum consue
uit esse veniale, ex regula illa quia modi-
cum excusat à mortali, ca. vnum orarium,
§. criminis, distinct. 25. cap. & si quæstio-
nes, extra de simo. vt sepè inter mulieccu-
las contingit, & homines infimæ classis,
qui inuicem se conuitiis consurgunt, vt
in buccam veniunt, quibus perparum so-
let adhiberi fidei, At verò cum tantum fue
rint semper homines honoris tenaces,
12 † consultissimè etiam cuique Prælato ab-
stinendum est a contumeliis, quæ huma-
nos animos amarulentius, quàm corpo-
ralia vulnera exulcerant. Atque adeò per
parum solent ad correctionem conferre:
Hinc Augustinus in lib. de serm. Domini
in monte admonet, quòd rarò sunt huius-
modi amarulentæ obiurgationes adhibẽ-
dæ. Sic nullum esset peccatum, quando
contumelia fieret non causa dehonoran-
di, sed fortè delectationis, vel ioci causa,
qu s alicui diceret leue conuitiũ nõ ad cõ
tristationẽ, nã tũc potius esset actus alicu-
ius virtutis, s. eutrapelię, ad quã pertinet
bene conuitiari secũdum Philosophũ 4.
Ethicorum. Dũmodo seruentur debitę cir
cunstãtiæ, nã tale materialiter, sed nõ for-
maliter dicetur conuitiũ, unde propriori
voca-

vocabulo potius vocatur festiuitas. Iucunditas, comitas, & vrbanitas, Hinc propter talia verba non competit actio iniuriarum, l. si non conuitii. C. de iniur. l. illud, ff, eod. & ita ex his circunstantiis po-
13 terit † Confessarius arbitrari, quando cõtumelia sit peccatum mortale.

Super incestu, causæ quæ ad dispensandum, videntur arbitrariæ. Cap. 34.

SVMMARIVM.

1 *Incestus inter quas personas contrahatur, nu. 7.*

2 *Committitur cognoscendo carnaliter monialem.*

3 *Et etiam quando coitus sodomitici fiunt inter masculos. An sit exprimendus non solum coitus, sed etiam quia fuerit cum patre, num. seq.*

5 *Vxoratus sodomiam perpetrans an duo peccata committat.*

6 *Incestus an committatur si mulier habet rem Veneream cum clerico in sacris.*

8 *Incestuosus an dicatur cognoscens mulierem in quinto gradu coniunctam.*

10 *Dispensatio super incestum ad quem spectet.*

11 *Episcopus potest in casu dispensare in impedimento irritante circa matrimoniũ, idem de legato à latere, & quando de Vicario Episcopi, num. 9. & 7.*

12 *Papa ex tacita commissione videtur dispensare, vt prouideat scandalis, & cõscientijs subditorum.*

13 *Causæ, ob quas possit peti dispensatio super incestu.*

14 *Episcopus potest, & debet dispensare super incestu ad finem, vt possit incestuosus exigere debitum.*

15 *Dispensatio super incestu cum socru, vel sorore coniugis venditur spectare ad Papam.*

16 *Dispensatio quando necessaria, vel non videtur remittenda arbitrio Confessarij.*

DE materia incestus latè per nos in 1. par. decis. lib. 2. cap. 80. & in praxi ta suum referu. sed modo notandum est primo quod dispensatio, vt legitima sit, quatuor requirit, necessitatem, vtilitatem, honestatem, & congruitatem, vt post D. Bonauent. scribit Card. Turrecr. in c. recurret, num. 7. 32. quæst. 4. quare concedi debet omninò cum causæ cognitione, alio-
1 quin non dispensatio, Sed dissipatio appellari poterit, ita communiter Doctores in cap. 1. extra de voto, Abb. in c. significasti, extra de elect. Secundo notandum est, quòd incestus committitur inter personas sanguine coniunctas, vt si quis propriam consanguineam cognouerit, Barbat. consil. 23. lib. 2. vnde Boer. decis. 318. dat exemplum de eo, qui propriam filiam cognouit cuius pœna in foro exteriori est pœna mortis Idem Boer. in princ. qui etiã dicit hoc extendendum in filio cognoscente matrem, vel nouercam, vel fratre carnaliter cognoscente sororem. committitur etiam incestus, quando aliquis carna-
2 liter cognosceret monialem, † & est communis opinio Clar. in §. fi. in §. incestus in princ. vers. sed nunquid, 17. q. 1 ca. impudicas, & cap. virginibus, vbi ait glosa, quòd per hanc sacrilegam coniunctionẽ, committitur non solum sacrilegium, sed etiam incestus. & adulterium. Incestus quidem, quia sponsa Dei est, qui est pater noster, 22. q. 2 cap. qui abstulerit, & incestus committitur cum affinibus, & cõsanguineis, Item commititur adulterium spirituale, quia spõsam alienam corrumpit: Est etiam incestus quando coitus sodomi-
3 ti fiunt inter † masculos in primo, & secundo gradu, vel coit masculus cum masculo sodomiam perpetrans, & masculus est cognatus, nam licet non sit incestus quantum ad matrimonium contrahendũ impediẽdum, aut dirimendum, & ita intelligitur Caiet. 2. 2. q. 154. art. 11. tamen sodomiæ incestuosæ rectè dicuntur, quoniam sunt perpetratę contra pietatem debitam cognatis, & quoniam sunt abusi luxuriosi inter cognatos, quare cũ habeant specialem deformitatem, & malitiam præter malitiam sodomiticam est exprimen-
4 dum † in confessione non solum quòd fuerit per-

rit perpetratum peccatum sodomiticum,
sed quòd fuerit etiam cum fratre in pri-
mo, & secundo gradu, vel cum cognato,
vel cum cognata. Imò coitus sodomitici
inter masculos, qui sunt cognati inter ter-
tium, vel quartum gradum consanguini-
tatis, etiam habent specialem deformita-
tem, & malitiam præter sodomiticam, nã
sunt sodomiæ, quia sunt inter masculos
incestuosi, si quidem, quia sunt contra pie
tatem debitam iure naturali istis consan-
guineis, & hoc arbitrabitur valdè proba-
bile Azor. in 3. par. lib. 3. c. 18. 3. 4. & 5. q.
qui etiam q 7. idem dicit de vxorato sodo
5 miam perpetrante nam † duo peccata cõ-
mittit adulterium, cum sit vxoratus, & so-
domiam. Incestus etiam committitur, si
mulier habet rem carnalem cum clerico
6 † in sacris constituto, vel religioso vnde
oportet non solum exprimere se fornica-
tionem commisisse, sed carnalem habuis-
se copulam cum clerico in sacris, & hanc
dicit communem Clarus in d. §. incestus
in princ. vers. Sed nunquid licet. Tandè
cõmittitur incestus inter eos, inter quos
7 † non potest esse matrimonium ratione
impedimenti consanguinitatis, vt si quis
habuisset rem cum consanguineis pro-
priis, vel affinibus, vt si secuta esset copu-
la carnalis perfecta cum consanguineis
vxoris vsque ad quartum gradum, facit
tex. in l. fin. ff. de ritu nupt. Nam affinitas
habet eosdem gradus, quos habet consan
guinitas, ideo quoto gradu consanguini-
tatis quis coniũgitur vxori meæ, eodem
gradu affinitatis coniungitur mihi. Alex.
consil. 229 ponderatis, nu. 3. vers. Quod
autem lib. 6. Hic autem incestus contra-
hitur vsque ad quartum gradum, Sed si
affinitas contrahitur per actum fornica-
rium tunc contrahitur vsque ad secundũ
gradum, vt habetur ex Concil. Trid. sess.
24. de reform. cap. 4. Hinc sequitur quòd
qui fornicariè cognosceret aliquam mu-
lierem, etiam de sua progenie, quæ dista-
8 ret à se in quinto, † non diceretur ince-
stuosus, vnde ea in coniugem mortua vxo
re absq; dispensatione accipere posset. Et
nec incestuosus esset, qui distaret in quar
to ex vna parte, & in quinto ex alia parte,
vnde nec in hoc opus esset dispensatione,
si quidem standum est remotiori perso-
næ, vt dixit tex. in cap si de consang. & af-
finit. Quanta autem sit huius peccati gra-
uitas facile constat ex his, quæ dixit Say-
rus in Thesauro casu conscien. in claui
Regia lib. 8. c. 4. nu 8. & inter cætera est
quòd aut crimen istud sequitur matrimo
nium, aut præcedit. Si sequitur, tunc non
dirimit matrimonium, sed interdicit peti
9 tionem debiti, quo casu communis est om
nium sententia posse Episcopum, Imò de-
bere dispensare, vt debitum peti possit, At
si crimen incestus præcesserit, impedit ma
trimonium contrahendum, & dirimit cõ
tractum, & tunc dispensatio ad solum Ro
manum Pontificem spectat vnde quod di
xit Boer. decis. 318. num. 5. quòd si vir co-
gnosceret carnaliter sororem, aut aliam
consanguineam suæ vxoris ante contra-
ctum matrimonium, & postea contrahe-
ret, non tenetur pœna adulterii, nec ince-
stus, tamen contrahitur affinitas, ita quòd
impediatur contrahi matrimonium c. di-
scretionem de eo, qui cogn. consang. vxo.
suæ, & contractum est dirimendum, cap.
sponsam, vbi Doct. & expressè Abb eo. tit.
& ita dispensatio, aut pertinet ad Papam,
aut ad Episcopum, In vno tamen casu pos
set Episcopus dispensare in impedimento
10 † irritante circa matrimonium, si modo
quatuor concurrant, vt matrimonium
fuerit contractum in facie ecclesiæ, hoc
est coram Parocho, & duobus, vel tribus
testibus, & inter ipsos incestuosos inter-
cesserit copula, item quòd impedimentũ
sit occultum, & vt dixi, matrimonium pu
blicum, & ad Papam non possit haberi re
cursus (verbi gratia) propter paupertta-
tem, vel aliam causam determinandam in
foro conscientiæ a suo Confessario, & ap-
probandam ab Episcopo suo, facit text. in
cap. quamuis, extra de senten. excommu.
atque separatio absque graui scandalo fie
ri nequeat illorum, qui de facto contraxe
runt, sicut sæpè accidit in mulieribus co-
gnitis à cõsanguineis viri, antequam ma-
trimonium contrahatur, Nam tunc vi-
detur ex tacita commissione Papæ posse
11 dispensare, vt prouideat scandalis, & con
scientijs subditorum in occulto foro con-
scientiæ, His quatuor concurrentibus po-
test fieri

test fieri dispensatio etiam in gradibus
11 prohibitis † a legato à latere, vel Episcopo cum suis subditis, Syluestr. in verbo dispensatio, q. 9. Tabien. Armilla, & Nauar. quos refert Francisc. Toletus lib. 7. de instr. sacerdotum, capit. 17. §. dico. Etenim quamuis Episcopus nequeat contra Canones vel concilia dispensare, potest tamen in casu vrgentis necessitatis, quando aditus ad ipsum Romanum Pontificem non patet, ita Panorm. in cap. at si clerici,
13 §. extra de iudic. Quod idem extēde mea sententia in Vicario generali Episcopi, quando Episcopus facultatem dedisset generalem, adiecto in dicta licentia generali, vt possit etiam exercere aliquod de illis, quæ requirūnt speciale mandatum, (v.g.) vt possit punire, & inquirere, beneficia conferre, & dispensare cum clausula generali, vt possit omnia facere, quæ per nos possumus, cum libera, & plena facultate, etiam si mandatum exigant speciale, quia tunc omnia grauia, & specialia poterit, Ita Host. per illum tex. in cap. significasti, extra de offic. Archid. per cap. sedes, extra de rescript. glosa in capit. 2. in fine, nu. 6. expressè, vbi Gemin. de offic. vicar. lib. 6. vel quando Episcopus in actu occurrenti hoc committeret suo vicario generali, facit tex. in cap. fin. extra de offic. ord. Verumtamen causæ, ob quas possit peti
14 dispensatio, videntur esse paupertas, † ob quam non possit adiri, vel mitti ad Summum Pontificem, facit tex. in capit. quod de his, extra de sent. excomm. vbi excommunicatus non cogitur ob paupertatem adire Summum Pontificem pro absolutione. Vel iuuentus, vel si eundo pateretur magnum dispendium pro sua familia, & non haberet pro eo Romæ procuratorem, & nec aliud medium pro illa impetranda, vel alia similis arbitrio Confessarii decernenda, & consulenda pœnitenti, qui indiget dispensatione, Et hæc quò ad impedimentum dirimens matrimonium; quia circa impedimentum impediens exactionem debiti communis est
15 opinio posse, & debere Episcopum dispēsare ad finem, vt maritus valeat debitum exigere ab vxore. Quapropter quando pœnitens hoc confitetur, prudens Confessarius interroget, modo non possit haberi notitia de persona quod de facili cōtingeret, incestum penitentem commisisse cum sorore coniugis, vel cū socru, quia
16 tunc si possibilis esset † accessus ad Papā, ad illum esset res secreto deferenda, secundum Sotum in 4. sent. dist. 37. q. vnica artic. 2. versic. debet autem, An scienter, vel ignoranter, quia si scienter, tunc ipso iure est excommunicatus, clemen. 1. de consang. & affin. a qua excommunicatione per Episcopum absolui potest glosa in d. clem. 1. verbo obtinere, & requiritur dispensatio, ad finem, vt possit contrahi matrimonium, Quod secus est, si ignoranter, quia excusabitur ab incestus pœna, vt dixit Bald. nouel. de dote in 1. par. 11. par. princip. nu. 8. Iulius Clarus in §. incestus, versic. excusatur. Item an bona fide solemnitatibus adhibitis, quibus consideratis videat si necessaria est dispensatio,
17 vel † non, & quando necessaria est, rationabilis causa est fragilitas, quia iuuenis est, & timet incontinentiam, & hoc tam ex parte viri, quàm mulieris, vel alia similis arbitrio Confessarii decernenda.

Interesse vt tuta conscientia possit peti, prudens requiritur arbitrium Confessarij. Cap. 35.

SVMMARIVM.

1 *Interesse lucri cessantis regulariter debetur.*

2 *Interesse lucri cessantis, vt licitè percipi possit, multæ requiruntur conditiones.*

3 *Interesse quantum debeatur creditori.*

4 *Creditor debet verè habere pecuniam illam expositam negotiationi.*

5 *Debet principaliter moueri ad mutuandum, vt subueniat proximo indigenti.*

6 *Quod non fecerit pactum cum scandalo pusillorum, quia peccat mortaliter.*

7 *Cautela ad tollendum huiusmodi scandalum.*

8 *Interesse vt possit peti, debet debitor admoneri de interesse, & admonitus contentetur.*

9 De-

9 *Debitor non debet esse in extrema necessitate, quia sic esset præceptum.*
10 *Interesse debet esse iustum æstimatum arbitrio boni viri.*
11 *Confessarius aliter se gerere debet cum tali contractu facto, & aliter faciendo.*
12 *Creditor recipiens debitum principale dicitur remittere interesse.*

1 LIcet regulariter interesse lucri † cessãtis debeatur, Felyn. in cap cum venerabilis de excep. versi. dum dicit vbi ponit quatuor declarationes, quas vide, Dec. cons. 321. circa fin. Bal cons. 182. nu. 4. lib. 1. Crauet cons. 320. in fi tamen multæ
2 † conditiones necessariæ sunt, & Primo oportet, vt lucrum cessans possit peti, vt tempore initi contractus verbi gratia mutui (mutans solitus fuerit negotiari, & multa lucrari, exemplum in mercatore. Secundo requiritur, quòd lucrum verè, & realiter, non autem fictè, & simulatè cessauerit, ita Decius in c. cum venerabilis, nu. 14. propè finem, versic. & hoc intelligitur de except Hoc est quòd mercator, nisi pecuniam mutuasset, non tenuisset illam ociosam, sed verè ad negotiandum exposuisset Innocent. in capitul. sacro de sentent. excomm. Abb. in dict. cap. cum venerabilis, Bartol. in leg. 3. §. fi. per illum tex. ff. de eo, quod cer. loco Alex consi. 19. Visa scriptura, libr 2. Tertio requiritur, quòd lucrum cessans sit in potentia proxima, & probabili, & si non omninò certa, vt putà quòd mutuãs habuerit præ manibus eiusmodi merces, quibus emptis verisimiliter tantum lucratus fuisset, & quòd emere non potuit, prædia, vel tantum lucrari, quia pecuniam mutuauit, Iason post alios in d. l. 3 §. fin. Vnde tunc debitor debet da
3 re creditor quinque pro centenario, † pro vt fructus prædij fructuassent Anchar. cons. 150. in quæstione. Alex. consi. 31. & consi. 200. lib. 6. Imo in foro conscientiæ, ac etiam exteriori excedere posset ad quãcunq. summam, quam licitè potuisset lucrari, Alex. qui supra, & cons. 141. Iason in d. § fin. Secus verò si lucrum fuisset incertum, cum non sit bona consequentia cretor consueuit negotiari, & lucrari aliquando, ergo si habuisset pecuniam illam, fuisset lucratus, quia possibile est quod non, cũ multa possent euenire contraria. Quarto requiritur, quòd verè ipsum lucrum cessauerit ratione, & causa ipsius mutui, & non aliundè. Ita Salyc. in auth. ad hęc. nu. 24. versi. & intelligit. C. de vsur. Natta cõs. 370. nu. 6. l. 2. Exẽplum, vt si mutuans habeat aliam pecuniam, quam mutuo dare potest, vel negotiationi exponere, & tamẽ eam tenet ociosam in arca, quod etiã procedit in foro exteriori, Nam, & si non ita facilè probari possit à mutuatario, attamẽ, & coniecturis, & testibus domesticis vitiũ hoc aliquando detegitur. Quinto requiritur, quòd mutuãs non exigat totum, & integrum lucrum cessans ex pecunia mutuo data, sed quotam aliquam iudicio prudentis, & periti in arte sua, & Confessarii consideratis laboribus, periculis, & expensis, quas passus fuisset mutuans, & fecisset, si ipsemet negotiatus fuisset cum pecunia, Salyc. in d. auth ad hæc num. 24. Couart. l. 3. var resol. c. 4 num. 5. Natta d. cons. 370. nu. 6. Sexto quòd debitor interpellatur à creditore in fine anni fuerit in mora, non soluendi pecuniam, quam si habuisset, emisset merces, & verisimiliter superlucratus fuisset; nam tunc his concurrentibus non solum posset petere in foro exteriori interesse lucri cessantis, sed etiam interesse: (verbi gratia) mutuauit centum, non solum potest petere in fine anni decem pro interesse, quos verisimiliter demptis laboribus, & periculis lucratus fuisset, sed etiam interesse, hoc est pro secundo anno 121 & sic de singulis, & illos potest retinere in conscientia, vt dixit Reuerendus Admodum Alfonsus Villagut in tractatu de vsur. quæst. 18. numer. 34. Quibus sic stantibus interesse lucri cessantis tuta conscientia exigi potest, vnde vt prudenter diffinire valeat Confessarius, an illud peti possit, debet creditorem penitentem interrogare, an pecuniam mutuatam re vera negotiationi exponere firmiter decreuerit, Quod si rñderit, † quòd verè habebat pecuniã illã expo 4
sitã industriæ, & negotiationi, iuxta tex. in

l. 3.

l.3 § fi. ff. de eo, quod certo loco. Afflictus decis. 29. Sotus de iust. & iur. lib 6. q. 1. artic. 3. & tunc res benè se habet, aliàs secus, vt si fortè haberet duo millia parata ad emptiones censuum, & duo millia alia reposita in arca ociosè cũ animo, quòd nolebat negotiari, & ille hæc duo millia mutuaret, & peteret interesse, quia tunc esset vsura contra illud. Mutuum date, nihil inde sperãtes, Iterum interroget causam, quare fuerit motus ad mutuãdum. Quod si responderit se principaliter fuisse motum, vt subueniat proximo indigenti,
5 † nam ipse mallet pecuniam suam exponere negotiationi, vel si dixit se habuisse animum indifferenter, quia animus suus non magis declinabat ad mutuum dandum cum certo lucro, quàm ad negotiandum cum lucro incerto, & tunc hoc etiã sufficit, vt optimè dixit Med. C. de rest. tit. de vsur. q. 3. concl. 3. Caiet. ad D. Thom. 2.2 q. 78 art. 2. Ad primum. Rursus interroget, An fecerit pactum de lucro certo
6 † cum scandalo pusillorum, quod facile contingere posset, quando creditor iste siue mutuans, qui ex charitate motus fuit ad mutuandum pecuniam expositam negotiationi, aliàs fuisset solitus ad fœnerandum sub vsuris, de hoc vide Afflictum, qui supra Symonem consil. 189. Quod si dixerit nullum fuisse scandalum, quia debitor obligauit se pœnes acta curiæ restituere sortem cum lucro, quam habuit à ta
7 li, † qui motus fuit ad mutuandum solum ex charitate, nam ipse mallet illam pecuniam exponere negotiationi. Rursus interroget, an debitor fuerit admonitus de
8 tali interesse, † & admonitus voluit accipere cum illo onere, Sotus lib. 6. q. 1. ar. 3. Couar. lib 3. variar. resol. cap. 4. Quod si responderit affirmatiue, iterum interro-
9 get, an debitor erat in extrema † necessitate, ita quòd erat [illegible] ceptum, & non consilium mutuare, [illegible] od si dixerit quòd nõ, nam tũc potest exigi interesse, vt dixit Afflictus qui supra, Aliàs exigi non potest, Archiep. Florent. par. 2. tit. 1. art. 7. cap. 11. Iterum interroget an dictũ interesse fue-
10 rit iustum, hoc est æstimatum † arbitrio boni viri, non quantum est in re, sed quãtum est in spe, Sotus de iust. & iur. q. 1. artic. 3. in fine, habendo respectum ad pericula, labores, & expensas, quas verisimiliter passurus esset negotiator, quia lucrum intelligitur deductis laboribus, expensis, & periculis, l. 1. C. de fruct. & lit. expen. l. fructus, ff. solut. matrim. Quod si dixerit fuisse iustum, & tunc poterit arbitrari licitè posse interesse percipi. Verum si pœnitens peteret consilium à Confessario,
11 An talis contractus mutui † cum pacto percipiendi tot pro centenario, habens rationem ad lucrum cessans, possit fieri, consulere deberet Confessor, vt à tali contractu abstineat, cum multæ conditiones requirantur, licet ex post facto seruatis prædictis conditionibus non sint contrahentes damnandi, & nec teneantur ad aliquã restitutionem, Ita dixit Archiep. Florent. 2. par. tit. 1 cap. 7. § 13. Nauar. de vsur. ca. 13. An vero creditor recipiens debitum principale nulla facta mentione de interesse, dicatur illud remisisse, Bald. in l. 4. C. depositi dixit, quòd sic. Ita etiam & pœnam, l. vl. in fi. ff. de eo, quod cer. lo co. Iason, & Dec. in l. vinum, num. 3. ff. si cer. pet. & in l. creditore. C. de pact.

Iudex ex quibus causis possit recusari, videtur arbitrarium. Cap. 36.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas an sit iusta causa, vt iudex allegetur suspectus.*
2 *Consanguinitas vsque ad quartum gradum extendatur.*
3 *Iudex quando est æqualiter consanguineus vtrique parti, non potest allegari vt suspectus.*
4 *Consanguinei quare recusentur ratio apponitur.*
5 *Familiaritas quando sit iusta causa recusandi, & quid de domesticis, nu. seq. commensalibus, nu. 8.*
7 *Oriundus iudex quando recusari potest.*
9 *Iudex sit cautus ne aliqua pars aliquid sibi dicat ad aures, quia potest allegari suspectus.*

10 Cau-

10 *Causæ, quæ sint sufficientes allegandi iudicem suspectum sunt arbitrariæ.*
11 *Suspitio allegata quid operetur.*
12 *Suspitio vt allegetur debet habere causam legitimam.*

SI fortè esset interrogatus Confessarius à pęnitente, An possit allegare suum iudicem suspectum ex eo, quia est consanguineus parti litiganti, vel familiaris, aut domesticus, vel oriundus, aut aduocatus.
Respondeat Confessarius consanguinitatem,† esse iustam causam, vt quis possit al-
1 legari suspectus in causa, vt notatur in ca. postremo, extra de appellat. Vbi glosa dicit, quòd intelligitur quis consanguineus
2 vsque ad illum gradum,† in quo quis succederet alijs deficientibus, Idem tenet ibi Host. licet Io. Andreas distinguat, quòd aut sunt consanguinei de vna domo, & stirpe masculina, aut non, & secundum hoc potest quis allegari suspectus, vel nō: nam cum suspicionem pariat affectio, & maior affectio experiatur in consanguineis lineæ masculinæ, quàm fęmininæ, & maximè in Tuscia, vbi vendicantur offensæ eorum super eos, qui sunt de tali stirpe etiam vltra septimum gradum, & sic inimicitia oritur propter offensam eis illatam, quod non ita est in linea fœminina, & ita vult Io. Andr. quòd si iudex est consanguineus ex stirpe masculina, quòd poterit recusari etiam vltra septimū gradum, quod secus esset, si consanguinitas esset ex parte fœminina, & hoc stante hac consuetudine, ergo non stante hac consuetudine videtur esse standum opinioni glosæ in d. c. postremo de appellat. Sed quia non semper consanguinitas est iusta causa recusandi, ideo prudens, & doctus Confessarius interrogare debet pœnitentem, qui vult allegare iudicem suspectū,
3 An iudex sit æqualiter cōsanguineus † vtriusque partis litigantis, nam tunc non potest recusari, quia paris affectionis causa remouet suspitionem, l. non solum, §. de vno ff. de ritu nup. Quod idem dicendū est de teste, quia vtrique coniunctus ad testimonium admittitur, vt habetur in cap. delicto, extra de test. nisi altera pars esset propinquior, etenim tunc maior affectio pręsumitur in illum, qui est propinquior, facit tex. in l. ita, §. fin. ff. de leg. 2. vbi proximior in gradu videtur prius vocatus ad fideicommissum. Quod si pęnitens dixerit iudicem esse solum consanguineum sui aduersarij, tunc interroget, an iudex sit persona valdè religiosa, & timens Deum, quod si dixerit, sic, tunc non est iusta causa consanguinitas, nam ratio, quare con-
4 sanguinei recusentur, vt suspecti, est præsumpta affectio, vnde in persona religiosa cessat suspitio, quòd affectionē deposuit, Ita Specul. de senten. & re iudic. §. superesset, & §. si non. Et ita an consanguinitas sit rationabilis causa ad recusandum, videtur hoc remittendum arbitrio boni viri Confessarij in iudicio animæ. Et quod diximus de consanguinitate, Idem dicendum est de familiaritate, Enimuero, tunc interrogandus est pœnitens, an sit magna
5 familiaritas, vel leuis, † & modica, quia prima sufficit, secunda secus, vt per glosam in capit. insinuante, extra de offic. de leg. & Abbas in ca. declarat. Et ideo ad recusandum iudicem, non sufficit simpliciter allegare familiaritatem alterius partis, sed qualitas familiaritatis exprimi debet, vt tradit Alex. in consil. 154. viso themate col. 4. in prin. lib. 4. Et quod dicitur de familiaribus, idem est dicendum de do-
6 mesticis,† quia familiaris, & domesticus Synonima sunt, & idem important, vt latè. Abbas in capit. cum dilectus, not. 2. de cler. non resid. Francis. Aret. consil. 13. Viso diligenter, num. 14. & 15. vers. Venio nunc ad quartum iuncto nume. 17. Vbi etiam dicit, quòd domesticus dicitur is, qui habitat in domo alterius, & viuit expēsis illius, quod extēdit Io. de Imola cōs. 103. n. 2. ad eum, qui habitat in domo mea licet Bald. in l. 2. C. de test. & Fely. in ca in litteris eo. tit. dicant quòd propriè domesticus dicitur qui subest, vel ratione patrię potestatis, vel dominicæ, & qui habitat cū aliquo, vel aliquo modo sunt subiecti, vt mercenarii, vel similes. Interroget etiam an iudex sit oriundus de loco aduersarij,
7 † quia hæc iusta est causa recusationis, iuxta tex. in cap. accedens. 2. extra vt lite non contest. quod intellige in duobus ceue

ulius

uibus, qui consueuerunt se vt fratres diligere, quando sunt in remotis partibus, ita dixit Imola in d.cap. accedens, num 9. Sic iusta est causa, quando pars aduersa est cō
8 mensalis iudicis, † Item, quando iudex est nimis fauorabilis parti, d cap accedens, Vnde dixit Do. Anto in capit. insinuante, extra de appellat quod si iudex nimis faueret parti propter Aduocatum, qui erat commensalis ipsius iudicis, nam poterit recusari, Item quando aliquid pars aduer
9 sa occultè dixit iudici in aurem, † quia ex hoc redditur suspectus, vnde dixit Specu. in tit de posit. §.7. quòd cauere debet iudex ne in occulto aliquam partē audiat, Do. Ant. in d.cap. accedens vt si iudex, qui vult allegari suspectus iterum iudicauerit dictam causam, nā tunc si iterum cognoscere, & iudicare vellet, suspectus verè dici posset, ita probat text. in capit. accepta, vbi Abb. & Præpos. de appellat. quia tunc omninò est, quòd ipse iudex conabitur tueri à se factum siue bene, siue male, nam si vera est sententia, Ioan. Andr. Abbat. & aliorum in c. irrefragabili, §. excessus de offic. ordin. & Iason in l. apertissimi, nu. 9. C. de iudic. iudicem, vt suspectum posse recusari ob id, quod iam aperuit animi sui opinionem, quid dicendum de eo, qui sententiam tulit. Sic iusta causa est suspitionis, si iudex non mediocriter iniuria affecerit illum, qui vult eum allegare suspectum, nam tunc certi iuris est, iudicem illum posse dici suspectum, qui ipsum recusantem per iniuriam grauauit, Abb. in ca. accedens 2. vt lite non cōtest. facit tex. in l. si quis prouocatione. C. de appell. Canonistę in c. ad hęc, & c. postremo de appell. Et tandē quæ sint iustæ causæ ad recusan-
10 dum † videntur arbitrariæ, Etenim videntur esse omnes causæ similes expressis in iure, vt habetur in ca. legitima, extra de appellat. in 6. Imola in d. cap. postremo, num 4. eo. tit. Et nota, quòd proposita re-
11 cusatione, & suspitione iudicis † quando causa est legitima, statim ligatæ sunt manus iudicis recusati, ita vt si procedat, gesta per eum sunt nulla, Castr. consil. 231. Visis actis nu. 1. versic. primo quia lib. 1. in cap. suspitione de offic. deleg. leg. Mandos. in addit. ad Lapum allegat. 1. in 1. additione, qui attestatus est hanc esse magis communem opinionem, Idem nouissime attestatur, Rubertus Lancellotus in trac. de attentatis par. 2. cap. 6. nu. 4. Quod eo magis, procedit, quando à non admissa recusatione fuerit appellatum, sicuti post Lapum d alleg. 1. col. 2. dixit Franchus in cap. cum speciali in fi. de appell. Item vt iudex possit allegari suspectus, debet expri-
12 mi causa legitima, vt patet de iudice ordinario, qui de iure canonico potest allegari suspectus, existente vt dixi causa legitima, cap cum speciali, vbi Abb. in 4. not. de appell.

Ludus an semper peccatum mortale, videtur arbitrarium. Cap. 37.

SVMMARIVM.

1 *Ludi species sunt multiplices.*
2 *Ludere principaliter ob pecuniam lucrandam quādo peccatum veniale, sed mortale, quando in ludo vtitur verbis turpibus, & factis.*
3 *Arbitrarium videtur, quando ludus sit peccatum, vel non peccatum.*
4 *Vouens non ludere, An teneatur abstinere ab omni specie ludi.*
5 *Modicum aliquod est diuiti quod est multum pauperi.*

PLures sunt species ludi, vt ludus taxil
1 lorum, & † hic est prohibitus, & quare, vide Archid. in c. Episcopus, distin. 35. Old. cons. 80. in fine, cuius pœna est in foro conscientiæ, quòd vincens in ludo reprobato, tenetur restituere perdenti, communem dicit Clarus in verbo Ludus nu. 7. Quod intellige, modo consuetudo non admittat ludum prohibitum. Clarus qui supra. De consilio tamen tutius, & melius est, vt detur pauperibus verum siue sit consuetudo, siue non, nam tenetur restituere, nisi fuerit per sententiam condemnatus, Alex. de Ales 4. p. q. 33. memb. 2. ar. 5. Gabr. in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. conclus. 2. Sotus lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 2. Sylu. num. 7. q. 13. & ista opinio est verior, & in praxi

in praxi sequenda: Non tamen est peccatum mortale, quamuis ius ciuile commune huiusmodi lucrum prohibens fuerit vsu receptum, dixit Nauar. cap. 20. nu. 3. & seq. quia huiusmodi leges potius prohibēt assiduitatem, & frequentiam ludi, quam vsum eius. Quod etiam procedit in clerico. s. in sacris ordinibus constituto, vel habēte beneficium ecclesiasticum, qui si bis, vel ter in anno ludat alea, nō peccat mortaliter, nam leges canonicæ in cap. clerici de vita, & honest. cleric. & cap. inter dilectos de excess. prælat. & cap. 1 dist. 35. significant assiduitatem, & frequentiam actus, modo ludatur in loco secreto, & absque scandalo aliorum. Sunt & alij ludi, qui vocantur scommissæ, & isti sunt liciti, quia contractus, qui periculo fortunæ subijciuntur, sunt permissi, secundum cōmunem Clarus d. §. ludus num. 3. versic. quæro etiam. Sic ludus scachorum licitus est etiam clericis, quia ibi solum ingeniū versatur. Clarus, qui supra nu. 3. versic. Quæro nunquid. Sic pilæ ludus est antiquissimus, & permissus Ange. cons. 397. Quidam puer. Ludus tamen niuis, quia consueuit parere rixas, cum sit ludus noxius, est prohibitus saltem clericis, ideo clericus percutiens clericum cum sanguinis effusione in ludo niuis incidit in canonem Calder. cons. 7. de sent. excomm. Item quandoque ludus non fit animo, & cupiditate lucrandi, sed causa effugandi tædium, vel tristitiam, & talis ludus, qui fit animi leuandi causa, dicitur virtuosus, seu actus virtutis eutrapeliæ, & recreationis honestæ, & nullum est peccatū. Quandoque ludus peccatū est veniale, vt quan
1 do quis ludit propter pecuniam lucrandam consumando etiam propter hoc to-
2 tum diem, non tamen omissa missa de pręcepto, & talis ludus dicitur propter auaritiam, & est contra proprietatem ludi, cū finis ludi sit delectatio honesta, & talis ludus secundum Sanct. Thomam non est peccatum mortale, vt ipse dixit, 2. 2. q. 168. artic. 3. Cuius rationem affert. Caiet. ibi Ad secundum circa medium. At nonnunquam ludus est peccatum mortale, vt quā do quis perdendo ludendo solitus est vti verbis turpibus, & factis, quæ ex sui natura sunt peccata mortalia, vt blasphemando, vel imagines sacras deturpando, nam tunc præter peccatum mortale committitur blasphemia hæreticalis, vt dixit Alfonsus de Castro lib. 1. cap. 12. & cap. 1. & 15. in fine de iusta hæret. punit. Sic ludus ratione loci est peccatum mortale, si fiat in loco sacro cum notabili scandalo aliorum, aut si notabilis fiat iniuria, aut irreuerentia loco sacro, aut si notabiliter officia ecclesiastica impediantur, Syluestr. in verbo ludus, q 2. Nauarr. cap. 20. num. 4. Item ratione temporis, quando fit tempore, quo aut sacra omittuntur, quibus quis tenetur ex præcepto interesse, Syluest. qui supra vers. 7. item ratione fraudum, quę in eo contra iustitiam committuntur, vt suffurando chartam, aut signis notando, aut ludit chartis, quas consuetudine optimè noscit, vel si certo scit se in ludi peritia longe superiorem, & simulat se parum nosse. Igitur cum sint diuersæ species ludi, videtur remittendum arbitrio Confessarii ad
3 determinandum quando ludus, † vel nō sit peccatum, vel peccatum veniale, aut mortale. Quod multum hoc confert ad sciendum, si vouens non ludere abstinere teneatur ab omni specie ludi, nam si lu
4 dit prima specie ludi, non venit contra votum, vt si animi leuandi causa luderet ad conuiuium in parua quantitate, quod est arbitrarium, nam aliquid est modicum di
5 uiti, † quod est multum pauperi, facit tex. in cap. & si quæstiones, extra de simo. facit tex. in l. quòd in conuiuio, ff. de aleat. Syluest. in verbo ludus, q. 1. Sic Nauar. in manu. cap. 12. num. 11. dixit quòd non venit contra iuramentum de non ludendo, qui in parua quantitate animi leuādi causa luderet. At si in magna quantitate, & multa bona perderentur, tunc ludus non erit licitus, Imola in cap. clerici de vita, & honest. cleric. Soc. Sen. in cap. plerique de immun. eccles. Verum si luderet secunda specie ludi, quando esset peccatum veniale, tunc dubio procul venit contra votum, vt nos latè affirmauimus, in 1. par. cons. lib. 3. de voto cons. 4. nu. 6.

Maritata an teneatur amasiis restituere quod recepit, videtur aliquando arbitrarium. Cap. 38.

SVMMARIVM.

1 Meretrix recipere mercedem sui corporis potest, & quare fallit, nu. 2.

3 Respublica taxat meretricibus mercedem.

4 Merces debetur non solum ex expressa pactione, sed etiam ex tacita.

5 Mulieribus puellis, aut maritatis ob coitum debetur merces promissa, nisi excessus immodicus esset, nu. seq. arbitrandus iudicio Confessarij.

7 Maritata an teneatur reddere viro mercedem habitam de copia facta sui corporis.

8 Supellex quando sit ampla, remittenda est arbitrio Confessarij.

ET si certum sit meretricem, quæ sui
corporis copiam facit, & multorum
libidini parata est & cuius turpitudo pu-
blicè venialis est, Alex. cons. 99. nu. 10. li.
1 6. mercedem † recipere posse, Ita est com
munis omnium sententia tàm Iuriscon-
sultorum, quàm Canonistarum, & Theo
logorum etenim preciũ, quod datur me-
retrici non est precium peccati, sed est pre
cium locationis, qua meretrix locat suum
corpus in vtilitatem obsequium, & dele-
ctationem alterius, & nec is, qui pretium
dat, peccat, sed emit actum, quo meretrix
ei seruit ad vtilitatem, & voluptatẽ; Qua-
propter non solum datum retineri potest
à meretrice tuta conscientia, sed etiã pro-
mittens pretium ob turpem copulam te-
netur in conscientia soluere subsecuta co
pula, quia non promittitur precium pro
actu, vt malus est, sed pro vsu corporis,
quem fęmina concedit in gratiam, obse-
quium, & vtilitatem permittentis, ita Ca
iet. 2. 2. q. 32. ar. 7. & Couarr. in reg. pecca
tum par. 11. §. 1. nu. 1. & seq. verum quod
diximus meretricem posse retinere merce
2 dem, fallit in † religioso professo, Bal. in l.
dominus seruo, C. de seruo. corr. Palud. in
4. dist. 15. q. 9. ar. 2. concl. 4. Quia si est bo-
num monasterii, nõ potuit dari à religio-
so; si ex bonis aliunde habitis, neque, quo-
niam quicquid acquirit non sibi, sed mo-
nasterio acquirit, Quod idem extende ad
eos, qui donare non possunt, quales sunt
minores, ac pupilli siue curatoris licẽtia.
Sic in foro exteriori potest meretrix pete-
re mercedem, Hinc Respublica non solũ
3 miseras illas fęminas permisit; † sed & pre
cium eis taxat, & qui illis statutum preciũ
non persolueret, posset cogi in foro iudi-
ciali ad illud persoluendum, quod etiam
hoc procederet, qñ coiret absque expressa
conuentione, nam tunc cogendus esset à
iudice lege taciti pacti eidem fęminæ con
sue tam venerei vsus mercedem soluere, &
hoc, quia vsus corporis ad venereũ actũ,
est vendibilis, Quæ quidem ratio cum tã
militet in meretrice publica, quam in fę-
4 mina, q̃ occultè fornicatur, † vt dixit Co-
uar. in reg. peccatum, fit, vt etiam alię, quę
non sunt publicitus expositæ, sed maiori
cum verecundia sui copiam faciunt, pos-
sint multo iustius recipere precium, quip
pe quæ ob maiorem honestatẽ pluris sunt
æstimandæ, quod idem dic de puellis, aut
maritatis, quæ semel, aut bis fuerunt col-
5 lapsæ, nam quamuis lege possint agi con-
tra illos, aut de stupro, aut de adulterio,
& in iudicio non possint audiri, si promis
sam sibi mercedem peterẽt, nihilominus,
& illis quoque liceret precium recipere,
tenebiturque in foro conscientiæ qui illis
promisit soluere, Ita Sotus, Couarruuias,
Adrianus Cordubensis, & Nauar. quia li
cet per leges non concedatur actio, non
tamen leges impediunt dati precij acqui-
6 sitionem, nisi excessus † iustæ æstimatio-
nis pro ratione personarum immodicus
esset æstimandus, atque arbitrandus arbi-
trio Confessarii. Sic an maritata teneatur
7 pretium reddere viro, si id saluo suo † pu-
dore posset, & filia patri. Respõdetur pos-
se clam marito, & filia clam patre illa in
suos vsus vertere, nisi amplam suppellecti
lem illa via acquisiuisset, quæ idcirco in
vsum mariti venire deberet, vt diximus
nos in 1. p. decis. lib. 2. c. 124. nu. 9. Hæc au
tem suppellex, quando sit ampla, videtur
remit-

8 remittenda arbitrio Confessarii, Istæ autem mulieres ad restitutionem non tenẽtur, nisi ab eo receperint, qui non erat sui iuris, amplam, scilicet pecuniam, Nam si res esset modica pro qualitate personæ, etiam si a filiofamilias reciperent, retinere possunt, quia præsumitur pater scire, ratasque habere eiusmodi expensas: At quis arbitrabitur rem esse modicam, vel magnam, videtur hoc esse remittendum arbitrio prudentis Confessarii. Vnum tamen est adnotandum, quòd mulieri luxuriosè viuenti potest bonis interdici, l. & mulieri iuncta glosa, ff de curat. furiosi, & in homine furioso dixit idem Bald. in l. ea lege in fin. C. de cond. ob causam.

Metus, quis dicatur cadere in constantem virum; videtur arbitrarium. Cap. 39.

SVMMARIVM.

1 *Metus vnde dicatur, & quid & quotuplex, nu. 2.*
3 *Metus vt excuset, oportet quòd sit probabilis.*
4 *Metus non excusat, si fiat id quod est peccatum.*
5 *Metus incussus à iudice præsumitur durare, donec iurisdictioni præest.*
6 *Metum iustum probandi modus, qualis.*
7 *Veniens cum gladio coram me an possim præuenire illum.*
8 *Statutum cum insultu cum armis, quando habeat locum.*
9 *Bona temporalia sunt alia vita.*
10 *Inimicitia oritur ex spoliatione facta omnium bonorum.*
11 *Preces, vel verba comminatoria an inferant iustum metum.*
12 *Dignitas non excusat à metu, nisi sit tirannica.*
13 *Reuerentia quòd excuset à metu, qualiter intelligatur.*
14 *Excommunicationis timor an sis iusta causa metus.*
15 *Metus quando sit iustus, est arbitrariũ.*
16 *Metus minor dicitur cadere inconstantem mulierem, quàm in virum.*

Metus est passio animi meticulosi corporis instantis periculi, vel futuri mentem comprimens ad trepidandum metu, Ang. cons. 215. Reperitur nu. 2. in fine: vel est instantis, vel futuri periculi mentis trepidatio, vnde metus propriè sumptus distinguitur à vi, quia vis semper est de præsenti, sed metus de futuro Angel. cons. 9. n. 9. & 10. & dicitur metus quasi mentem tenens, quia talis vt fre-
1 quentius aliud ore exprimit, & aliud corde gerit, quod fieri non debet, 24. dist. ca. psalmista, 22. q. 2. c. primum, & est instantis, & futuri periculi cum mentis trepidatione, ff. de his quæ vi, aut me. causa, l. 1. Et hic duplex est, conditionalis, & præcisus, Cald. cons. vnic. qui cler. vel vouen. Conditionalis est, quando comminatur mors sub condirione, si aliquid non fiat, propter quod postea illud fit, & iste metus habet in se voluntatem, licet coactam, 11. q. 1. c. merito, & l. si mulier, §. penul. ff. quod met. causa. Vnde operatur ne actus factus valeat, imò ordinatus per talẽ metum nõ recipit caracterem ordinis, Cald. qui supra in fi. Sed metus præcisus nullam habet voluntatem, exemplum de metu conditionato est, vt si quis gladio euaginato minetur alicui, quòd nisi intret ecclesiam, & audiat missam cum excommunicato, interficiet eum, & propter hoc ille audit missam, nam tunc propter talẽ metum non eximitur à culpa, & pęna, licet culpa alleuietur. Præcisus vero metus, & absolutus est, quando quis inuitus baptizaretur, nam tunc quis à peccato excusatur, Exemplum in ca. presbyteros dist. 50 ca. maiores, extra de baptis. & requiritur, quòd metus præsens sit, licet periculum sit futurum, ff. eo. l. metus, 2. Metus aũt nõ excusaret, nisi sit probabilis, ff. eo. l. metũ,
3 Decis. cõs. 18. n. 3 & seq. l. 1. Vnde sola suspitio metus absq; iusta causa nõ excusat, quia dicitur vanus metus, & vana suspitio. Rom. cons. 332. Quoad primum, & dicitur metus probabilis, quãdo talis est, qui

cadit in constantem virum, extra de spon
sal. cap. veniens, 2. in fin. c. ad audientiam
de his, quæ vi, vt si esset periculum mor-
tis, vel cruciatus corporis, nam tunc excu
sat, si fecit propter dictum metũ id, quod
in se non erat peccatum, aliàs autem pror
sus non excusaretur, cap. sacris eo. tit. & di
4 citur mortis periculum † imminere non
solum durante vibratione gladii, sed etiã
postmodum, si tanta est minantis poten-
tia, vt verisimiliter timeatur mors ex con
tradictione. Hinc matrimonium per vim
contractum probatur, si iuuenis in came
ra repertus in camisia per consanguineos
puellæ armatos; & minantes de interficiẽ
do, nisi desponsaret, quãdo dispẽsatio fuit
facta eadem nocte, quia licet testes non
fuerint præsentes desponsationi, sed me-
tui illato probent matrimonium esse per
metum, licet non constet an ante, vel post
minas sit contractum, Alexand. cons. 156.
viso processu, num. 15 & seq. vers. tamen
satis est libro 5. vbi quòd ordo intellectus
hoc inducit, quia minæ non fiunt post cõ
tractum matrimonium, sed ante. Sic pro-
fessio emissa per metum comminatorium
mortis à Domino ciuitatis illatum mulie
ri existenti in monasterio non tenet, etiã
si mulier per multos annos steterit in mo
nasterio durante eodem metu. Calderin.
cons. 108. Ac professio. Quod met. causa,
Hinc fit, quòd metus tandiù durat, quan-
diù causa, & persona inferentis metum cõ
seruantur, ideo metus illatus per Domi-
num Ciuitatis tandiù durat, quandiù ille
erat dominus Ciuitatis, Calder. consil. 1.
quod met. causa. Et idem in eo, qui metu
tyranni fecit obligationem, quia licet sol
uat ex interuallo, non dicitur ratificare, si
tempore solutionis durabat causa metus.
Alex. cons. 1. nu. 10. in fi. & n. 11. vers. for-
tifico, lib. 3. & in cons. 49. in casu, num. 8.
vers. & Bald. li. 5. Ex quibus omnibus con
stat, quòd videtur durare metus toto tem
pore, donec durat regimen tyranni, Abb.
in c. 1. Imola nu. 18. extra eo. Vnde metus
5 incussus à iudice præsumitur durare, † do
nec iurisdictioni præest. Sic Anch. in d. c.
1. nu. 2 dixit quòd terror armorum, minę
& loci solitudo, vt nemus, habet inducere
re iustum metum, Hinc Imola in d. cap. 1.

num. 3. inquit, quòd vnus modus proban
6 di iustum metum est, quando probatur,
quòd euaginato gladio in loco solitario fa
cta est comminatio mortis, & sic deuen-
tum est ad actum propinquum inferend
mortis, Ioan. de Anania in d. c. 1. Hinc ad.
ditio ad Abbatem in d. c. 1. in verbo euagi
nato quæstionem mouens ait. An venien
tem cum gladio contra me possim præue-
nire, & respondit simpliciter, quòd non:
7 nisi quando † verisimilis, & possibilis est
offensio, puta, quia habẽs gladium est val
dè propinquus alteri, vel est solitus minas
exequi, quando fortè verba comminato-
ria præcesserunt, secũdum quod pulchrè
declarat Bald. in c. 1 §. similiter quib. mo
dis feud. amitt. in vsibus feud. Vide etiam
quod dixit Bart. in l. idem est. §. armis, ff.
de vi, & vi arma. Vbi dicit, quòd statutum
8 de insultu cum armis habet locũ, quando
quis habens arma ad latus, quamuis arma
non euaginauerit, venit contra alium, cõ
siderata tamen qualitate personæ, quæ ha
bet gladiũ ad latus, si verisimile sit, quòd
debeat offendere, quæ nota in materia de
fensionis licitè cum moderamine inculpa
tæ tutelæ. Amissio etiam omnium bono-
rum, & beneficiorum infert iustum me-
tum, Gemin. cons. 15. n. 12. vbi dixit gl. in
l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. quòd
9 bona tẽporalia sunt alia vita, quasi dicat,
vt corpora sunt seruanda, vnde sicut me-
tus mortis excusat, d. c. cum dilectus, ita
& metus perdẽdi bona temporalia, Idem
dixit glosa, si timet pati grauem iacturam
in rebus suis, idest maiorem partem bono
rum, pro quo facit tex. in c. præsens de re-
stit. spoliat. lib. 6. Hinc nota, quòd sæpè ty-
ranni inferunt metum circa patrimoniũ,
vnde Abbas in capit si. not. 1. extra de iu
dic. vult quòd ex spoliatione facta de ma
iori parte bonorum oriatur inimicitia,
10 Idem Alexan cons. 143. qui ait, quòd ha
bens mecum litem de maiori parte bono-
rum præsumitur inimicus, Ideo testifica-
ri non potest, facit quod not. extra de ho-
mic. c. 2. Vbi pro defensione bonorum est
licitum interficere inuasorẽ: sic licet pre-
ces, vel verba comminatoria non inferãt
11 iustum metum, † quia metus consistit in
atrocitate facti, l. metum, l. ad inuidiam.
C. eod.

C.eo.tamen fallit,quando preces,vel minæ inferantur ab aliquo,qui est in aliqua dignitate tyrannica, vt si erat tyrannus, qui solebat malè tractare homines non acquiescentes precibus suis,nam sola dignitas non est iusta causa inducendi iustum metum,nisi dignitas esset tyrannica, nam tunc solæ preces inducunt iustum metũ:
12 sic de minis,sunt quidam homines ita pessimi,qui ante exequuntur,quàm minantur;Alii vero multa minantur,& nihil faciunt, vnde quandoque dicitur, quòd re-
13 uerentia excusat à metu, † Hinc glosa in l.1.§.onerandæ ff.quarum rerum actio dicit, quòd reuerentia Episcopi inducit iustum metum; vnde si propter reuerentiã quis renunciauit præbendæ suæ, potest postea illam repetere, quia non sponte fecit,quod intelligit ibi Bartolus, & bene, quando interuenerunt aliquæ minæ, vel verbera,adde Felynum in ca.causam matrimonii, extra de offic. deleg. Et tandem quando verba comminatoria inducant iustum metum, Dic quòd requiruntur tria,& primo quòd periculum comminatum sit magnum de persona,vel de bonis, vel de vtroque. Secundo,quòd persona, quæ comminatur sit talis,quæ posset exequi. Tertio,quòd sit solitus exequi minas comminatas, Aegidius consil.9. num.10.
14 Excommunicationis timor causat † iustum metum,quando est iniusta. Sic metus excommunicationis ferendæ contra aliquem nisi aliquid faciat, dicitur iustus metus,glosa in ca. olim el terzo de restit. spoliat. Quod intellige, quando excommunicationis sententia esset aliqualiter iniusta, secus si euidenter nulla, Ioan. de Imola in d.cap.cum dilectus de eo, quod met.causa. Vel si esset iusta,quia tunc imputet sibi,quòd talem se reddit, vt dignus sit excommunicari, quia ex quo præcedit culpa sua, metus non dicitur iustus, cap. Abbas in glosa,& Anan.in d.cap cum dilectus. Sic iustus metus operatur,vt quis non incurrat pœnas receptantium bannitos. Vt si quis receptauerit bannitum propter terrorem,& iustum metum potentię bannitorum (verbi gratia) si aliqui dederint victum, & potum multitudini bannitorum, dum illi cum eorum animalibus,& industriis viuunt,& incolatum faciunt in casalibus,& in terris, siue territoriis apertis, ad quas, & ad quæ omnibus est aditus patens, & prohiberi non potest nam tales excusantur à peccato, & à pœna temporali, & ita pluries fuit practicatum. Quamuis in hoc maximè versari debeat arbitrium circumspectorum iudicũ in foro exteriori attenta qualitate casuũ, & personarum, vt dixit Regens de Ponte,libro 1.de prouis. fieri solitis.§.3.numero 25. & in foro animæ arbitrium Confessarii. Verum quæ inducant iustum metum, diximus, quod septem in 1. vo-
15 lum consilio libro 3. consil. 2. nume. 10. & quod hoc sit arbitrarium, dixit Imola in d. capit. cum dilectus consideratis circunstantiis. Idem dixit Hostiens. in capit.1.eo tit nam habebit considerare, qui arbitratur non solum qualitatem personarum,& si causa metus durat, sed etiam
16 sexus,quia minor metus dicitur † cadere in constantem mulierem, quam in constantem virum,quia fragilior est,glosa in capit. cum locum, extra de sponsalibus, Calder.d.consilio 1. Iason in l. interpositas,C.de transact. Abb.consil.4. facti contingentia,numero 4. libro 1. Quapropter quando pœnitens fatetur se aliquid fecisse propter metum,Interroget an quod fecit,erat peccatum, quia tunc non excusat nisi metus esset præcisus, capit. maiores, extra de baptis. An durabat causa metus, quia si non durabat, non dicitur iustus. Interroget etiam si inferens metum vibrauit gladium in loco occulto,vt in silua,& minatus est mortem, si inferebat metum circa patrimonium, vel maiorem partem bonorum, & erat potens, & tyrannus, Si Episcopus fecit renuntiare canonico præbendam ob metum excommunicationis iniustæ,si sui subditi,qui erant male tractati à tyranno aliquid ob metum fecerunt,quia tunc Confessarius debet consulere tali pœnitenti inferenti iustum metum, vt rescindat contractum malefactum, iuxta ea, quæ habentur per Abbatem in cap. Abbas num. 5. de eo, quod met.causa.

Missas non audire, vel dicere ante matutinos an semper peccatum, Arbitrarium videtur. Cap. 40.

SVMMARIVM.

1 *Missam non audire nō est in præcepto, sed solū ī dominicis, et diebus festiuis, n. seq.*
3 *Intellectus ad tex. in cap. missas de consecr. dist. 1.*
4 *Missam audire cuilibet fideli, quam vtile sit, & conueniens.*
5 *Angeli cōtinuè ueniūt, ut missa ītersint.*
6 *Causæ vrgentes, & rationabiles; quæ excusant à peccato mortali non audientes missam, quæ.*
7 *Propositio generalis circa legitimas causas affertur.*
8 *Causæ, quæ sint rationabiles, determinari possunt arbitrio Confeßarij.*
9 *Sic quid sit medicum.*
10 *Missam dicere ante matutinos absque legitima causa quæ, remittitur Confeßarij arbitrio, num. seq.*

PRimum est ad notandum non esse in præcepto audire Missam; nulla enim obligatio ad hoc inuenitur expressa, vnde quando dicitur de priuileg. in 6. cap vlt.
1 quòd Episcopi sup altare portatile vbiq; itinerantes possunt facere celebrare, cum non deceat eos aliquem diem transigere absque missa, supponitur Episcopum non obligari ad quotidianam missæ celebrationem, nisi ex decentia, quia iuxta Do. Vldericum in sua summa fragilitas humana nō patitur aliquem semper ad hoc dignum esse, propter quod Augustinus hoc nec laudat, nec vituperat de consecr. dist. 2. cap. quotidie multo minus alij inferiores Episcopis obligantur. Igitur sit
2 conclusio, Audire missam non esse de præcepto, sed solum in diebus dominicis, & alijs præcipuis diebus, & stare in missa vsq; ad benedictionem sacerdotis inclusiuè, aliàs esset peccatū mortale iusta causa cessante, cum eis hoc præcipiatur ab ecclesia, vt in capit. missas cum duobus seq. de consecr. dist. 1. Vt qui ex superstitione non perseuerarent, Quod secus esset, si ex causa necessitatis, vel honestatis, vel ex alia causa minus iusta, & honesta, aliqui ante finem missæ recederent, Turrecr. in c. omnes de consecr. d. 1. Et aduertè, quòd licet canon missas loquatur in plurali, nō
3 tamen quis arctandus est audire plures missas nu. sed sufficit vnica, sed dicitur in plurali, quia oratur pro viuis, & defunctis, ita tenet Pa. in c. [illegible] de vita, & honest. cleric. & in c. dominicis, extra de paroch. Adnotandum tamen est, quòd quamuis audire missam nulli sit de præcepto, sed relinquatur deuotioni cuiuscunq;, tamen
4 vtile est, & conueniens † vt quotidie quilibet fidelis maximè clericus, & religiosus curet audire missam, ad quod eos mouere debent multa, & primo, quia cum multa sint genera hostiarum, sicut oratio, laus, & similia, nulla tamen est tantæ virtutis, sicut hostia altaris. Vnde Alex. Papa in c. nihil de cōsecr. d. 2. ait Nihil in sacrificijs maius esse potest quam Corpus, & Sāguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est. Secundo, quia specialiter offertur pro circūstatibus, imò ipsi celebrantes offerunt pro caris suis oībus. Sicut patet ex verbis canonis, & etiam patet in c. visum de consecr. dist. 1. Tertio, quia Angeli continuè ve-
5 niunt, & assistunt missæ † vt in c. quid sit sanguis de consecr distinct. 2. inquit Gregorius. Quis enim fidelium dubium habere potest, vt in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio Angelorū Choros adesse, optimum autem est Angelis sociari, patet ergo quam vtile sit missæ adesse, non tamen de præcepto, nisi in diebus festiuis, Quare tunc nō audiendo est pec-
6 catum mortale, nisi sit causa vrgēs, & † rationabilis, vt si causa sit fugiendi periculum mortis, vel seruiendi infirmis, qui citra periculum relinqui soli nequeunt. Sic omnis infirmus, vel debilis, cui ad iudiciū boni viri, ne cum medici conuenit ad calorem, vel frigus non venire, vel non ambulare, non tenetur missam audire, Insuper omnis prægnans, quæ aborsum timet ex iusta, & rationabili ratione, & omnis, quæ peperit vsque quo perfectè non conualuerit, Item si timeretur puellæ raptus,

imò

imò vbi in cõsuetudine est nubiles puellas non exire in publicum, nullam contrahũt culpam non prodeuntes in templum, Quin vero si mater aduersus quippiam filiæ timeret posset domi manere eius custos. Rursus si maritus zelotipia æstuans vxorem cohibeat, ne in sacrum progrediatur, parere ipsa tenetur. Excusantur etiam pauperes, quibus non est vestitus, vel calcei, vt sine verecundia apparere non possint, cum sint ex honoratis parentibus, & habentur, vt tales, nam alii, quibus non est periculum ruboris, qui vt tales cogniti sunt, tenentur & si nudi ad audiendam missam. Excusantur pariter ii, qui ex mandato parentum, vel dominorum remanẽt domi pro eius custodia, vel gregum, vel armentorum in pascuis, quando periculum imminet, si solæ greges remanerent, quod ferè semper imminet, & tandem potest apponi ista propositio generalis. Omnis ille,

7 qui sine graui † damno salutis spiritualis, vel corporalis, famæ, vel sine graui iactura bonorum fortunæ missam non potest audire, ad illam non tenetur, & quia possunt esse aliæ causæ similes expressis, qñ aliquis ab audiẽda missa excusetur, ideo hoc

8 relinquendũ erit arbitrio boni viri, † Confessarii, vt dixit Astens. lib. 4 in sua summa tit. 16. col. 1. qui dicit peccatum esse mortale non audire integram missam, cum ex hoc possit excommunicari, de consecr. distinct. 1. cap. qui die. Etenim excommunicatio fieri non debet nisi pro peccato mortali, cap. nullus, cap. nemo 11. quæst. 3. nisi sit causa legitima, verum si absque legitima causa missam integram non audiret per modicum, tunc nõ peccaret mortaliter, ex regula illa quia modicum excusat a peccato mortali, cap vnum, §. criminis, dist. 25. cum simil. At quid sit hoc mo-

9 dicum, † sunt plures opiniones, quæ à nobis recitantur in 1. par. decis. lib. 2 ca. 35. nu. 3. Ideo hoc videtur remittendum arbitrio prudentis Confessarii, qui poterit eligere medium, vt modicum intelligatur, quãdo quis non audiret missam ab introitu vsq; ad epistolam. Sic missam dicere an

10 te matutinum † nos pluribus rationibus in 1. par. cons. lib. 3. cons 4. nu. 9. de celeb. miss. affirmauimus esse peccatum mortale, tamen fallit, si hoc fieret ex rationabili causa, vt si necessitas suadeat, necessitas au

11 tem nobis videtur sufficiẽs, vt † missa possit dici ante matutinum causa infirmitatis, vt si stomachus non pateretur expectare recitationem matutinorum, vel in hominibus occupatis, qui si expectarent ad recitandos matutinos, missam dicere, nõ possent, nam vel deficeret tempus, vel altare esset occupatum, vel quia tunc ex obedientia tenetur ad aliquod negotium, vel alia causa similis determinanda arbitrio prudentis Confessarii, & docti viri.

Modicum quando dicatur, est arbitrarium. Cap. 41.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an aliquid donare valeat.*

2 *Minimum quod dicatur, statur determinationi consuetudinis.*

3 *Numerus non minuitur propter duos, vel tres.*

4 *Parum, & nihil æquiparantur.*

5 *Defectus modicus non vitiat actum. Nec modica solemnitas.*

6 *Modica res simoniam non inducit.*

7 *Modicum excusat à peccato mortali.*

8 *Modicum quando dicatur, relinquitur arbitrio boni viri.*

9 *Solutio quandoque differri potest, sed pro quanto tempore, nu. 7.*

11 *Modicum tempus diuersimode à iure capitur.*

12 *Distributiones quotidianæ dantur absenti ex causa vtilitatis ecclesiæ.*

13 *Modicum qualiter sacerdos arbitrabitur quo ad reliquias Sacramenti.*

14 *Res minima furata excusat à peccato mortali.*

15 *Modicum, quod excuset à ludo illicito, est arbitrarium.*

16 *Munera qualiter moniales iuxta constitutionem Clementis VIII. facere possint, est arbitrarium.*

17 *Alimenta quę dicantur magna, vel parua, attenditur qualitas personarum.*

18 *Ordinatus ad sacros ordines an rectè dicatur, qui habet patrimonium ad modicum insufficiens.*

19 *Officium diuinum est recitandum in ecclesia, etiam si esset vna hora.*

20 *Ingrediens monasteria monialium per modicum non est excommunicatus.*

DIximus supra in materia de donatione,
1 posse Prælatum † de redditibus quos non facit suos, aliquod minimum benemerenti donare, etiam non existente aliqua consuetudine, & quod dicatur minimum, stabitur determinationi consuetudinis, si de illa appareat,
2 † alias videtur, quod arbitrio boni viri poterit determinari. Et ita donatio facta à Prælato an valeat, nec ne, deprehenditur ex quantitate, nā si res est minima, valida est, quia minimum non habetur in consideratione, sic modicus excessus, l. continuus, ff. de verb. oblig. parum interuallum non obest, l. duos §. 2. ff. de duob. reis. Pariter Episcopus cēsetur electus ab omnibus cōprouintialibus vno omnium consensu, etiam si duo, vel tres contradixerint, cum
3 duo vel tres non augeant, vel minuant numerum, ex quo paruus est excessus, vt ibi in specie notant Archidiac. & Ioan. de Turrecr. in c. sane 65. distin ideoque probant ex simili in c. re vera, de consecr. distinct. 2 & ibi glosa in verbo mortui sunt, cum sacris in litteris legatur omnes illos, qui manna manducauerunt in deserto, esse mortuos, glosa rectè ex omnium sententia interpretatur omnes esse mortuos, etiam si duo Caleph & Ioiue superstites fuerint. Non enim propter duos, vel tres minuitur numerus, inde fit, quod approbatus nouitius ad professionem ab omnibus præter duos, vel tres, potest dici approbatus ab omnibus vno omnium consensu. Et ideo glosa in ca. pen. in glosa 1. de rescrip citando d. c. re vera ait pro modico nec plus, nec minus. Similis glosa in prohe. decretalium in glosa vltima, ea
4 est ratio, quòd parum, & nihil æquiparantur c. multa de præben. ca. licet causam de proba. Ibi nulla, aut modica. Et Bald. in auth. pręterea. C. vnde vir, & vxor dixit qđ paruus, seu modicus defectus non vitiat
5 actū, vt nec leuis solemnitatis omissio obest, vbi Bar gl. in c. nostratis 30. q. 5. Sic in omni delicto etiam doloso, si minimus fit excessus, delictum dr̄ leue, & sperandum, Abb cons. 25. lib. 1. in 3. dubio. Hinc fabricās falsam monetā, qui punitur pęna mortis, non punitur, si fabricauerit bagatenos non vsuales in Ciuitate, quia minima, & minuta nō veniunt in pęna mortis, Alex. cons. 104. statutum loquens in fine nu. 7. vers. præterea vbicunq; lib. 7. Cępola cōs. criminali 77. Sic pęna pro vulnere nō habet locum in vulnusculo, Alex. cons. 104. circa finem. Vbi Apostilla in verbo vulnusculum. Sic modica cutis scissura cum modico sanguine non est vulnus, Alex. cōsil. 100. Visa Inquisitione, nu. 2. vers. licet tergo. Pariter Castr. cons. 377. vers. quantum ad illa col. 1. in fi. lib. 1. dixit quòd ex transgressione in re modica quis puniri nō debet. Et pęna expendentis falsam monetam, quæ est mortis, non habet locū in eo, qui quatrenos, pro primo scuto falsos expendidit, quia debet minui, Alex. cons. 121. Est statutum, quod domum destruēs puniatur, non habet locum in domuncula, quia nō deformatur ciuitas, Alex. cōs. 121. Viso processu, nu. 6. vers. simile vide-
6 mus lib. 7. Sic modica res, † simoniam nō inducit, c. & si quæstiones, extra de simo. Sic modica pecunia non habetur in consideratione, & dicitur modica pecunia pro qualitate personę, & ita hoc videtur determinandum arbitrio Confessarii. Hinc licet mulier si receperit pro opere fornicario ab iis, qui non sunt sui iuris, teneatur pecuniam restituere, tamen est hoc intelligendū de pecunia magna, quia si est modica, etiam si a filiofamilias reciperet, retinere posset, & hoc ideo, quia modicū non habetur in consideratione, Sic minimum
7 excusat à peccato † mortali, quapropter si quis in modico trāsgreditur votum (v. g.) quod emisit dicendi rosarium, omittendo vnum, aut alterum Pater noster, esset immunis à peccato mortali, Sotus lib. 7. q. 1. art. 2. col. 1. Quod idem extende ad iurm, nam non dr̄ transgressor voti de non ludēdo, qui

de, qui

do, qui luderet in parua quantitate, Nauarr. in manua. ca. 12. num. 12. Sic modicum tempus excusat, At quando dicatur relinquitur arbitrio boni viri. Hinc D. Thom. quod lib. 6. art. 14. quem sequitur Arch. Flor. in 3. parte sum. titu. 20. cap. 3. par. 12. dixit, quòd si executor per modicum tempus eleemosynam dare differat, vt rebus defuncti melius vēditis ampliores eleemosynas dare possit, laudabiliter facit, At si per multum tempus differat eleemosynas distribuere, nō vt multo ampliores faceret sed vt hæredi prosit, vt res melius vendantur, non videtur esse absque culpa, quia fortè defunctus à Purgatorio liberatus esset, si remedium suffragiorum habuisset. Hoc autem requirit prudētis executoris examen, vel eius Cōfessarii, vt consideratis dilatione temporis & conditione personæ, quæ creditur citius, vel tardius liberanda; & etiam considerata quantitate eleemosynarum faciat, quod videtur expedire defuncto. Sic si quis tenetur restituere certum, quòd restituere non potest sine magno dispendio, nam oporteret merce des vilissimo pretio intempestiuè vendere, aut domum, vel fundum, vnde viuit, idque cum maiori iactura, quam sit æs alienum, quòd alteri
9 debet, † tunc licitum est differre solutionem, quia debitor pro illo temporis articulo nō dicitur soluendo simpliciter, quia moraliter quòd fieri nisi cum tanto detrimento non potest, non reputatur possibile. Verum pro quanto tempore ista solu-
10 tio fieri nequeat, † non sibi videtur remittēdum, quia in cā sua nemo sibi est iudex. sed arbitrio Confessarij, cum non sit in iure expressum, l. 1. ff. de iure delib. Pariter cum modicum tempus diuersimode à iu-
11 re capiatur. † Etenim quandoque dicitur viginti dierum, glosa in cap. præterea, extra de ætat. & qualit. aliquando bienuii, & aliquando anni quò ad perdendū priuilegium clericale, cap. vnico de vita, & honest. cler. & quandoque septennii, videtur arbitrarium, si hoc non sit determinatum per consuetudinem regionis. glosa in clem. 2. §. si de reb. eccl. non alien. Vbi Imola ibi nu. 7. in fine. Quapropter diuersimode Confessarius hoc arbitrari potest. Etenim si agitur de eo, qui absolutus ab excommunicatione Papæ reseruata in articulo mortis, & sanus effectus tenetur sublato impedimento Romam adire, quam commodè poterit, arbitrabitur quòd cessante impedimēto, & aliquo modico tēpore indulto, quo sibi de necessariis valeat prouidere secūdū glos. in clem. 1. §. fi. de pœnis. Sic absenti ex causa vtilitatis ecclesiæ dantur distributiones quoti
12 dianæ, † quamuis in proficiscendo aliquā do requiescat, vel post reuersionem, Veruntamen qui dies sint determinati, videtur arbitrarium secundum qualitatē personarum, & longitudinem viæ, Vt si clericus de foris veniens in sua domo moram faceret per tres, aut quatuor dies, Archid. in c. vnico de cler. non resid. lib. 6. Sic quò ad reliquias Sacramenti aliquas a Sacerdote inuentas in altari post sumptionem
13 Sacramenti poterit † Sacerdos arbitrari illas posse percipere, modo interuenit paruula mora, quamuis acceperit purificationem, & paruulam moram illam arbitrabitur, dum est in actu purificationis, & recollectionis reliquiarum, Syluc. in verbo missa. 1. quæstione secunda, versiculo, Quintum, & in Verbo Eucharistia, 3. quæstione 8. vbi ait. quòd quando Sacerdos post sumptionem viderit reliquias Eucharistiæ, quando longa intercesserit mora, quia ex interuallo vidit reliquias, puta, quia iam reposuit calicem, secus si in eodē actu parua interueniente morula, per notata in c. quia propter extra de elect. Pariter quantū ad furtū modica res futura ta excusata peccato mortali, At quę res dicatur
14 magna, uel parua, est stādū arbitrio boni viri, secūdū qualitatē personarū, facit tex. in c. & si quæstiones, extra de simo. vt nos latè diximus in 1. par. decis. l. 2 c. 93. n. 27. & si iudicatur parua, non obligatur furās ad restitutionem Ita dixit S. Thomas 2. 2. qu. 66. nume. 6. Sic modicum quo ad lu-
15 dendū in ludo illicito, quale sit quod † excuset, est arbitrariū, attenta qualitate personarum, nam si conceditur solidus vnus magnis personis, paruis vero erit vnus grossus, vt dixit Gabr. in 4. senten. dist. 35. q. 13. colum. 3. Nos in praxi casu. reseru. lib. 1. cap. 20. nu. 23. & in li 2. c. 11. nu. 31.

di imus

diximus munera, quæ possunt moniales alteri facere iuxta constitutionem Clemẽtis VIII. de largitione munerum esse arbitraria, cum nihil sit a maioribus deter-
16 minatum, distinct. 18. capit. de eulogiis, sic dixit Additio ad Capel Tholos. decis. 269. num. 6. quòd dominus tenetur famulo infirmanti subuenire quo ad expensas, non tamen magnas secundum Bartolum in l. si cum dotem, §. sin autem, ff solut. matrim. Verum quæ sint expensæ magnæ, vel paruæ, in animæ iudicio arbitrari poterit prudens Confessarius, vt supra diximus in verbo infirmitas. Pariter alimen-
17 ta quę dicantur † parua, vel magna, attenditur qualitas personarum, & cum hoc pręcisè determinari non possit, arbitrio iudicantis relinquitur. Alberic. in l. bonæ fidei, §. fin. C. de reb. creditis Abbas, & alii in cap. de appellationibus, extra de appellat. & in foro animæ Confessarii. Sic non dicitur ritè ordinatus, qui dixit se habere titulum sufficientem, qui erat notabiliter insufficiens, vt de hac materia abunde diximus infra in verbo Patrimoniũ.
18 † Secus si ad modicum esset insufficiens, quod posset quidem in animæ iudicio iudicari a Confessario, argumen text in l. Scio, ff de integr. restit. c. re vera de consecr. distinct. 2. quæ iura probant de modico non esse curandum. Pariter officium diuinum est recitandum in ecclesia sub peccato mortali, ut habetur per Turrec. & Præpos. in cap. fin. distinct 92. quod extende etiam, si esset omissio vnius horæ,
19 † vt nos diximus in 2. part. consil. libr. 3. consi. 1. de celebrat. missa. nume. 16. quia omissio tertiæ, vel sextæ est pars integralis officii, Secus vero esset de parte exigua vt si quis omitteret vnum psalmum, nam minimum pro nihilo habent, Nauarr. de horis canon. cap. 19. nume. 83. Sic quamuis monasteria monialium ingrediens incidat in excommunicationem, tamen fallit, quando quis clausuram transgrederetur
20 per modicum, † vt per duos pedes, vel paulo plus, quia modicum excusat a peccato mortali. Qualiter autem accipiatur modicum, Dic quod accipitur secundum subiectam materiam, videat lector nos in 1. par. consil. libr. 3 de cler. coniug. consi. vnic. num. 7. & 8. & de reb. eccl. non alien. eod. vol. & lib. consi. vnic. num. 11.

Monachus an possit peculium habere de licentia Abbatis, causa requiritur, eaque videtur arbitraria.

Cap. 42.

SVMMARIVM.

1 *Peculium quid, eiusque appellatione quid contineatur.*
2 *Peculium vnde, & qualiter accipiatur, num. seq.*
4 *Vsus dupliciter considerari potest.*
5 *Causa rationabilis concedendi vsum duplex esse potest.*
6 *Monachus vtens re concessa non potest illam alteri donare.*
7 *Necessitas, & vtilitas communis, quæ, num. 10.*
8 *Expendere qui potest pro necessitatibus aliorum, potest pro suis.*
9 *Vtilitas duplex esse potest.*
11 *Causæ rationabiles ad dispensandum quæ, videntur remittendæ arbitrio boni viri.*

1 PEculium est nomen vniuersale, † sicut hæreditas, glosa in l. si peculium, §. si hæc, ff. de pecul. & eius nomine veniunt etiam nomina debitorum, l. quàm Tuberonis. §. pen. ff. de pecul. Quid autem sit, & eius diffinitio ponitur in l pecu-
2 lium, & ibi Bartolus, ff. de pecul. Idem in rubr. eod. tit. Et dicitur quasi parua pecunia, Baldus in l. fi. C. quod cum eo, & non dicitur nisi sit concessum a patre, vel domino, Alexand. post Barto. in l. frater a fratre, de condit. indeb. l. peculium in princip. ff. de pecul. & Barto. in rubr. Hic au-
3 tem accipitur peculium pro vsu, † qui cõceditur a Prælato suo subdito de aliqua re, nam potest Prælatus aliquid concedere non ad proprietatem, quia non potest habere aliquid proprium, quia abdicatio proprii est vnum de tribus requisitis ad pro-

professionem, Abb. consil 88. num 2. versic. Tertio lib. 1. vbi dicitur proprium possidere, quando inuito superiore, vel clam ab eo possidetur aliquid. Vnde Abb. in d. consi. num. 3. dixit, quòd nec posset conuenire ex pacto, vt aliquid habeat proprium, vel ad vsumfructum inuito, vel inscio superiore, Abb. consi. 88. nu. 3. Hinc dixit, nume. 4. quòd neque potest habere monachus cellas proprias, vel portiones aliquas præcipuas, potest tamen aliquid concedere ad vsum deputatum, & ita intelligitur text. in cap. cum ad monasteriũ, extra de statu monach. Hoc etiam colligitur ex dictis Augustini in capit. non dicatis, 12. q. 1. ubi habetur, certum est eis nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia debere. Attamen vsus iste potest dupliciter concedi, vel ad v-
4 sum certum, † ita ut ille vsus non possit ab eo auferri, & sic non potest, quia voluntas religiosi semper esse debet Prælato subiecta, cap. si religiosus de elect. in 6. vt resignet quando ille voluerit. Vel ad vsum incertum, ita vt sit in potestate superioris auferre illud, cum ei placuerit, & tunc stante causa rationabili, quę duplex esse
5 potest, videlicet necessitas, & vtilitas, † Itē prima scilicet necessitas potest esse duplex, videlicet priuata, & communis, priuata, ut cum conceditur priuato monacho pauperi, qui communi non potest habere necessaria, vt aliquid habeat necessitatis suę tempore, cum proposito tamen resignandi semper, cum fuerit requisitus: Hinc notandum, quòd cum monachus, siue monialis debeat vti dicta re concessa pro suis necessitatibus, non potest illam
6 rem donare, † sed tantum re illa vti cum solum habeat ad vsum, facit tex. in §. 1. institu. de vsufr. vbi qui habet vsum rei, potest re illa vti, non autem vendere, Sotus lib. 4. de iust. & iur q. 1. art. 1. col. 3. com-
7 munis vero necessitas est, † vt cum conceditur alicui officiali religioso aliquid ad expēdēdum in vsus, & necessitates aliorum, tunc nisi expresè a superiore prohibeatur, credimus, quòd statim, ut quis est cellerarius, aut in aliquo est officio, ex quo habet recipere, & in vsus monasterii expendere, siue sit pecunia, siue aliud, ne cler. vel monac. capit. 1. potest expendere pro necessitatibus aliorum, facit text. in l. oratio, ff. de spons. & capit. ex parte, extra de accus. Vbi data licentia monacho administrandi videtur esse data, vt possit facere omnia sine quibus administratio cōmodè fieri non potest, imò non solum poterit expendere pro necessitatibus aliorũ,
8 sed etiam † pro suis, tex. in cap. officii, extra de testam. ne sit deterioris conditionis ipse, quàm alii. Quis autem habebit iudicare an illud sit necessarium profecto, vel superior ipsius cellarii, si ipse esset dubius, vel suus Confessarius, & quòd cellerarius possit expendere pro necessitatibus aliorum, videtur hoc etiam concessum ex tacita licentia superioris, quæ habetur pro expressa, cum taciti, & expressi eadem sit virtus, Ad hoc vide Ioan. Andr & Zabar. in cap. 2. §. qui vero de statu monach. Pariter vtilitas potest esse duplex. Scilicet pri-
9 uata, & communis; † priuata, cum conceditur alicui liber aliquis, vel ad discendũ, vel ad informandam animam suam in his, quæ attinent ad salutem, licet non ha-
10 beat gratiam docendi alios; communis, vt cum conceditur alicui liber, qui potest ex suo studio aliis proficere, licet tamen non omnes necessitates, & vtilitates sufficiant ad dispensandum, nisi sint valde rationabiles, & manifestæ, Quæ tamen sint
11 istę causæ rationabiles, † videntur esse necessitates quotidianæ, quę pertinent ad victum, & vestitum, & vtilitates spirituales, quæ pertinent ad animę salutem, & aliæ iuxta arbitrium superioris, uel Confessarii, nam cum non sint iure expressę, remittuntur arbitrio boni viri, capit. de causis, extra de offic. deleg l. 1. ff. de iure delib.

Munuscula an accipere possit Confessarius; Arbitrarium. Cap. 43.

SVMMARIVM.

1 *Munuscula an eadem, quæ dona, & donum quid differat à munere.*
2 *Munuscula quæ dicantur.*
3 *Petere prohibitus potest sponte oblatum recipere, num. 5.*

Mo-

4 *Modicum excusat a peccato mortali.*
6 *Munusculis in recipiendis modestia requirenda est.*
7 *Tutor aliqua donare potest, licet proprietatem non habeat.*
8 *Modicum qualiter accipiatur, videtur arbitrarium.*
9 *Confessor quæ considerare debet in hoc arbitrio.*
10 *Eleemosynam facere an sit donare.*

MVnuscula idem sunt, vt dona, & dif-
1 fert donum † à munere, nam munus cum causa fit, donum sine causa; vel donum dicitur, quando est exile, Eccles. 20. Exigua dabit, & multa improperabit, At munus quando est preciosum, de quo Regum 8 Acceperunt munera, & peruerterunt iudicia, Isaias cap. 5. Veh qui iustificatis impium pro muneribus, Si tamen dona frequentia sunt, in munus transire possunt, argumen. extra de donat. capit. Apostolicæ. §. pen. Dicuntur etiam munuscula encenia, seu eulogia, de quibus lo-
2 quitur tex. in cap. de eulogiis, distinct. 18. Vbi glosa dicit, quòd dicuntur eulogia ab eo, quod est bonum, & logos, quod est sermo, quia cum bono sermone recipiuntur, & mittentibus gratię referuntur. Secundum Archid. ibi, de quibus diximus in praxi casuum reseru. lib 2. cap. 11. nume. 26. cum seq. vbi diximus, nume. 3 quòd prohibitus petere potest sponte oblatum
3 recipere, † ut not. in d. cap. de eulogiis. Ad hoc de rescrip. lib. 6 cap. statutum, §. insuper, facit, 1 q. 1. cap placuit, & cap. quæst. 3. q. 2. cap. dilectus in fine, extra de simo. Vbi Host. Quod gratanter accipiant, satis mihi est certum, sed an gratis offerant, non est mihi notum. Hæc tamen gratis facta oblatio tunc dicitur, quado fit sine ta-
4 xatione, quia taxatio est quædam venditio, ff. de iure doti l. plerunque, § si autē, Quapropter diximus in nostris decis. in 1. par. c. 31. nume. 29 lib 1. quòd Confessarius, qui prohibitus est sub peccato a pœnitente aliquid petere, vel exigere, potest sponte oblatum recipere, vt dixit Syluest.
5 in verbo decima, num. 6. versi. Quartum, Debet tamen modestiam in istis enceniis recipiendis tenere; nam non debet (vt supra dixi) illa inquirere, nec illa, quæ sponte oblata sunt, respuere, concordat tex. no tab. in l. solent, ff. de offic. proconsulis, Enimuero vt ait ibi text. passim accipere est auarissimum, l. plebiscito, ff de offic. præsid. & non à pauperibus, & miseris personis. Indifferenter vero respuere est inhumanissimum. Quapropter hoc videtur arbitrarium. Cum sint multæ Regiæ Pragmaticę vetantes officialib. sub maximis pœnis accipere munera. Quid enim si officiales officia appetunt, & procurāt, & bene sciunt salarium consuetum, & Pragmaticas circa munera. Etenim tali casu non possunt se tueri ob doctrinam Alberici in l. solet, §. non vero, ff de offic. procons. qui vult, quòd officiales munera accipere non debent, quando habent sufficiens salarium, secus vero si insufficiens, nam sibi imputens, qui officium talibus conditionibus subiectum acceptauerunt. Sic quid si officialis à quolibet litigante etiam obolum accipit siue directè, siue indirectè per interpositas personas, tunc talib. nullo modo est parcendum. Parcendum vero, quando iudex ab amico, vel amicis munuscula aliqua accipit. solita, & consueta non in auro, & argento, sed in rebus comestibilibus tantum. Igitur hoc videtur esse remittendum arbitrio boni viri & timoratæ conscientiæ, & circumspecti iudicantis, nam etiam qualitas dantis, & eius, qui recipit consideratur in quantitate doni, vt ex hoc magnum, vel paruum iudicetur, vt habetur in cap. & si quęstiones, extra de simonia. Vbi dicit ibi Io. Andr. & Host quòd in arbitrandis muneribus, an sint simoniaca, vel non, attendi debet personarum dantis, & accipientis qualitas, muneris quantitas, & donationis tempus. Sic Doctores in cap. cæterum extra de donat dicunt quòd Prælatus etiam regularis potest aliquid donare de rebus ecclesiæ, & hoc ratione administrationis liberæ, quam habet in reb. ecclesiasticis, nam quemadmodum tutor non habet proprietatem in rebus pupilli, & ta-
7 men aliqua † donare potest iuxta illud, quod habetur in l. cum plures, ff de administr. tut. Ita & prælatus. Ad idem facit pul-

pulcherrimus tex. in l. filius, ff. de donat. Id vero, quod donatur debet considerari secundum quantitatem, vt sit modicum,
8 † Attamen hoc modicum, cum non sit iure expressum, erit arbitrarium secundum quantitatem, l. 1. de iure delib. cap. de causis, extra de offic. deleg. qui habebit considerare quantitatem rei, seu valorem, facit quod habetur in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, & in d. l. 1. per quam legem videtur, quòd possit arbitrari quantitatẽ duorum aureorum esse modicum, nisi aliud habeat consuetudo; vel dicitur minima, seu modica quantitas viginti solidorum, per id, quòd habetur in ca. terrulas, 12 q. 2. Item consideranda est qualitas,
9 † quia rem immobilem donare non potest etiam minimam, extra de rebus eccl. non alienan. capit. 3. & nec rem mobilem preciosam, quæ rei immobili videtur comparari, per id, quod habetur per text. in l. quæ tutores. C. de administr. tuto. Item consideranda est dignitas, cap. & si quæstiones, extra de simo. Et an facere eleemosynam sit donare, vide Ananiam in d. ca. cæterum, vbi ait ex Ioan. Andr. quòd non quia ille, qui donat. debet se mouere ex liberalitate, sed ille, qui facit eleemosynam mouetur ex pietate. Præterea aliquando quis tenetur facere eleemosynam, ergo facit ex liberalitate, quod nota pro monialib. quæ & si non possint regulariter donare ex constitutione Clementis VIII. de qua monitionem fecimus in 2. volum. consi. de reg. consi. 1. tamen videntur quãdoque posse facere eleemosynam, vt diximus ibi num. 26.

Necessitas, quæ excuset, ut quis communicare possit cum excommunicato; videtur arbitrarium. Cap. 44.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas multiplex remissiuè.*
2 *Baptismus in casu necessitatis confertur a quocunque.*
3 *Inferior quando de facto resistere possit superiori.*
4 *Gabellam quando soluere quis non teneatur.*
5 *Necessitatis tempore omnia consumptibilia sunt communia.*
6 *Creditor potest capere debitorem fugientem.*
7 *Necessitatis tempore quando ecclesia possit compelli ad onera.*
8 *Necessitas dissoluit vinculum iuramẽti.*
9 *Necessitatis causa quæ fiunt, nunquam prohibita intelliguntur.*
10 *Necessitatis causa potest missa inchoata suspendi.*
11 *Filius an possit ob necessitatem patris differre votum ingrediendi religionem cũ duobus seq.*
14 *Necessitas extrema, vel grauis quæ, videtur remittenda arbitrio Confessarij, num. 15.*
16 *Necessitas & vtilitas æquiparantur.*
17 *Dispensatio ut quis possit obtinere plura beneficia, est necessitas & vtilitas.*
18 *Necessitas excusat, & vtilitas a participando cum excommunicato, nu. seq.*

QVod multiplex sit necessitas, alia fortuita, alia † naturalis, alia culpabilis, & alia quæ causatur ex dispositione iuris communis, patet ex multis, & primo ex Romano in l. si vero, §. de viro, ff. solu. matrimon. Iasone in l. 1. ff de officio eius, Felyn. in cap. significauerunt de iudic. in cap. quærelam, extra de iureiur. & in cap. cum accessissent, extra de constit. Vbi ex his habetur, quòd necessitatis causa quamplura contra regulas, & formas constituta sunt; Hinc regula est iuris, quod id, quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, cap. quod non est de reg. iur. & necessitas nõ habet legem, ideo lex subiacet necessitati, & non è contra. Oldr. consi. 190. thema tale est, & necessitas nõ habet legem humanam, neque diuinam, quia multa prohibita iure diuino, & humano sunt permissa ex necessitate, & contra permissa sunt prohibita, Anch. consil. 143. n. 4. vbi ponit exẽpla furti, & homicidii, & similiũ, Sic baptismus † ĩ casu necessi-
(margin numbers: 1 beside "tuita, alia † naturalis"; 2 beside the last line)

tatis

tatis confertur à muliere, & quocunque, Anch.conſ.195. Et quia neceſſitas non habet legem, & facit licitum de illicito, cap. quod non eſt de reg. iur. vbi gloſa, & cap. quanquam de conſuet. & prohibita ſunt licita, & quę ſunt punibilia remanent impunita, & quæ eſſent nulla, fiunt valida, Hinc fit, quòd poſſet inferior reſiſtere de
5 facto ſuperiori iniuſtitiā † facienti, & opprimenti, quando inferior non poteſt iuſtitia mediante prouidere, quia dicitur ex neceſſitate facere, Calder conſ. vnico de tregua, & pace, nu. 5. Pariter quia neceſſitas non habet legem, fit, quòd qui ventorum, vel vi hoſtium, vel neceſſitate famis
4 † applicauit ad portum, vel introduxit animalia, aut merces, pro quibus debetur gabella, nō tenetur, Bart. in l. 1 C. de naufragiis, lib. 11. Sic licet requirantur bannimenta in eccleſia ante matrimonium, tamen ſecus eſt in eo, qui in articulo mortis contrahit, Gemin. conſ. 66 num. 6. col. fin. Rurſus tempore neceſſitatis omnia
5 ſcilicet bona conſumptibilia † ſunt communia, Bald conſ. 443. ius naturale, nu. 2. verſic & nemo, lib. 1. Sic in caſu neceſſitatis, vnuſquiſq; ſibi ius dicere poteſt, Hinc
6 creditor poteſt capere debitorem † fugientem l. ait pretor, §. ſi debitorem, ff de his, quæ in frau cred. not. in l. 1. C. quando liceat ſe ſine iudice vendic. Sic licet eccleſia non poſſit compelli ad onera per laicos
7 impoſita, † tamen fallit, quando immineret vrgens neceſſitas belli, vel cuſtodiæ neceſſariæ, Signorolus conſil. 82. in quęſtionibus, nume. 2. & ſeq. Azorius vol. 3. lib. 5. cap. 9. col. 6. lit E. vbi explicat duplicem neceſſitatem communem, ſiue publicam laicorum, & clericorum æquè, & alteram quæ licet publica ſit, ſolis tamen laicis eſt communis, licet indirectè quoque ad clericos pertineat, Quotieſcunque neceſſitas eſt primi generis, & maximè cædit in vtilitatem eccleſię, tunc videntur clerici obligati ad contributionē: Vbi inter cætera exempla ponit de bello, & excubiis, Syluest. in verbo immunitas, 7. q. 5. verſic. 4. At ſi eſt ſecundi generis,
8 nequaquam. Sic neceſſitas † diſſoluit vinculum iuramenti, vt poſſit contraueniri, obtenta tamen abſolutione à tali iuramēto, Gemin. conſi 84. num. 11. verſic. Non obſtat ſecunda ratio. Sic ex cauſa neceſſitatis, quando publica imminet neceſſitas poteſt Rex capere bona ſubditorum, ſed reſtituere demum tenetur quando poterit, Andr. de Iſer. Quæ ſint regal. num. 13. qui etiam addit, quòd poteſt Rex ex eadem neceſſitate differre debitas ſolutiones, & his periculis ſubiecti manent, qui cum illo contrahunt. Sic alibi dicitur, quòd neceſſitatis cauſa quæ fiunt, nun-
9 quam prohibita † intelliguntur, etiam ſi latiſſima pateat prohibitio, l. alienationes, ff. famil erciſc. l. 1. ff de fundo dot. l. pater filium, ff. de lega 3 Doctores in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de lega. 3. & neceſ-
10 ſitatis cauſa poteſt miſſa † inchoata ſuſpendi, ſcilicet quando ſuperuenit excommunicatus, Baldus in l. caſus C de teſt. quod qualiter intelligatur, vide nos in Append. lib 3. c. 5. num. 12. Sic neceſſitatis tempore, ideſt in articulo mortis abſolui poſsūt per quemlibet inferiorem, qui aliàs eſſent abſoluendi per Papam, ut habetur per nos in 1. par. deciſ. lib. 1. cap. 13. Sic ob neceſſitatem famis, licet alienare Deo dicata vaſa, & illis ſimilia. l. ſancimus C. de ſacroſan. eccleſ. cap. aurum, 12. q. 2. & propter neceſſitatem poteſt filius vouens in-
11 gredi religionem differre ingreſſum, † ſiue neceſſitas ſit extrema, vt quando pater eſſet adeo pauper, & impotens, quòd nec haberet victum, & nec poſſet conquirere, ſiue neceſſitas non eſſet ſic extrema, ſed multum grauis, nam vtraque neceſſitas obligat filium, ut patri ſuccurrat. Verum neceſſitas extrema adeò obligat, quòd ſi filius, qui poteſt adiuuare patrem, ipſum relinquat, ingrediaturque religionem,
12 † mortaliter peccet, D. Thomas, 2. 2. q. 103. art. 4. Ad quartum, nam obligat ſuccurrere, & non intrare. Fallit tamen quādo cum probabili peccati periculo remaneret in ſęculo; Etenim tunc debet cauſam reponere in manu Dei, & ingredi religionem: quia magis tenetur ſubuenire ſibi, quam proximo, quia charitas incipit a ſeipſo, l. præſes, C. de ſeruit. & aqua. Excepto tamen hoc caſu filius non tenetur ingredi, Imò ſi in tali neceſſitate ingrede-
13 retur † tenetur filius egredi, quia illicitè

intrauit,

intrauit, modo egressus potuisset patris paupertati subuenire eum alendo, Naua. de regul. lib. 3. cons. 26. & in manua. c. 14. cessante tamen necessitate cum professio ab eo facta valida sit, ad monasterium redire cogitur, Nauarr. qui supra. Si tamen grauis necessitas superueniret, non teneretur egredi, At quæ sit hęc grauis, vel ex-
14 trema necessitas † videtur discutienda, & determinanda arbitrio prudétis, & docti Confessarii. Et nota quòd necessitas,
15 & vtilitas æquiparantur, † vnde sicut necessitas excusat à periurio debitorem impotentem soluere, sic vtilitas, capit. breui cap. quærelam, extra de iureiur. Ad hoc facit clemen. 1. de rebus eccle. non alienan. & in cap. in causis de iudic. & in cap. post translationem de renunt. & in capit. proposuisti de præben 12. q. 2. in summa. Innoc. in cap. cum omnes, extra de constit. Hinc dispensatio, vt quis possit obtinere plura beneficia est necessitas, & vtilitas,
16 † glosa in extrau. Ioan 22. vnica de præb. & qui à promotione repellendi essent, operatur necessitas, & vtilitas, vt nó repellantur, cap. tali. 1. q. 7. & tandem propter necessitatem homicidium, quod de iure diuino est prohibitum, causa defensionis est permissum, clem. 1. de homic. Sic furtum, cap. si quis propter, extra de furt. Sic capere debitorem fugitiuum & capere in diebus festis quodam genus piscium, qui solum certo tempore capiuntur, cap. licet, vbi Anchar. extra de feriis, Sic necessitas
17 excusat à participando cum excommunicato siue sit necessitas tàm excommunicati, quàm participantis, vt nos diximus ponendo exempla in 1. par. decis. lib. 4. c. 13. nu. 12. Quod idem extende ad vtilitatem ibi n. 1. Hinc Astens. lib. 7. ti. 12. q. 1. ponit quæstionem, Nunquid de salute aíæ meæ possim loqui cum excõicato, sicut de salu-
18 te animæ eius, & nunquid possum ab eo quęrere cõsiliũ pro vtilitate mea, vel vtilitate temporali, Respondit quòd esse posset tanta necessitas, & tam arcta, quòd vbi non possem habere copiam iurisperitorũ, nec res caperet dilationem, possum consilium quærere ab huiusmodi excommunicato tàm in temporalibus quàm in spiritualibus: Casus enim necessitatis excusat in talibus, 11. quæst. 3. capit. quoniam multos, extra de sent. excommun. capit. si vere. Pro quanta tamen necessitate, vel vtilitate liceat ab excommunicato quærere consilium, est boni viri arbitrio limitandum. Hæc Rodanus.

Occidens ex iusta causa an sit puniendus, si incontinenti, hoc est dum iracundiæ calor feruet, occiderit, & intra quod tempus durare videatur, arbitrarium videtur.

Cap. 45.

SVMMARIVM.

1 *Puniendus leuius, qui impellente ira deliquit.*
2 *Maritus vxorem adulteram interficiẽs non punitur, vt homicida.*
3 *Homicidium commissum ob sui necessariam defensionem est impunibile.*
4 *Sodomitæ priapus fuit amputatus.*
5 *Incontinenti dicitur fieri quod fit feruente calore iræ.*
6 *Item quando intra triginta dies ex iræ motu deliquit.*
7 *Vel quando infra triduum aliquid fit, num. 8.*
9 *Vel quando non est deuentum ad extraneos actus.*
10 *Prouocationi ad duellum quando non sit excommunicatio.*
11 *Incontinenti quando dicatur facta prouocatio.*
12 *Incontinenti dicitur ante, vel post.*
13 *Vel quando fit infra duodecim horas.*
14 *Incontinenti quando dicantur testes se corrigere.*
15 *Iniuria an dicatur propulsata incontinenti, videtur arbitrarium.*
16 *Pater quando dicatur filiam adulteram incontinenti occidisse.*

DOctores varia consueuerunt dicere in hac materia, intra quot dies, vel tempus

tempus dicatur durare iracundiæ calor.
1 † Quod quidem scitu maximè dignum est. Enimuero si impellente ira, aut dolore quis deliquerit, leuius puniendus est, l. aut facta, §. causa, ff. de pœnis, l. Si non conuitii, & ibi not. C. de iniur. cap. si quis iratus & ibi glosa, 2. q. 3. cap. diuortium de
2 pœnit. dist. 1. Hinc si maritus vxorem † in adulterio deprehensam confestim interimit, non punitur, vt cæteri hominum punirentur vltimo supplicio, sed tantum relegatur, ut est text. elegans in l. si adulterium, §. imperatores, ff. ad l. Iul. de adulter. qui rationem reddit ex eo, quòd difficillimum est iustum dolorem temperare. Sic quemadmodum homicidium commissum ob sui necessariam defensionem
3 † est impunibile, per tex. in l. vt vim, ff de iust. & iur. & ita est omnium more, & consuetudine repertum, ut dixit Cepola consil. crimin. 32. Sic etiam pro defensione honoris sui, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, l. iusta, ff. de manu. vindict. & est communis teste Iulio Claro lib. 5. homicidium. versic. idemque nu. 26. Hinc Baiardus ad Iulium Clarum in verbo homicidium, & in verbo sodomia ponit casum loquendo de sodomia, de
4 quodam pedagogo, † qui tentabat de dicto vitio quendam puerum, qui cum gladiolo ei totum priapum amputauit, & nō fuit molestatus, & pedagogus non fuit punitus, quia aufugit. Quod si quis respondeat dictum Baiardi procedere, quando eodem tempore, quo tentauit, puer percussit, non autem, quando pedagogus recessisset. Respondeo, quòd incontinenti,
5 tunc † dicitur aliquid ex ira fieri, quando adhuc feruet iracundiæ calor, l. quicquid calore, ff. de reg. iur. nam si refrigescet ira, & deinde quis deliquit, non videtur in motu iræ deliquisse, sed magis ex animi deliberatione, Attamen intra quot dies, vel tempus dicatur durare iracundiæ calor, multi multa senserunt, nam alii dicunt, quando intra triginta dies ex iræ mo
6 tu deliquit, † Lucas de Penna in l. omnes col. 2. de decer. lib. 10. quem sequitur Decius in d. l. quicquid calore. Vbi intra triginta dies excusat calor iracundiæ, Alii dicunt quòd id, quad fit infra tres dies, sic
7 ri dicitur incontinenti, † capit. in causis, vbi Host. nu. 8. extra de elect. C. de error. aduoc. l. fi. extra de regul cap ad nostram, Hinc fit quod id, quod dicitur posse impuberē factū puberē a spōsalib. resilire, si statim pubertate aliqua adepta resileat, alioquin postea non poterit, quia ex quo statim, & incōtinenti non contradixit, visus est tacitè consentire, ita Host. in c. de illis, Vbi Ioan. Andr. num. 2. Anchar. eod. nu. Henricus num. 5. Alexand. de Neuo, nu. 25. de sponsal. Et dicitur incontinenti fieri secundum præfatos doctores, quod fit
8 triduo † ante, vel post pubertatem nam in iure dicitur incontinenti fieri, quod fit intra triduum, d. l. fi. Baldus in l. fi. C. de iudic. Ripa in l. 4. §. condemnatum ad finē, ff. de re iud. Alibi dicitur incontinenti, idest nullo actu contrario interueniēte. C. de testam. l. cum antiquitas, ff. de hered. inst. l. heredes, idest quando non est deuētum † ad extraneos actus, quia tunc dici-
9 tur durare ira. Hinc si aliquis pergens cōmittere homicidium pro defensione honoris sui, Iter arriperet, & non interrumperet voluntatem interficiendi per contrarios actus exteriores, qui non essent quędam viæ præambulæ ad homicidium committendum, vt si faceret sibi accommodare arma, vel equum, tunc diceretur incontinenti homicidium fecisse eo secuto, & vnicum esset peccatum, vt diximus, 1. par. decis. lib. lib. 1. cap. 20. nu. 11. & 12. cum seq. Hinc diximus in 1. p. consf. de hom. consi. 9. & 10. quòd credimus, vt prouocatio ad duellum cum assignatione
10 loci, & temporis ex calore iracundiæ † si continenti continuando iter, & illud non interrumpendo veniret ad locum, non tamen sequeretur effectus, quia alius non accessit, quia accessus non fuit deliberatus quòd accedens non incidit in excommunicationem, nam prouocatio facta calore iracundiæ minuit pœnam, vt probatur in l. 1. C. si quis imper. maledix. & in l famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. & dicitur incontinēti fieri prouocatio, quando post prouocationem continuando iter, & illud non
11 interrumpendo † veniret ad locum facit text. in capit. cum haberet, extra de eo, qui dux. in matrimonium, glosa notab. in l.

penul.

penul. ff. de act. & oblig. Alibi dicitur incontinenti: ante, vel post, vnde Baldus in l. 1. C. de iure doti. dixit, quòd incontinenti dicitur donatum in premium emancipationis, quod ante, vel post fuerit dona-
12 tum. † Alibi dicitur facta iniuriæ prouocatio, si die sequenti fiat, Menoch. vol. 1. consi. 107. num 40. Corrad. de duell. p. 1. cons. 18 nu. 1. Baiar. in §. homicidium, nu. 31. & intelligitur dici incontinenti intra
13 † duodecim horas, iuxta illud Apost. ad Ephes. ca. 4. in fine. Sol non occidat super iracundiam vestram Sic opera stricto modo intelligendo dicitur officium, quod quis exhibet alicui per diem scilicet artificialem, & non naturalem, hoc est per horas duodecim, & non viginti quatuor, vt ff. de annu. lega. l. 2. ff. de verb. signific l. 2. §. 1. Igitur si incontinenti accipiatur pro die artificiali ergo multo magis accipitur pro hora, vel dimidio horæ. Alibi dicitur incontinenti, & statim recuperare amissam possessionem, quamprimum potuit, & dicitur quàmprimum oblata occasione Menoch. vol. 1. consi. 2. nu. 180. Alibi dicitur incontinenti quò ad testes, qui se corrigunt, antequam partibus, vel alicui per-
14 sonæ loquantur post depositionem † Sed Host. in c. præterea in fine, extra de test. dicit hoc arbitrio iudicis relinquendum, qui qualitatem personarum, attendat, & vtrum testes habuerint tractatũ cum partibus, vel non. Et secundum hoc, vel alias circunstantias correctionem reprobet, vel admittat. Sic Iacobus Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 10. dicit iudicis arbitrio remitti ad arbitrandum tempus incontinenti datum hæredi ad probandum nullum extare fideicommissum. Et casu 11. dixit iudicis arbitrio esse iudicare, quando possessio incontinẽti recuperata dicatur. Pariter Abbas in capit. veniens. 2. extra de test. dixit, quòd quando quis dicatur probare incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis secundum qualitatem, & quantitatẽ causæ, idem Felynus num. 15. Sic ad rem nostram deueniendo dicimus remitti ar-
15 bitrio Confessarii, † quando iniuria dicatur propulsata incontinenti, dum feruebat calor iracundiæ, quia tunc non videtur propulsata iniuria animo deliberato.

An scilicet pænitens illam propulsauerit continuata ira, quamuis interpositis horis, iuxta textum in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter. Vbi pater videtur incontinenti filiam adulteram interfecisse, qui
16 † occiso adultero post horas interpositas continuata ira filiam occidit, Si quàmprimum potuit oblata occasione iniuriam propulsauerit, vt scribunt Doctores in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & ibi Iason num. 12. Decius nume. 10. vnde dixit Berard. Bombinus consi. 9. nume. 13. eum dici incontinenti propulsasse iniuriam, qui die sequenti conuocatis amicis interfecit eũ, à quo verberatus fuerat, Si nullo actu cõtrario interueniente hoc fecerit, vel non deuenerit ad extraneos actus, & ita ex his poterit pœnitentem excusare à culpa, glosa in l. diuortium, ff de diuort. vel minuere pœnitentiam, C. ad l. iul. de adult. l. Grachus. Quod idem dicimus esse arbitrariũ, an quis aliquem occiderit cum moderamine inculpatę tutelę, nam debet considerare Confessor: An inuasor sit iniustus, hoc est inuadat contra iustitiam. An inuasor non prius offendat, quàm inuadatur, nam si potest per tempus euadere, non est licitum præuenire, alias si necessarium esset præuenire, quia aliter vita propria defendi non potest, nisi præueniendo, secus esset (verbi gratia) si vxor sciat se in lecto occidendam a suo viro ad id parato, & fugere non possit, nec vociferari, nec aliter se tueri, tunc licitum erit ei præueniendo occidere. Sic concordatur opinio Nauar. cap. 15. in manua. asserentis non posse pręuenire cum Couarr. in clemen. si furiosus de homic. asserentis contrarium. Tertio an inuasus in ipso congressum, & non post facto interuallo offenderit inuasorem, quia ex interuallo non licet, quia tunc non est se tueri, sed iniuriam acceptam vindicare, & vindicta iudicis opera exercenda est, cum nemo in propria causa sit æquus iudex, Sotus libro 5. de iust. & iur. q. 1. artic. 8. item an inuasus maiori iniuriam repulerit, quàm sit vis inuasoris (verbi gratia) pugnis cędat pugnis repellat iniuriam, vel percusserit baculo.

Occisor ad quid teneatur. Arbitrarium. Cap. 46.

SVMMARIVM.

1 *Occidens pro ipsa uita occisi nihil tenetur restituere.*

2 *Occidens ad quid teneatur, vel mutilans videtur arbitrarium, numero seq. & vlt.*

4 *Confessarij quòd fatuè agant non obligantes homicidam ad restitutionem.*

5 *Mutilans nobilem magis peccat, quàm mutilans ignobilē, tamen mutilans ignobilem magis tenetur.*

6 *Viuens omnis solatio est suis.*

7 *Occidens non tenetur ad expensas exequiarum.*

8 *Occidens iustè non peccat, vel secundum ius.*

9 *Occidens casu non est in tantam restitutionem coniiciendus.*

AD quid teneatur occidens iniustè in animæ iudicio, quocūq; modo, siue insidiosè, vel proditoriè, crudeliter, aut atrociter, diximus tum in 1. par. decis. l 2. c. 67. nu. 4. Tum in praxi casuum reseru. de homic. Modo adde, quòd licet occidens
1 pro ipsa vita occisi nihil teneatur † restituere, quia vita hominis liberi non est precio æstimabilis, vt docet tex. in l. liber homo ff. ad l. aquil. & l. fin. ff. de his, qui deiec. vel effud. & neque ad deformitatem, quam incurrit ex vulnere, quicquid dixit Maiol. in 4. senten. distinct. 24. q. fi. de restit. Tamen dico, quòd tenetur ad omnes
2 † expensas Chirurgi, medici, & aromatariorū, & aliorum medicinalium in conscientia, & ad id, quòd lucratus suis foret diebus, quibus obiectum fuit impotens & si mortuus fuit, vel ita manchus remanet, quòd inhabilis redditur ad amplius laborandum, vel artem, quam sciebat exercendam, tenetur etiam totius vitæ precium restituere, quòd arbitrio prudentis, & docti
3 viri Confessarii est æstimandum † pro loco, personis, & aliis circunstantiis, quas alimentare debebat, puta patrem, & matrem, vnde si interfectus sustentabat aliquos, puta patrem, & matrem, tenetur interficiens omnibus illis ad tantam restitutionem, quantam eis abstulit per interfectionem illius personæ, non tamē quo ad alios, Crauet. cons. 119. num. 5. & sequ. Et quia vix posset aliquis dignè recompensare per actiones illud, quòd abstulit homicida, ideò expediret simpliciter animæ cuiuslibet talis illa persoluere per passiones voluntarias, vel patienter susceptas, considerando quia lucrum in spe minoris æstimatur, quam lucrum in re, & quia operę, lucra, & commoda artificis interempti cōsiderari debent cum omnibus suis periculis & impedimētis, occupationib. quibus est vita humana exposita, fieri enim poterat vt interfectus citius moreretur, vel aliquo alio impedimento detineretur, vt spōte sua à laborando, & lucrādo per aliquot dies desisteret, ergo hæc, & alia similia cō-
4 siderāda videntur: Hinc fatuè agunt † quidam absoluentes homicidas non ostendētes restitutionem necessario incumbentē, quasi facilius possit transire homicida, quā vt ita dicam Canicida, quia si aliquis occidisset bouem, aut canem proximi, non absolueretur sine restitutione, tenetur ergo ad restitutionem. Sic licet mutilans nobi-
5 lē magis peccet, † quam mutilans ignobilē, tn̄ in hoc maior obligatio remanet restitutionis; quia ignobilis magis indigebat parte abscissa ad victū necessariū conquerendum, & ideo plus fuisset vsus parte illa ad necessaria procuranda, quare non solum tenetur mutilans dāno, quod quis incurrit per mutilationē pro toto tēpore futuro, quo quis vsurus erat membro illo, sed etiam expēsis appositis in curatione, vt patet in c. 1. extra de iniur. Ita etiam tenetur placare ipsum læsum, facit tex in cap. porro, ca parochianos de sent. excom. Tenetur etiam ad aliquid pro ipsa desolatione ipsius mutilati, quia perpetua desolatio est sibi de ipsa mutilatione. Præponderanda tamen est ex alia parte dignitas ipsius personæ mutilatę, quia magis peccauit. Pariter occidēs hominē nullius artis, vel vtilitatis, imò qui potius erat dispendio suis

bonis, & hæredibus, quamuis non teneatur ad tanta restitutionem, tñ ad aliquid tenetur ad arbitrium boni viri, nam si viueret, spes erat, quòd emendaretur, & suis proficuus redderetur, Tũ quia omnis vi-
6 uens† ad aliquid solamen est suis, vel esse potest, sicut ait Sapiens. Melior est canis viuus leone mortuo, Non tamen credimus ex communi sententia homicidam te-
7 neri ad expensas exequiarum, † quia funus, & expensas de suis bonis occisi hæredes facere tenebantur, quancunq; morte moreretur, ex occisione ergo non est ortus hic sumptus, quicquid dixit Nauar. in manua. c. 15 nu 12. Est etiam consideran dum an iustè, vel iniustè quis fuerit occi-
8 sus, Etenim si iustè ob defensionem † sui corporis cum moderamine inculpatæ tutulę, iuxta tex in l. vt vim de iust. & iu. c. significasti, extra de homic. tunc etiam monacho, & clerico licet absque peccato, & absque excommunicatione, & irregularitate, secundum text. in clemen. 1. de homic. Sic si secundum ius aliquem interficit, nulli restitutioni est obnoxius, & ratio est nam non peccat, quia auctoritate legis id facit, 23. quæstio. 4. capit. qui peccat, glosa in cap. felicis verbo percusserint de pœnis in 6. Rursus, quid si præter intentionem, & volũtatem occiderit, quod
9 quidem homicidium casuale † vocatur, tunc etiam requiritur arbitrium Confessarii, qui considerare debet, an negligentia fuerit solum leuissima, vel leuis, & tunc non est obligatus ad restituendum, at si fuerit lata, quæ dolo comparatur, cum ea sit peccatum mortale, inde sequitur, vt restitutio sit in integrum facienda, quia mortaliter, & proinde, grauiter peccatum est contra iustitiam. Si vero nulla fuerit culpa, vt quia sufficientem diligentiam adhibuerit, ne alium occideret, & tunc nec tenetur aliquid restitere, & tandem credimus eum, qui casu hominem occiderit quocunque modo non esse in tantam pœnitentiam, & restitutionem constringendum, ac fit ille, qui hoc consulto commiserit, igitur cum sint omnia hæc consideranda an consulto occiderit, vel mutilauerit, An diuitem, an pauperem, An occisus erat suis proficuus, vel potius nociuus, An ob sui defensionem interfecerit, uel secundum ius, An occidens possit soluere, & quia occisus poterat cito mori, videtur hoc esse remittendũ arbitrio boni uiri, hoc est Confessarii.

Oscula, tactus, atque amplexus quando peccata mortalia, vel venialia, videtur arbitrarium. Cap. 47.

SVMMARIVM.

1 *Oscula, tactus, & amplexus tripliciter considerari possunt.*

2 *Oscula, tactus, & amplexus reperiuntur inter virum, & vxorem.*

3 *Oscula, & tactus si ex sui naturâ considerantur, non sunt peccata.*

4 *Tactus illiciti si fiant ex causa necessaria non sunt peccata.*

5 *Tangens fœminam impudicè ex causa necessaria an peccet.*

6 *Periculum amans perit in illo.*

7 *Pollutio subsecuta ex tactu licito præter intentionem non est peccatum.*

8 *Aspectus libidinosus est peccatum mortale.*

9 *Intellectus ad verba Qui viderit mulierem ad concupiscendum nu. seq.*

11 *Delectatio libidinosa quando dicatur.*

12 *Tactus illiciti, & libidinosi qui dicantur.*

13 *Tactus illiciti an violent votum castitatis in religioso.*

14 *Tactus sensuales non referendo ad veneream delectationem, quod peccatum, nu. seq. & 17. & 18.*

16 *Distillatio videtur præludium pollutionis.*

19 *Materiæ paruitas in delectatione venerea quando a peccato mortali excuset.*

20 *Oscula, & tactus quando fiunt causa vanitatis an sint peccata mortalia.*

21 *Osculari mollium carnes infantium, an peccatum.*

22 *Aspectus, & collocutio cum muliere pulchra cum delectatione, an peccatũ.*
23 *Tactus, & oscula inter coniuges an peccatum n. seq. & quando peccatum mortale, nu. 25. & quid inter coniuges habentes impedimenta num. seq.*
27 *Tactus inter sponsos an fiant sine peccato, num. 28.*
29 *Mulier sciens se tangi corrupta intentione, an non resistendo peccet, & quid si tactus sint liciti, num. seq.*
31 *Incestus an commitatur ex tactibus illicitis.*

PRo intelligentia infradicendorum sciendum est, quòd oscula, tactus, atque amplexus tripliciter considerari possunt, vel vt sunt liciti, aut illiciti habendo
1 relationem ad delectationem veneream, vel & tertio possunt considerari quodam medio modo, scilicet secundum quòd sũt ex delectatione sensitiua, in ea tamen sistendo, & non ordinando ad aliquem actum peccati mortalis, ita dixit Caiet. 2. 2. q. 154. artic. 4. in princip. Rursus reperiun
2 tur oscula, † tactus, & amplexus inter virum, & vxorem, nec non inter sponsum, & sponsam de futuro. Sunt etiam, & alii, qui permittuntur osculari, amplecti, & tangi. Omnia hæc considerare debet Confessarius, vt possit discernere, an huiusmodi oscula, & tactus sint mortalia, & illicita, vel licita: Igitur quando pœnitens confitetur oscula, vel tactus, interroget Confessarius pœnitentem, fuerunt ne huius-
3 modi tactus liciti, nam secundum sui † naturam si considerentur ex se, & secundum suam speciem, vt abstrahunt a libidine, non significant aliquod inordinatum, & ita non sunt peccata, vt si fiant in signum beneuolentiæ propter amorem fraternũ, seu honestam amicitiam, vel aliquam humanitatem, vel propter consuetudinem patriæ, nam tunc non sunt peccata mortalia, quamuis inde motus sensualitatis inordinatus, & delectatio venerea insurgat minimè assensum præstante voluntate, quia finis est honestus, & contra voluntatem motus ille insurgit, Nauarr. in cap. si cui de pœnit. distin. 1. num. 13. nisi fierent praua, & corrupta intentione, vt dixit Caiet. qui supra circa princ. Enimuero non quod fit, sed quo animo fit, attendendum est, cap. cum voluntate, extra de sentent. excommun. Quod si pœnitens confiteatur tactus illicitos, subdat Confessor, an illos fecerit ex causa necessaria, vt causa
4 † medicinæ, vel curationis, Etenim cum simpliciter homo homini, vel mulier mulieri ostenderit aliquod vlcus, vel infirmitatem in membris, quæ in viris, & mulieribus solent impudicè tangi, non esset damnandus visus, imò aliquando potius charitatis est opus. Vnde tactus pro curatione sui, vel alterius illorum membrorum licitus est. Quod si pœnitens dicat,
5 quòd quando tetigit fœminam causa † medendi, posuit se in probabili periculo pollutionis, Respondeat Confessarius, An se posuerit huic periculo absq; vrgenti causa, & tunc est peccatum mortale, aliàs secus, ut quia erat necessarium mederi, alius non erat medicus, & proposuit firmiter se non consensurũ delectationi: Et nec obstat si dicatur. Qui amat periculum;
6 † peribit in illo. Eccles. 3. nam non dicitur amare periculum, qui necessitatem compulsus in illud se contigit, quia de diuina misericordia confidere merito poterit, & fore vt maius sibi auxilium impendat, quo a lapsu caueat Caiet. in verbo periculum, & ibi Armilla qui tradunt incautelæ peccatum esse exponere se periculo, nisi necessitate vrgente, Quod si hoc procedit ex tactu ex sui natura illicito, vt in chirurgo verenda fœminæ attentante,
7 multò magis id procedere dicimus † in pollutione præter intentionem subsecuta ex tactu licito, quando tactus ille est necessarius, quia cessat periculum cõsensus. Enimuero tunc caret culpa, vt ex amplexu iuxta patriæ consuetudine in quo recusato incideretur in notam inurbanitatis, ita dixit Thomas Sanchez lib. 9 de debito coniug. diputat. 45. n. 8. Quod si pœnitens confessus est aliquẽ tetigisse, vel osculatũ fuisse libidinosè, aut aliqua mulierẽ aspexisse ad malũ finẽ, tunc pôt Confessarius talia arbitrari esse peccata mortalia, nam
8 aspectus libidinosus † est lethalis, secundũ illud

illud Matth. 5. Qui viderit mulierem ad
concupiscendam eam, iam mechatus est
in corde suo. Vnde Augustinus impudi-
cus oculus impudici cordis est nuntius.
Et nota quòd non dicit. Qui concupiue-
rit, sed qui viderit ad concupiscendũ, idest
vt concupiscat, quòd est plenè libidini con
sentire: Est enim concupiscere dupliciter
9 scilicet ex motu proprio sine deliberatio-
ne, vel sine intentione perficiendi, & hoc
est peccatum veniale, & cum deliberatio-
ne, & intentione perficiẽdi, & hoc est mor
tale. Et hic modus exprimitur, dum dici-
tur ad concupiscendum; Summa Astesa-
na l. 2. tit. 46. artic. 2. circa finem. Et hæc
intellige, quamuis homo non intendat co
10 pulam † sed solum delectationem carna-
lem ex his insurgentem, vt benè docet Ca-
iet. opusc. de delect. morosa tomo 1. quia ta
lis delectatio ex se ad copulam ordinatur,
& dicitur delectatio libidinosa, quando
11 fit † cum motione spirituum circa libidi-
nosas partes, quæ motio non fit sine dele-
ctatione, & quando aliquis intenderet,
vel desideraret huiusmodi motionem, vel
delectationem, & non sequitur, idem es-
set iudicium, Io. Tabi. in verbo cogitatio
morosa, num. 9. post medium. Item tactus
illiciti, & libidinosi sunt tactus membro-
rum genitalium cum motione in se, vel ab
alia, vel vicinorum, vt dixit Syluest. in ver
bo delectatio q. 4. Caiet. in d. art. 4. vt ta-
ctus pectoris mulieris, oscula furtiua, &
obscena, & tactus eorum membrorum,
qui in viris, & mulieribus tangi impudicè
existimantur, & sunt communiter ea, quæ
communiter operiuntur. Sic visus genita
lium consulto absque causa, vt dixit Hie-
ronym. Llamas 3. par. Methodi. cap. 8. §.
23. Non tamen si esset religiosus hæc tan-
13 gendo violaret votum castitatis, † vt nos
diximus consil. vol. 1. extra de voto cons.
11. num. 23. modo sit absque effusione se-
minis, vt ibi habetur; Verum si fateretur
pœnitens se habuisse tactus ob sensualita-
14 tem tantum, † quos nullo modo ordina-
uit ad delectationem veneream, tunc cre-
dimus, quòd si huiusmodi tactus fierent
inter personas eiusdem sexus, & essent lici-
ti, modo absit periculum effusionis semi-
nis, quòd sunt peccata venialia; Idem si cũ
personis alterius sexus, vt si iuuenis cum
muliere non sua digitos tangeret in cho-
reis leuitatis causa. Caiet. in d. art. 4. Atta-
men si huiusmodi oscula, amplexus, & ta-
ctus fiant inter virum & vxorem lege ma-
15 † trimonij solutos, vel fierent inter perso-
nas eiusdem sexus propter solam delecta-
tionem sensibilem in appetitu sensitiuo
consurgentem; etiam omni alio prauo vo
luntatis affectu amoto, & peccandi occa-
sione seclusa, sunt peccata læthalia, Caiet.
d. artic. 4. Ioan. Tabien. in verbo osculum,
Azorius volum. 1. libro 4. ca. 6. Littera D.
colum. 8. Quod eo magis procederet, quã-
16 do ex tactibus, & osculis insurgeret † quę
dam distillatio, quæ videtur præludium
pollutionis, vel ipsa pollutio, de qua ad-
uertit, & prosequitur. Quòd si pœnitens
dixerit huiusmodi tactus, vel oscula non
fecisse ob delectationem veneream, imò
17 † nullatenus ad illam ordinasse, imò po-
tius voluisse subire mortem, si credidisset
peccasse, vel peccare mortaliter, sed fecisse
ob conseruationem amoris, & tetigisse,
seu osculatum fuisse elegantem, & formo-
sum iuuenem, vt pater osculatur filium,
sed ex illis tactibus, & osculis deuenisse ad
distillationem, seu pollutionem inaduer-
tenter, tunc istæ excusationes non prosũt,
nam forte procederent, quando essent ta-
ctus, & oscula honesta, & pro prima vice,
Etenim cũ postea sit expertus in simili oc-
casione exponere se probabiliter pollutio-
ni, debet ab illis cessare, vt docet Caiet. in
d. vers. periculũ, quia amãs periculũ, inci-
dit in illud. Veruntamen nullo modo de-
ueniendũ est ad oscula, & tactus libidino-
sos, etenim cũ isti actus sint ex sui natura
turpes, & per se tẽdũt ad actus venereos ex
citãdos est peccatũ mortale quãuis pollu-
tio nõ sit intenta: Cũ etiã absque illa sic es
sent, quãuis fierent solummodo ad captan
dam, & habendam sensualitatem: Hinc
non sunt admittendæ excusationes illæ
18 † scholaris, qui cum scholari dormit in a-
liena patria, vbi viget studium, & est vnus
lectus, qui fraterno amore amat sociũ, si ex
tactibus ĩpudicis sequeretur ex parte alte-
rius pollutio, vel distillatio inaduertẽter,
& præter suã voluntatẽ, quia dẽt ab illa oc
casione cessare, aliãs amaret piculũ. Quod

idem dicimus de pedagogo, quamuis sit ti
mens Deum, qui cubans in eodem lecto
cum adolescentulo amplectitur, & illum
osculatur, ut pater filium, & adolescentu-
lus pedagogum, quia si inaduertenter la-
bitur in pollutionem, uel distillationem
inscio puero, debet in futurum tollere oc
casionem, ne amando periculum incidat
in illud. Moderanda sunt tamen hec meo
19 iudicio, nisi paruitas materiæ † adsit, Hec
enim a mortali culpa, excusat, pôt enim
dari modica delectatio venerea, quæ, si
absit periculum pollutionis, & periculũ
consensus in actum carnalem, non erit
culpa lethalis, vel si esset paruitas delecta-
tionis venereæ, quæ ex solo tactu, vel co-
gitatione insurgeret, Armilla in verbo im
pudicitia in fine, Nauar. in c. si cui de pœ-
niten. distinct. 1. Sic si amplexus, oscula,
20 & tactus † non essent adeò turpes, & im-
pudici, & fierent ioco causa leuitatis, vt
scholaris cum scholare absque delecta-
tione venerea, vel si inde consurgat, ea
repressa, non censentur peccata morta-
lia; quia est paruitas materiæ, Caiet. in
verb. impudicitia. Pariter nec peccatum
vllum esset exosculari affectu se, & ma-
21 gna cum suauitate molles infantium † car
nes, quia id nõ ex venereo amore oritur,
Sed ex amore teneræ infantilis ętatis, a-
liàs innumeri parentes, & nutrices dam-
narentur Nauarr. in man. Hysp. cap. 16.
num. 11. Sed quid dicendum quando ali-
quis colloquitur cum fœmina, vel aspicit
illam pulchram, vel audit sermones, qui
de fœminis referũtur, quod pulchræ sint,
an si ista fiant ob solam delectationẽ, quæ
sensu percipitur, nimirum audiendo, col-
loquendo, aspiciendo absque vlla alia in-
tentione libidinis, & sine vllo periculo
voluntariæ pollutionis, aut alterius luxu
riæ sint peccata, Caiet. in summa in verbo
impudicitia, & Armilla eod. ver. num. 1.
aiunt esse diuersam rationem de visu, au-
ditu, & verbo, atque de tactu, quoniam vi
sus, auditus, & verba nõ sunt a natura or-
dinata ad coitum, & ideo aspectus, audi-
tus, & colloquia de fœminis ob solam de-
lectationem, quæ percipitur audiẽdo, col
loquendo, aspiciendo non sunt peccata, si
non adsit mala intentio, vel probabile pe
riculum incidendi in pollutionem, quod
secus est de tactibus & amplexibus, atque
osculis natura institutis ad coitum, vnde
illicita sunt, nisi fiant ob coitum coniuga-
lem vel ob alium bonum finem. Probabi-
lis nempè est ista sententia, arbitrarer ta-
men huiusmodi aspectus esse illicitos, &
consequenter peccatum, quando quis a-
spiceret partes pudendas, vel partes vici-
nas, quamuis fiant ob solam delectationẽ,
quæ sensum sequitur aspiciẽdo. Sed quid
si coniugatus confiteretur de tactibus, &
23 osculis † inter ipsos, interroget Confessa-
rius an tactus sint liciti, vel libidinosi, qa
si libidinosi, peccatum est veniale, Caiet.
in verb. impudicitia, & rationem ponit,
quia concubitus ipse propter delectationẽ
venialis est. At si ex tactibus, vel osculis
probabiliter timetur pollutio extra vas
naturale, tunc esset peccatum mortale, si
tamen non notabiliter effunderet semen
extra vas naturale, sed solum esset quædã
distillatio, vel tangendo, & osculando bo
24 na fide rectaque intentione † causa co-
eundi cum vxore natura ebulliente festi-
nantius emitteret semen, quàm quòd in-
tra vas emitti posset, non esset peccatum
mortale contra naturam, Sotus in 4. sent.
dist. 31. quæst. 1. artic. 4. vers. Appendex, &
breuiter secundum Sanct. Thomam, & Ar
chiep. Florent. tũc tactus, & oscula essent
peccata mortalia, quando fierent coniu-
ges actualiter cogitando cum alia, quia tũc
videtur eiusdem moris dicti tactus, cuius
25 esset † coitus cũ cogitata, ita quòd si co-
gitet ad sanguine iunctas, est incestus, si
ad solutas, est fornicatio, & ita de alijs Se-
cundo quando se exponeret periculo pol-
lutionis, vel vt dixi sequeretur pollutio,
extra vas, Tabie. in verbo cogitatio in fi-
ne. Vnde de istis pollutionibus Confessa-
rius debet interrogare. Sed quid si inter
coniuges essent impedimenta frigiditatis,
26 † aut impotentia coeundi, an tactus, & o-
scula interuenientia sint peccata morta-
lia, vide Ioseph Angles in floribus Theo-
log. in quæst. de impedim. matri. pag. 352.
versiculo quando frigiditas, & in pagina
353. per totam, & 355 versi. si impotentia.
qui dicit, quòd si contrahant scienter ma-
trimonium illi, qui perpetuis huiusmodi
impe-

impedimentis laborant, non possunt se lasciuè amplexari, aut impudicè tangere, non solum propter periculum, si in aliquo istorũ esset, extraordinariæ pollutionis, quę certo esset peccatum mortale, sed etiam quia isti tactus, & oscula ex se (vt verior habet opinio) sunt mortalia, nisi inter veros coniuges contingant. Vnde facit text. in cap. consultationi, & in cap. laudabilem, extra de frig. & malef. quòd vir habeat illam, non tanquam vxorem, sed tanquam sororem, latè Dominicus Sotus in 4. distinct. 34 quæstio. vnic. artic. 2. Quare cum periculosa sit hæc conuersatio, consulerem, vt auctoritate iudiciaria fieret diuortium. Sed quid si sponsus confitetur de huiusmodi tactibus,
27 † tunc interroget, an fuerint tactus libidinosi, vt quia secreto se tetigerunt, osculati sunt, & amplexati, & tunc inter sponsos de futuro sunt peccata mortalia, cum vt plurimum tali casu deueniant ad pollutiones, licet possint se amplecti, cernere, & tangere tactibus, qui ex se non sunt impudici, Caiet. 2.2 q. 154. artic. 4. Sed quid dicendum si sponsa confitetur, vel mulier se fuisse osculatam à sponso, vel à
28 consanguineo, † tunc debet Confessarius illam interrogare, an credebat illum moueri honesto amore, vel libidinoso ad amorem venereum; nam in primo casu nõ peccat, sed in secundo sic, quando posset vitare sine scandalo eorum, qui de libidine non suspicantur. Rursus interroget, an ipsa dubitabat, si tales actus sint libidinosi, vel non; Et tali casu si tactus, vel oscula fuissent illius generis, qui fieri consueuerunt inter pudicos, & negari nequeunt absque præiudicio affabilitatis, vt complexus amici nouiter venientis, tunc erunt absque peccato, imo neque erit mortale, si oscula, vel amplexus non essent apertè impudica, quia non debet iudicare socium de libidine, sed amore honesto saltem sensuali citra mortale, Syluester in verbo delectatio, q. 4. Sed quid si mulier confitetur se tangi ab aliquo corrupta intentio-
29 ne, † sed non præstitit consensum, nec tamen restitit, tunc arbitretur Confessarius mulierem male fecisse, non resistendo, & clamando, nam videtur tacitè consensisse, vnde est peccatum mortale, Caiet. d.
30 artic. 4. circa finem. Sed si scit tangi mala intentione, veruntamen tactus sunt liciti, vt tactus manus oscula obuiantis, consertio manuum in choreis secundum patriæ consuetudinem, tunc illa non euitando non peccat. Caiet. qui supra. Nos in 1. par. decis. cap. 75. num. 11. vsque 15. Igitur ex his, & supradictis colligas qualem, & quantam prudentiam habere debeat Confessarius, vt arbitrari valeat, An in osculis, & tactibus, aut amplexibus sint
31 peccata mortalia, An vero † ex tactibus, & osculis impudicis cõmittatur incestus remitto me ad ea, quæ dixi in praxi casuũ reseru. lib. 1. cap. 13. nume. 37. & ad Azorium qui par. 3. lib. 3. cap 25 dixit, quòd si ista fierẽt ob solam delectationem tactus, quæ perciperetur osculando, amplexando, tangendo absque vlla mala intentione, aut periculo libidinis, tunc etiam ista distinguuntur specie pro varietate personarum, quoniam reducuntur ad eandẽ speciem, eo quod sunt luxuriæ, & libidines, quędam inchoatæ, quæ ex se tendunt ad luxuriam, & libidinem consumatam.

Pater an possit filium inducere ad nubendum, videtur hoc remittendum prudenti arbitrio Confessarij. Cap. 48.

SVMMARIVM.

1 *Metus cadens in constantem virum in quibus consistat.*

2 *Matrimonium contractum per vim cadentem in constantem virum est nullũ.*

3 *Matrimonium est contrahendum libero consensu.*

4 *Matrimoniũ qñ dicatur metu contractũ.*

5 *Matrimonium dicitur nullum, etiam si metus venerit ex culpa.*

6 *Statũ probibens filio, ne nubat sine patris consensu, est nullum extende, nu. seq.*

8 *Legatum factum filiæ si nubat cum consilio, valet.*

9 *Parentes possunt filias inducere ad consentiendum.*

16 *Metus reuerentialis non inualidat matrimonium contractum, sic si precibus, & monitis nu. 11.*

12 *Intellectus ad tex. in cap. 1. de desponsat. impub.*

13 *Filius quando teneatur obedire patri impedienti matrimonium contrahere.*

14 *Pater non potest præcipere filio, vt contrahat matrimonium, si vult ingredi religionem, fallit, nu. seq.*

16 *Causa iusta non contrahendi matrimonium videtur arbitraria.*

17 *Filius tenetur consulere parentes ad contrahendum matrimonium, licet non teneatur illud sequi.*

18 *Filius quando teneatur sequi consilium patris circa matrimonium.*

19 *Persona indigna, vt matrimonium contrahi non possit, quæ.*

20 *Pater impediendo filium ne contrahat matrimonium, an sit excommunicatus.*

PRudens Confessarius debet diligenter inquirere, an pater filiũ ad contrahen-
1 dũ matrimoniũ inducere tentet per metũ cadentẽ in cõstantẽ virũ, de quo loquitur glosa singularis in c. dilectus super verbo mortis, extra de his, quæ vi, vt metus mortis, cruciatus corporis, verborũ, libertatis, metus iudicis, vel alicuius nobilis, atque potentis, itẽ status, vel honoris, vel sui ipsius, vel filiorũ, aut stupri, de quibus habetur per nos in 1. vol. consi. li. 3. de consang. & affinit. cons. 2. n. 10. nã tunc debet Confessarius insinuare pænitenti ipsum peccare mortaliter, & nõ absoluat, nisi desistat, & si contraheretur matrimonium, esset
2 nullum † per regulã generalem text. in c. cũ locũ. & ca. veniens, lo secondo, extra de sponsal. nam in matrimonio carnali non solũ requiritur consensus, sed ẽt qualitas libertatis, hoc est, vt sit liber. Nã matrimo-
3 niũ contrahitur libero consensu, & † vbi interuenit metus cadens in constantẽ virum, tollitur qualitas libertatis, d. c. cũ locum, Et dicitur matrimoniũ metu contra-
4 ctum, † si probatur in foro exteriori, quòd mulier antea protestata fuisset, Bald. cons. 165. n 6. vsque in finẽ, vers. sed ponamus, nã tali casu matrimoniũ non valet, Boer. cons. 25. n. 42. & seq. vbi dicit cõem, Alex. consi. 80. in casu, n. 6. li. 7. & cons. 156. viso processu, n. 6. ver. 4. presuppono li. 5. Hinc fit, quòd si iuuenis est repertus in domo, vel lecto cũ muliere, & consanguinei armati superuenĩetes obtinuerint, quòd eadem noctè contractũ fuerit matrimoniũ, etiamsi non interuenerit percussio, vel admenatio armorũ, quia sufficit terror, tale matrimonium debet rescindi, plenè Alex. cons. 98. Quoniã li. 3. per totũ, & cons. 99. Quod extende, vt procedat ẽt si is, qui pas-
5 sus est metum † in matrimonio, fuerit ipse in culpa, vt quia iuit in domũ mulieris honestæ, pænes quã fuit repertus, Alex. qui supra li. 3. allegat tex. in c. veniẽs, extra de sponsal. Igitur requiritur in matrimonio nõ solũ consensus liber, sed ẽt qualitas libertatis Inde fit, quòd non valet lex, vel statutum prohibens filiofamilias posse cõtrahere matrimoniũ sine consensu patris, & matris, quia licet hoc sit de iure ciuili,
6 tamen ius canonicum est seruandũ, quod admittit consensum, & placitum parentũ ex vrbanitate, non ex necessitate, Petr. de Anch. cons. 21 pro solutione nu. 3. & seq. vers. Ad secundũ dubium. Abb. cons. 65. in fine li. 2 Alex. cons. 2. n. 19. & 209. ponderatis. n. nu. 14. vbi Apostilla in verbo pænã li. 6. Quod dictum Abbas cons. 63. Ad decisionẽ in princ. li. 2. extendit ẽt ad dispositionẽ testatoris, ut filia non possit cõ-
7 trahere † matrimonium sine consensu patris, vel alterius personæ, & non valet exhæredatio, si contrariũ fiat. Idem dixit Abbas consi. 12. nu. 3. li. 1. & communem dixit Dec. cons. 139 viso casu, & cons. 13. n. 13. & seq. Riminaldus cons. 133. n. 17. vbi dicit communem. Valet tamen præceptũ,
8 seu legatum factum, si filia † nubat cum consilio tali, & tali, aliàs priuetur, quia si nubat sine requisitione consilii priuatur, & hoc ideo est, quia consilium non obligat, ideo requisito consilio si non sequatur consilium, non priuatur, Cephal. cõs. 319. nu. 28. vers. Deuenio ad tertium, Io. de Anan. cons. 13. nu. 16. li. 1. Dec. cons. 13. num. 16. lib. 1. possunt etiam parentes tam de iure ciuili, quam canonico maritare eorum filias. & inducere eas ad consentiẽdum, Abbas consi. 65 col. 1. in fine verbo,
9 aut queritur lib 2. Non tamen possunt cõpelli de honestate ergo, & vrbanitate filia

non

nō dēt nubere ſine conſenſu,& voluntate patris,vel patrui deficiēte patre, licet hoc non ſit neceſſarium, Cephal. conſil.712. per totum,& ratio eſt quia iure pontificio ſancitum eſt matrimonia omnino libera eſſe debere,cap. gemma de ſponſal. etiam cum ſuis qualitatibus,& appenditiis, ita ſanè Bald in l.Paulus,ff.de ſtatu homi.vn de quamuis iure Cæſareo inſpecto filius, vel filia minimè nubere poſſit ſine patris conſenſu,l.2.ff.de ritu nupt.l. nec filium. C.de nuptiis,& §.1.eo. tit. tamen non ius ciuile,ſed canonicum ſeruandum eſt,quo ſancitum eſt,vt filius,vel filia poſſit impu nè contrahere matrimonium ſine conſen ſu patris. Sic etiam dicimus,quòd licet iu re Cæſareo prohibeatur tutor ducere in vxorem pupillam,cuius tutelam gerit,l.1. & l pen.C. de interd. matrim tamen ius Pontificium,quo hoc matrimonium non prohibetur,ſeruari debet, ſicut tradūt gl. in c.conſtitutus,7.q.3.& in c.1.30. qu.3. Abb.in 1.lib.conſ.12.num.3. Quod idem extēde ad matrimonium ſpirituale, Abb. conſ.63.col.2.in princ.lib 2. quod fit per votum ſolemne religionis,c 1.de voto in 6.vt notatur in c.fi verſ.vel modica,extra qui clerici,vel vouen. Quod ſi pater dixerit ſe non induxiſſe metu cadente in conſtantem virum, ſed reuerentiali, nam ob
10 reuerentiam,† quam filius habuit ad patrem,conſenſit, & tunc pater non peccauit,quia talis metus dicitur leuis, & non impedit,quin matrimonium non ſit validum,gl. ſingularis in c. præſens clericus, verſ.fratrem,20.q.3.in q.4. idem ſi præci-
11 bus,† & monitis,vt diximus in 1.p.deciſ. lib.2.c 56.nu.19. Quod idem dic de ſpon ſalibus,nam regulariter nō tenetur filius implere ſponſalia,quæ abſq; ſuo conſenſu pater promiſit,ita Richar.4.ſent.d.29.ar. 1.q.4 Vnde tex.in c.1.de ſponſ.impub.di cens debere puerum omnino implere ſpō ſalia per parentem inita, intelligitur non
12 de debito præcepti,† ſed honeſtatis, vt di xit Sotus in 4.ſent.diſt.29.q.2.art.4. 2. & 3.concl. Doct.in d.c.1.gl. in cap.1. verbo oportet,25.q.1. Interroget etiam,an multum interſit patris,vt filius tale matrimonium contrahat, nam tunc tenetur filius
13 ſub læthali culpa obedire parenti † illud præcipienti,veluti ſi eſſet medium,vt graues inimicitiæ ſopirētur,quæ eſſent inter parentes,& conſanguineos eorum,cū quibus eſt contrahendum matrimonium, vt dixit Cald.in c.1. Alexan. de Neuo nu.6. Præpoſ.num.5.de ſponſal.impub. & nos, qui ſupra numero 59. Interroget etiam,an tali caſu filius voluerit ingredi religionē, nam tunc non poteſt pater ad ineundum
14 matrimonium † illum præcepto aſtringere, quia in ſtatu eligendo filius eſt ſui iuris,quod intellige, niſi in caſu quo ob parentum indigētiam teneretur filius abſtinere à religionis ingreſſu, nam tunc ſi matrimonium locuplex, quod offertur filio eſſet medium neceſſarium ad ſubueniendum parentibus, quibus aliter non poſſet conſulere,teneretur illud inire. Petrus de Ledeſma de matrimonio, qu.47. artic. 6. vel ſi iuſta cauſa filius reſiſtat tali
15 matrimonio,† vt quia fide priorum ſpōſalium cum altera contractorum aſtringebatur,quia tunc pater peccat aſtringendo,Manuel. 1.ſummæ vol.2.edit cap.231. nu.4. Quæ autem ſit alia iuſta cauſa,vide-
16 tur remittenda † arbitrio Confeſſarii, vt ſi pater indigno matrimonio filium collocare velit gratia amplioris dotis,quæ tamē dicatur perſona indigna, habetur per nos 1.par.deciſ.lib.2.cap.56. num.10. vel ſi pater velit filium ducere vxorem ægrā imprudentem, aut deterioris conditionis,cum qua probabiliter credat filius fore,vt pacem non habeat, facit tex. in cap. requiſiuit, extra de ſponſal. Interroget etiam, ſi confiteatur filium, qui vult contrahere matrimonium, an hoc dixerit patri,quia ſi inconſultis parentibus,patre,& matre velit matrimoniū contrahere,tunc
17 aduertat Confeſſarius hoc non poſſe, nā filius ſub culpa læthali conſilium tenetur petere circa matrimonium contrahendū, quamuis illud conſilium non teneatur ſequi,Menoch.vol.1.conſ 69.nu.19. vſque 29. Sanct. Thomas 2.2. q.104 in corpore art 5. Abbas in cap.1.nu.6.de diſponſ. impub. Hinc ſi cōditio adiecta legato mulieri facto ſi de conſenſu Caij nupſerit, habeat multum dubitationis,an turpis ſit,at tamen cōditio ſi de Caii conſilio nupſerit, eſt honeſta,ita copioſè Felynus in cap. ex

parte

parte col. 2. de constit. Alex. in l. turpia, §. 1. ff. de leg. 1. Crauet. cons. 1. num. 3. vers. solum superest. Gul. Bened. in cap. Rainutius in verbo, Qui cum alia, nu. 88. de testam. Quapropter filius sine patris consen su rectè contrahit matrimonium; nisi vt
18 supra diximus ex illo matrimonio † graues inimicitiæ reconciliarentur, vel quādo pater desponderat, atque sponsalia iurauerat, matrimoniumque sit filio vtile, & commodum, neque vlla sit causa repudiandi, vel quando vellet accipere vxorē indignam, nam tunc etiam potest pater absque peccato mediis suauibus absque vi, & metu cadente in constantem virum ad matrimoniū non contrahendū inducere, quia tunc non est cogere ad matrimonium non contrahendum, cum aliud dignum possit inire. At quæ sit persona in-
19 digna, † videtur hoc esse remittendum arbitrio prudentis Confessarii pensatis circunstantiis, qualitate personarum, fama, diuitiis, impedimento irritante matrimonium, &c. An vero pater impediendo filium ad cōtrahendum matrimonium incurrat excommunicationem Conc Trid.
20 sess. 24. cap. 9. de matrim. vult enim quòd sint excommunicati sub anathematis pęna, quam ipso facto incurrant iniuste matrimonium impedientes, An inquam pater iniustè impediens incurrat, credimus quòd non quia concilium loquitur de dominis temporalibus, & magistratibus habentibus iurisdictionem in foro exteriori, vt plenè constat ex præfatione, & ex illo decreto, vnde prohibitio illa non debet extendi vltra personas ibi numeratas, facit tex. in c. pœnæ de pęn. dist. 2.

Patrimonium ad ordines suscipiendos quale constituendum arbitrarium. Cap. 49.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium clerici quid, & quale esse debeat, num. seq.*

3 *Clerici qui promouendi sint ad patrimonium.*

4 *Patrimonium quale constitui debeat, videtur arbitrarium.*

5 *Pœna mitior imponitur nobili, quā ignobili.*

6 *Dispensatio facilius datur ad plura beneficia incompatibilia nobili, quàm ignobili.*

7 *Notabilitatis ratione vtilius interpretatur, quando relictus esset vsus alicuius rei nobili, quàm si plebeio.*

8 *Vtilitas augetur propter nobilitatem.*

9 *Patrimonium ad constituendum habenda est ratio loci.*

10 *Alimenta seu necessaria, vel subsidia vitæ idem, quàm patrimonium.*

11 *In alimentis multa sunt necessaria.*

12 *Nobili qualiter sunt alimenta necessaria, & qualiter ignobili clerico, nu. seq.*

14 *Alimenta debentur non solum sibi, si est nobilis, sed etiam seruientibus ei.*

1 PAtrimonium quid sit, † vide Do. Ant. de Butr. in cap. 2. nu. 2. extra de his, quæ vi, aut met. causa, & quale debeat esse huiusmodi patrimonium clerici, dic quòd pro regula habetur, quòd esse debet tale, vt verè subsistat, & sit sufficiens, ad
2 vitam sustentandam, † iuxta Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de reformat. vt sic valeat absque mendicitate alimenta sibi ministrare, ne mendicare cogatur in ordinis clericalis ignominiam, iuxta tex. in ca. Episcopus, & ibi Doct. extra de præbend. Et hoc intellige de clericis promotis ad ordines
3 sacros, seu ad aliquem ordinem sacrum, non autem de promotis ad minores ordines; vt Canonistæ concludunt in capit. 2. extra de præben. & ratio est, quia existens in minoribus potest retrocedere ab ordine clericali, cap. 1. extra de cleric coniug. Secus in promotis ad sacros. Quale tamen patrimonium sit constituendum, dic quòd certa norma tradi non potest, vnde
4 hoc videtur esse arbitrarium, † Est enim consideranda dignitas ordinandi, secundum glosam in ca. Episcopus verbo victu. 10. q. 2. facit tex in l. plenum. §. præter habitationem. vers. & ex his, ibi largius cum vsu-

vſurario agendum eſt pro dignitate eius,
cui relictus eſt fundus, ff. de vſu, & habit.
Ex quo text. adnotauit Andr. Barolus in
conſtit. Siciliæ incip. Minoribus, & ibi
poſt eum Matt. Afflict in 4. q. quòd ratio-
ne nobilitatis, quæ multa habet priuile-
gia, nam ſi inueſtiatur nobilis de emphy-
teuſi, operatur quòd non admittatur ſpu-
rius, ignobilis, vel ruſticus, quia de eis nō
videtur cogitatum, licet inueſtitura lo-
quatur pro ſe, & quibus dederit, nam in-
telligitur de perſonis habilibus, & paris
conditionis Bald conſ. 207. Quæſtio eſt,
nu. 3. verſ. ſed conſidera. Sic in delictis pu
5 niendis † mitior pœna imponitur nobili,
quàm vili perſonæ, quia nobiles ignomi-
nioſis pœnis non ſubiiciuntur. Fulgoſ cō
ſil. 157. ſuppoſito ſtatuto col. pen. num. 4.
Pariter in beneficiis eccleſiaſticis aſſequē
6 dis facilius † datur diſpenſatio ad plura
incompatibilia nobili, quam ignobili, ca.
de multa, extra de præben. in fine cum ibi
notatis, Sic intuitu nobilitatis, vberius in
7 terpretatur † quando relictus eſſet vſus
alicuius rei nobili, quam ſi plebeio. Cui
adde ſemper ex dignitate legatarii legatū
augeri, per tex. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §.
ſed & ſi proponant, vbi gloſa notab. ff. de
iudic. & l. ſi ſeruus plurium § vlt. ff. de le-
gat. 1. & bene facit text. in l. ſi longius in
8 fine, ff. de iudic. Vbi augetur vtilitas pro-
pter dignitatem, & quod ſcribit Bald. in l.
filiusfamilias per illum text. ff. de donat.
cum quid conceditur nobili, intelligitur
prius eſſe conceſſum, & Angelus per tex.
in d. §. ſed & ſi proponat dicit, quòd ſi te-
ſtator paruum ſuum patrimonium iuſſit
diſtribui inter pauperes, non poterit in-
ter nobiles pauperes diſtribui, licet pau-
peres quia de nobilibus ſenſiſſe non vide
tur donans modicum quippiam. Eſt etiā
ad conſtituendum patrimonium haben-
9 da ratio loci, † enimuero minus patrimo
nium videtur ſufficere clerico, qui mora-
tur in oppido. ſeu qui moratur in villa,
quam qui in Ciuitate, & aliud ei, qui mo-
ratur in Ciuitate magna, quam qui in par
ua, vel ei, qui moratur in metropoli, facit
dictum Innoc. in c. cum in cunctis, extra
de elect. Et nota quod id, quod diximus
10 de patrimonio clerici, idem videtur † de
alimentis, ſeu neceſſariis, vel ſubſidio vi-
tæ dicendum, nam vt diximus in vol. 2. cō
ſil. lib. 5. de temp. ord. conſ. 1. Secunda dif
ficultas, & aliàs in tractatu alimentorum
per neceſſaria vitæ veniunt omnia ea, per
quæ clericus promotus congruè ſuſtenta-
ri poteſt, Hoc eſt, quæ eſui potui ſunt ne-
ceſſaria veſtimentis, & habitationi, l. & ſi
non ſint, §. ſi cui fortè, ff. de auro, & arg.
leg. Item medicamenta, l. diuortio, §. ma-
gnæ, ff. ſolu. matrim. Vincent. de Franch.
deciſ. 283. num. 21. & quia in alimentis
multa ſunt neceſſario conſideranda, &
11 primo qualitas perſonarum † nobilis an
ignobilis, item locus vbi debentur alimē-
ta, idcirco non poteſt tradi certa norma,
qua propter videntur remittēda arbitrio
boni viri, vnde pœnitens, qui debet dare
alimenta, conſulere debet Confeſſarium,
qui aliter reſpondebit, ſi alimentandus ſit
nobilis, & delicatus, & aliter ſi ignobilis,
& robuſtus; Nam nobili ſunt alimenta
præſtanda, vt poſſit viuere habita ratione
ſuæ nobilitatis, vt proinde non cogatur
pauperum cibis veſci, iuxta textum in ca.
non cogantur diſtinct. 41. Baldus in l. 2.
in princ. C quod cum eo per tex. in l. ſed
& ſi quid inædificauerit, §. ſufficienter, ff.
de vſufr. & in l. nepos proculo in verbo di
gnitate, ff de verb. ſignific. & in l. tutor ſe
cundum dignitatem, ff. de adminiſtrat. tu
tor. Hinc Roch Curt. in tractatu de iure
patron. in verbo, & vtile in 3. q. 1. princi-
pali dicit ampliora alimenta eſſe præſtan-
da patrono nobili, quàm ignobili, facit
textus in l. 1. §. mulier & l. habitatio, §. ſer
uis, ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo. Igi-
tur habere debet in conſideratione Con-
13 feſſarius † quòd clericus etiam ignobilis
non debet ſibi deſeruire, ne vileſcat digni
tas clericalis, & ne ſcandalizentur laici, ſi
clericus ipſe emat cibos, & decoquat. Qđ
multò magis hoc procederet, quando cle
ricus eſſet nobilis, quia tunc non debet ſi-
bi deſeruire, & ſolus viuere. Imo debentur
ei plures ſerui, & conſequenter alimenta.
Hinc qui tenetur præſtare alimenta vxo-
ri, debet etiam præſtare ſeruientibus ei,
14 † vt C. de vxo. mil. l. 1. & 2. Sic aliter præ-
ſtanda ſunt alimenta clerico nobili, quā
ignobili. Quapropter diximus non poſ-
ſe con-

se constituere certam regulam, qualiter debeantur alimenta, vnde hoc est arbitrarium pen satis multis circunstantiis, facit tex. in cap. sicut dignum, extra de honic. & in cap. Deus qui extra de pœnit. & remiss.

Patrimonium clerici ad modicum insufficiẽs quale arbitrarium. Cap. 50.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium clerici insufficiens quale dicatur.*

2 *Subreptio in litteris dimissorijs reddit ipso iure falsas fallit, quando patrimoniũ esset ad modicum insufficiens, nu. seq.*

4 *Mendacium ex sui genere est peccatum mortale, tamen quandoque est veniale.*

5 *Laborantes in diebus festis peccant mortaliter, & qui dicantur.*

6 *Laborare ad modicum quando dicatur, est arbitrarium.*

7 *Habitus à religioso professo non potest absque peccato dimitti.*

8 *Habitus ad modicum tempus dimissum remittitur arbitrio Confessarij.*

9 *Arbitrio Confessarij remittitur, quæ paruitas in furto excuset à mortali, & quæ considerare debet Confessarius, nu. seq.*

11 *Percussio leuis in clerico quæ est arbitrarium.*

12 *Ludus in parua quantitate qualis sit, videtur arbitrarium, nu. seq.*

14 *Confessarijs est prohibitum à pænitentibus aliquid exigere, aut petere.*

15 *Munuscula quæ sint remittitur arbitrio boni viri.*

16 *Incendium, quod reseruari solet ab Episcopis non intelligitur de leui, quod quale sit, est arbitrarium.*

Patrimonium clerici insufficiens diximus in 1. vol. cons. de tempor. ordin. consil. 4. num. 17. esse illud, quando non
1 est † notabiliter insufficiens, sed ad modicum, quod est arbitrio boni viri, hoc est Confessarii iudicandum, argum. tex. in l. Seio, ff. de integr. restit. qui probat de modico non esse curandum. Vnde habetur tale patrimonium pro sufficienti, quapropter diximus ibi, quòd licet consulens nõ sit ritè ordinatus, quia in litteris expressit mendacium, quia dixit se habere titulum sufficientem, qui tamen erat insufficiens,
2 enimuero subreptio † in litteris dimissoriis reddit ipso facto eas nullas, quando exprimendo qualitatem illam, quam tacuit, non obtinuisset illas, tex. est in capit. super litteris, extra de rescript. fallit tamẽ,
3 quando patrimonium † esset ad modicum insufficiens, quia de modico nõ curat prætor, & illud non est habendum in consideratione. Hinc quamuis mendacium sit
4 crimen ex suo genere † mortale, aliquando tamen veniale esse potest, si in re veniali contingat, nam in omni materia rei leuitas regulariter à peccato mortali excusat, cap. vnum orarium, distin. 25. vt etiam procedat in mendacio leui dicto siue in iudicio animæ, siue exteriori, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. & de ratione tegendi, q. 7. Secunda conclusio art. 4. Couar. lib. 1. variar. resol. c. 1. nu. 2. Sic licet laborantes, hoc est facientes aliquod opus cũ
5 labore corporis peccẽt † mortaliter, cum sit contra præceptum illud, Sabatha sanctifices, tamen excusantur à peccato mortali trasgredientes prçceptum ad modicũ tempus, vt suendo, vel vendendo ad modicum, vel vnius, aut alterius barbam tõdendo, vt dixit Archid. in ca. peruenit de consecr. distinct. 3. At quanto tempore liceat hæc facere, dixit Rodanus esse reser-
6 uandum † ad arbitrium boni viri, scilicet Confessarii, vt inspecta paupertate laborantium, & scandali remotione arbitretur plus, vel minus, sed regulariter hoc videtur posse fieri per horam vt habetur ex exemplis traditis per Syluestrum in verbo Dominica, q. 4. Sic licet habitus à religioso professo numquã dimitti possit abs-
7 que rationabili causa, † quin peccet: quia adeò est annexus ossibus monachorum, quod in quocunque loco existentes, siue in lecto quiescentes etiam in casu infirmitatis

tatis constanter eo vti debent, vt elicitur ex tex. in c. sanctimoniali, dist. 23. & c. vidua, 22. q. 1. si tamen habitum dimitteret non ad notabile tẽpus, sed ad modicũ, qđ determinabitur ad arbitriũ boni viri, sci-
8 licet ad horã sine rationabili causa voluptuosè, non incidit in excommunicationẽ. cap. vt periculosa, ne cler. vel monac. lib. 6. Ita Syluest declarat modicum in sũma. in verbo excommunicatio 9. num. 51. vsque 54. Vbi etiam ait nu. 51. quod si feratur excommunicatio pro furto intelligitur pro furto notabili, non autem pro furto modico, puta solidi vnius, aut duorum. Sic furtum ex sui natura est peccatũ mortale, paruitas tamẽ ab illo excusat, At quæ
9 sit ista paruitas, communis † est sententia esse standum arbitrio boni viri, glosa communiter recepta, & approbata in l. sed & si susceperit, §. 2. vers. modica, ff. de iudic. scilicet secundũ qualitatẽ personarum, vt nos diximus in 1. par. decis. l. 2. c. 93. n. 27. & multo satis abundè in praxi casuum reseruatorum l. 3. c. 7. n. 9. vsque 15. vbi nu. 10. habetur, quòd quæ legibus non sunt definita, & determinata, iudicio boni viri definienda relinquuntur. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis, extra officio deleg. Considerabit enim Confessarius si res furtiua
10 sit maximi valoris apud Dominũ, † & fur, hoc nouerit, præuidit, & perpẽdit, vt quia Dominus pauper est, quæ respectu diuitis erit minima, vel si res, quæ ex se est minima, furata sit maximi valoris, vt passerculus carcere inclusus cantans, canis minutissimus nobilis fœminæ furatus, vel captus & tunc ex his, & similibus poterit iudicare, an res sit magna, vel parua. Pariter quamuis clericum percutiens sit absoluẽdus à Romano Pontifice, 17. q. 4. c. si quis suadente, Attamen si leuis est percussio, potest ab Episcopo absolui, c. peruenit, extra de sent. excom. Veruntamen qñ sit leuis, recurrendum est ad arbitrium boni
11 viri, † hoc est Episcopi, vel Abbatis, si percussus fuerit monachus, ita habetur in extrauag. Ioã. XXII. per lectis, vbi dr̃, quòd quia conditio negotij non patitur integrã determinationẽ facere, relinquimus arbitrio tuo, vt declares quę sit leuis, aut enormis iniuria, admonẽtes, vt potius declares in dubio percussionẽ esse grauem, & ab ea nõ posse absoluere, quã declarando leuem esse, occasionẽ præbeat lædẽdi statũ ecclesiasticũ, ita vt velle Panor. in c. cũ illorũ, extra de sent. excõ. nu. 9. Pariter licet fractio voti sit ex se peccatum mortale, tamẽ votum de non ludendo non dicitur quis violare, si animi leuandi causa luderet ad conuiuia ludo alearum in parua quanti-
12 tate, quæ qualis sit, poterit determinari arbitrio Confessarii respectu personæ ludentis, quia non est peccatum, argumen. tex. in l. quod in conuiuio, ff. de aleat. Syluest. in verbo ludus, q. 1. Hinc Nauarr. in manuali, c. 12 dixit quòd non venit cõtra iuramentum de non ludendo qui in parua quantitate animi leuandi causa ludit.
13 Quòd vero erit hoc modicum, remittitur arbitrio Confessarii, nam aliter considerabit secundum statũ vnius personæ, & aliter secundum statum alterius personæ, nã si conceditur solidus vnus magnis personis, paruus vero erit solum grossus, vt dixit Gabr. in 4. senten. d. 15 q 12. colu 3. Sic licet Confessariis aliquid exigere a pœnitẽtibus, vel petere sit prohibitum Syluest. in verbo decima. tamen munuscula quædam modo non transeant ad munera accipiendo à sponte dantibus non peccant, quia minimum non habetur in considera tione; Quæ autem sint ista munuscula, certa regula tradi non potest, vnde remittitur arbitrio Confessarii, vt possint consumi duobus, vel tribus diebus, c. statu tum, §. insuper. de rescrip. in 6. Vbi Archid. nu. 12. & Host. in c. & si quæst. extra de simõ. Rursus quamuis nonnunquam ab ordinarijs locorum reseruetur incendium vt habetur per nos in praxi casuum reseru. lib. 2. cap 23 Non tamen omnis incendia-
16 rius dolosus compræhenditur sub casu, sed quando effectus fuit secutus in re alicuius momenti, etenim si incendium fuerit de modico, tunc sub casu non compræhenditur, quia de modico non est curandum, d. l. Seio, & capit. vnum orarium §. criminis, distinct. 25. Quid autem sit istud modicum arbitrabitur boni viri, qui in animæ iudicio est Confessor, facit glosa in clement. 1. §. nec super de bonis.

Pau-

Pauperum appellatione qui veniant; arbitrium. Cap. 51.

SVMMARIVM.

1 *Pauper, inops & diues quis dicatur.*
2 *Alienatio de rebus ecclesię in necessitate debet incipi ab ornamentis benedictis, & non à rebus consecratis.*
3 *Opera pia quæ dicantur.*
4 *Episcopus distribuenda pauperibus potest cōuertere iu reparationem ecclesiæ Parochialis.*
5 *Pœna pecuniaria regulariter est eroganda inter pauperes ab Episcopo.*
6 *Episcopus in casu necessitatis potest sibi pœnam erogare.*
7 *Pauperum appellatione venit etiam Episcopus, si verè pauper sit.*
8 *Paupertas est consideranda secundum qualitatem personarum.*
9 *Pauper dicitur etiam, qui potest se suo labore nutrire, si aliunde non habet vnde viuat.*
10 *Nobiles non habentes victum secundum dignitatem dicuntur pauperes, numero 12.*
11 *Pauperes qui dicantur, videtur arbitrarium.*
13 *Beneficiarius quantum debeat dare consanguineo pauperi, videtur arbitrarium.*
14 *Ob paupertatem non restituens, quando possit absolui.*
15 *Restitutio quando facienda est pauperibus.*
16 *Aduocatus pro quibus pauperibus debeat patrocinari, sic de medico, & an tunc non patrocinando peccet mortaliter, nu. seq.*

1 Pauperes, inops, egeni, & diuites † qui dicantur, vide Gemin. in distin. 18. cap. 1. Vbi in 3. col. dixit secundum Arch. quòd pauper est, qui parum habet, quasi parum imperans, & parum valens, inops vero, qui nihil habet Soc. cons. 30. in fi. libro 4. Alexand. cons. 91. nu. 4. lib. 7. at egenus est, qui soluendo non est Alex. consil. 91. lib. 7. num. 4. vers. præterea, vel qui valdè pauper est, Alexan. qui supra, text. autem in cap. in primis, 11. q. 1. & in cap. prohibentur, qui dicunt, quòd pauper dicitur, qui non habent in bonis vltra quinquaginta aureos, Floria. de Sancto Petro cons. 21. num. 27. Mendicus autem dicitur, qui non habet redditus, vel possessiones, quibus viuere possit, sed sibi quærit per quæstus, vt est text. in cap. 1. de relig. dom. li. 6. At diues est, qui abundat pecuniis, vel locuples est in possessionibus, vnde qui pecuniam habet, omnem rem habere dicitur, ex Tiraquell. de nobilit. cap. 31. num. 364. & in ca. 3. num. 5. & pecunia dicitur optimus fideiussor futuræ necessitatis, & per diuitias nobilitantur rustici, nam satis est nobilis, qui est diues, vt ex Baldo refert Felyn. in cap. super eo el secondo de testi num. 5. Hinc Petr. de Bellaper. in l. humilem in fine, C. de incest. nupt. dixit nobilitatem nihil aliud esse, quam diuitias inueteratas, vt etiam tradit Gigas in cons. 70. num. 50. Vnde diuitiis familiæ conseruantur, & propter paupertatem pereunt, vnde nobilitas sine diuitiis est multum manca. Tiraquell qui supra num. 9. cap. 25. & hæc pauca diximus de diuitibus. Verum Archid. in rubr de testam li. 6 nu. 3. dixit, quòd pauperes sunt ii, qui sunt in xenodochiis, & parochiis, vt C. de Episc. & cler. l. si quis ad declinandum, & in l. nulli licere, & in l. orphanotropos, item dicuntur non solum personæ pauperes, sed etiam illæ, quæ ad paupertatem deueniunt ob culpam, vel crimen suum, iuxta communem, vt nos diximus in 1. par. decis. lib. 2. cap 96 nume. 60. Vbi affirmauimus posse vendi res ecclesiasticas, puta vasa, & vestimenta, & alia altarium ornamenta pro illis, qui ob crimen suum in tantam paupertatem deuenerūt, vt nisi eis subuentum fuerit, famæ sunt perituri, cap. pasce, distinct. 88. Decius in ca. pastoralis, §. verum, extra de appellat Mo
2 do alienatio accipiatur † ab iis rebus, quę tantum sunt benedictæ, & non ab iis, quæ sunt consecratæ, vt dixit Ripa in l. obligatione

tione col. pen. ff. de pignor. Rursus pauperum nomine veniunt ecclesiæ, monasteria. Imo pauper dicitur monasterium,
3 etiam si habet vnde sustineat moniales, vel monachos, quando vltra victum non habet vnde subueniat necessitati, & fabricæ monasterii, ideo tali monasterio potest fieri distributio demandata à testatore per personam electam, secus si distributio fieret à ministro legis, vt Episcopo, vel alio Feder. de Senis consil. 282. per totum maximè in fine versic. & ei dicatur, vbi quod potius dicitur indigens, quam pauper monasterium habens possessiones, sed maiora onera, quam sint redditus, & quòd pauperum nomine veniunt monasteria aliaque opera pia; dixit Sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 185. artic. 7. vers. Respondeo, vt studium prębere pauperibus, seminaria puerorum instituere, vel illis donare, aut etiam consobrinos, vel consanguineos pauperes ad scholas mittere concionatores pauperes alere, orphanas nuptui tradere, xenodochia, seu hospitalia dotare, vel secundum suum posse alere. Capellas pro sacro faciendo, missarumque eleemosynam statuere, ornamenta ecclesiæ, calices, candelabra, ædificia, atque ornamenta, aliaque similia ad arbitrium Confessarii facere, quæ omnia dicuntur opera pia, facit text. in l. si quis ad declinandum, C. de Episcop. & cleric. & cap. fin. 16. quæst. 1. Hinc Do. Anton. de Butr. in capit. cum sit, extra de iud. dixit
4 † posse Episcopum incerta, quæ veniunt distribuenda pauperibus, posse conuertere in reparationem ecclesiæ parochialis, si indiget ecclesia reparatione, & facultates ecclesiæ non sufficiunt. Idem Feder. de Senis cons. 182. in princip. Sic pœna pecuniaria, quæ aufertur ab Episcopo, quæ
5 de iure est eroganda inter pauperes, † ca. presbyteri, extra dè pœnis, & habetur per Concil. Triden. sess. 25 de reform licet regulariter non sit applicanda cameræ suæ, vt dixit Bald. in l. 2. C. de Episc. aud. ad tollendam omnem sinistram opinionem, & ad tollendam saltem omnem infamiam facti, & periculum conscientiæ euitandũ, vt dixit Hostien in cap. licet, & cap. irrefragabili, extra de pœnis tamen ex causa
6 necessitatis, si ipse euidenter indiget, † potest sibi, vel suæ cameræ imbursare, Host. & Abb. in d. cap. irrefragabili. Imola in cap. 1. extra de cohab. cleric. quia ordinata charitas incipit a seipso, vt C. de vsu pall. l. nisi, Ioann. Andr. in d. cap. irrefragabili, & cap. dilectus de offic. ordi. Cum
7 appellatione pauperum † veniat etiam ipse pauper, si verè sit pauper, vt nos diximus in 2. volum. consil. de senten. excommun consil. vltimo num. 8. Tandem pauperes sunt non solum ij, qui victum non habent, sed qui habent, attamen respectu qualitatis personarum suarum pauperes sunt, quia paupertas est consideranda se-
8 cundum qualitatem † personarum, Quid enim si homo illustris familia, vel eminens scientia habeat victum suum, sed iuxta decentiam suam indumenta, & alia necessaria non habet, & solo victu absq; dedecore status sui contentus esse nō potest, negari non potest, quin iste non sit pauper secundum qualitatem suam, argum. ff. ex quib. caus. maiores, l. in eadem, de vsur. l. sed & si quid, de administr. tutor. l. cum plures, §. cum tutor. ff. vbi pupillus educ. debe. l. ius alimentorum, §. ante oculos de admin. leg. dist. 41. capit non cogantur. Hinc fit, quòd si testator mandat in testamento pauperes puellas maritandas,
9 † intelligitur etiam de illis, quæ suo labore possunt se nutrire, Si non habent, vnde possint viuere, & se nutrire, Si non habent, vnde possint viuere, & sè nutrire. Secundum Baldum in l. paupertas per illũ tex. cum glosa, ff. de excus. tuto. Sic nobiles, quæ habent vnde viuunt, sed non habent dotem sufficientem secundum suam dignitatem, cōnumerandæ sunt inter pau-
10 peres, † quo ad subsidium dotis, Baldus in d. l. si quis ad declinandum; & d. l. paupertas, Decius cons. 120 facit tex. in l. sed si susceperit, ff. de iudic. Igitur si ius exprimit qui dicantur pauperes, standum est iuri, alias in his, quæ sunt leuis præiu-
11 dicij, standum est vulgi opinioni, & in rebus magni pręiudicij hoc erit arbitrariũ, Arbitrium autē suum firmabit iudex spiritualis secundum qualitatem personarum vt dixit Baldus in authen. præterea, C. vnde vir, & vxor. Hinc infertur, quòd Confessarius

fessarius poterit arbitrari pauperem esse illum, qui & si victum habeat ad vitam sustentandam, non tamen ad se decẽter pro sua qualitate seruandum, quare poterit Episcopus, vel executor testamenti, qui habet bona testatoris distribuire in pauperes, aliquid ipsi nobili distribuere, quia licet non sit omninò mendicans, tamen secundum natalium suorum statum aliqua eget sustentatione, & ideo inter pauperes numeratur, secundum Baldum in d. l. si quis ad declinandum in 3. col. circa
12 tertium, Hinc etiam fit, quòd frater † vel soror beneficiarii, qui ante adeptionem dignitatis humilis erat conditionis, & si secundum humilem suam conditionem habeat vitæ necessaria, tamen modo respectu dignitatis ipsius patrui, & fratris potest dici pauper & consequenter potest beneficiarius aliqua distribuere, quibus honorifice in domo sua conspiciatur. Hoc tamen quantum esse debeat, videtur arbitrarium, ita tamen vt superbi non fiant, facit Conc. Trident. sess. 23 de reformat. Ex quibus omnibus concludendum videtur relinqui arbitrio iudicis, qui dicat pauperem secundum Baldum, & alios Legistas in l. si constaret, ff. solut. matrim. & secundum Ioan. Andr. & Canonistas in c. significantibus, extra de offic. deleg. Quod quidem potest ad multa deseruire, & primo,
14 quando Confessarius potest absoluere † non restituentem, vt quãdo inops est, vel quando citra extremam necessitatem habita ratione status, & dignitatis suæ grauissimam pateretur ex restitutione rei alienæ iacturam, & leuè detrimentum ex restitutione non statim facienda imminere creditori, vt nos diximus in 1. par. decis. lib. 3 cap. 133. nu. 4. & 6. Rursus infertur pauperibus esse faciendam restitutio-
15 nem, quando scitur dominus † rei, sed difficilis est ad eum accessus, vel periculo, & scandalo fieri restitutio non potest, quod intellige, modo sit expectatum tempus tãtum, quantum satis est, vt dominus rediturus speretur, & interim apud se custodiri debet, quia si per tempus illud non venit, in tali casu restitutio fieri debet pauperibus. Sic pauperibus esset facienda restitutio, quando dominus nescitur, & ignotus est facta diligenti inquisitione, vt dixit Sotus de iust. & iur. lib. 2. q. 7. art. 1. At quibus pauperibus, videtur arbitrarium. Pariter Confessarius debet arbitrari, vt dicatur pauper ille, qui est in ex-
16 trema necessitate ad hoc, † vt possit aduocatus cogi ad patrocinandum adeò quòd si causa rueret, fama periret, nam tunc esse posset denegatio patrocinij occasio mortis, quæ imputaretur aduocato, 86. dist. c. pasce. Secus si non agitur de tanto patrocinio, quia tunc aduocatus non compellitur gratis aduocare pro paupere, nemo enim compellitur ad bonum faciendum, 23. q. 1. capit ad fidem. Et idem in medico, si potest subueniri infirmo aliunde, non tenetur. Aliàs enim oporteret, aduocatum, & medicum omnia negotia prætermittere, & pro solis pauperibus intendere, & ita disputando conclusit Sanctus Thomas, 2. 2. q. 71. artic. 1. & quando aduocatus tenetur patrocinari pro paupere non patrocinando peccat mortaliter,
17 & iudex sciens talem impotentem, si recusat prouidere tali pauperi de aduocato, non præcipiendo, quòd gratis aduocet, peccat etiam mortaliter, ita Host. & Siculus in c. 1. de offic. iudic.

Percussio an fiat animo irato, vel causa correctionis, videtur arbitrio Confessarij pendere. Cap. 52.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrari debet vt bonus vir, quando aliquid committitur arbitrio alicuius.*
2 *Verberatio, quæ aliàs dicitur castigatio, qualiter differat à pulsatione.*
3 *Castigatio quibus personis permittitur.*
4 *Pater verberans filium in sacris est excommunicatus, non tamen magister.*
5 *Percussio charitatiua, quæ dicatur.*
6 *Percussio causa correctionis debet esse moderata.*
7 *Percussio moderata quæ dicatur.*
8 *Instrumenti genus facit discernere, an percussio fiat causa correctionis.*

9 Cen-

9 *Confessarij arbitrium ex multis colligi potest circa percussionem, an fiat intuitu vindictæ, vel correctionis.*

PRo intelligentia sciendum est, quòd quando aliquid committitur arbitrio boni viri, tunc debet arbitrari, vt bonus vir, & si aliter arbitretur peccat mortali-
1 ter, † & in foro exteriori potest ab eo appellari, vt dixit Maria. Soc. in c. non inter nu. 12. in fi. extra de purg. cano. quòd manifestè apparet per Zabar. in ca. peruenit in fi. de sent. excom. Vbi dixit, quòd si Episcopus inique arbitretur, præter peccatum mortale poterit ab eo appellari per eum, cuius interest, & intellige de Episcopo, qui eligitur, vt arbiter. Rursum adnotandum est, quòd percussio corporalis est illa, quæ fit manu quæ aliàs dicitur verberatio, & propriè is dicitur verberare, qui cum vinculis verberat, l. veluti, ff. de pœnis, licet impropriè dicatur uerberare, qui pugnis cædit ff. de iniur. l. item apud Labeonē, §. vnde quæritur. Et differt verberare, & pulsare, quia verberare est cum dolore cædere, sed pulsare sine dolore, l. lex Cornelia, §. 1 ff. de iniur. Hæc autem percussio, siue verberatio propriè venit nomine castigationis, l. 3. C. de patr. potest. Cuius nomine venit terror, comminatio, & fustium castigatio, l. nec quisque. §. de planè, ff. de offi. procons Hanc autem percussionem, siue castigationem possunt fa-
3 cere † patres in filios. l. vnica. C. de emēd. propinq. cap. cum voluntate, § fi. ubi de familia, extra de senten. excom. seniores in propinquos iuuenes, hoc est adolescentes, d. l. vnica, l. non aliter, §. 1. ff. de leg. 3. Bald. in d. l. vnica Prælati in subditos, d. c. cum voluntate, 23 q. 4. c. fortè. Maritus in vxorem, l. vxorem. C. de condit. inser. c. sicut, vbi est glosa notab. 7. q. 1. Dominus in seruum, instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. §. fi & præceptor in scholares, etiam clericos in sacris, glosa in cap. cum beatus, dist. 47. Quod est secus in patre, qui verberando filium in sacris incidit in excommunicationem, non autem, si esset in minoribus, Præpos. in d. c. cum beatus. Hostien in d. cap. cum voluntate, §. fina. Hæc tamen percussio debet esse charitatiua, quæ tunc dicitur, quando fit intuitu
5 correctionis, † quo casu etiam si fortuito casu aliquantulum excesserit, excusatur percutiens à peccato, gl. in d. c. cum voluntate, §. fi. vers. inferiorum, quia non attenditur id, quod fit accessoriè, sed quòd fit principaliter, d. c. cum voluntate. Quapropter quando pęnitens accessit ad Confessarium, siue sit magister artium, siue pręceptor, aut pater filium in minoribus, aut senior propinquos iuuenes, aut maritus vxorem percusserit, interroget quare percusserit, quod si respōdeat causa correctionis, dicat pęnitenti multum, vel temperatè percusserit, quia percussio causa corre-
6 ctionis debet esse modica, † temperata l. 3. in fine, ff. ad l. Aquil quia nimia seueritas culpæ æquiparatur, l. præceptoris, ff. ad l. Aquil. Item interroget an tunc percusse-
7 rit subditum, quando malum † operatus est, vel postea, vt dixit Maria. Soc. in cap. audientiam, nu 9 extra de homic. tūc pręceptor dicitur scholarem verberare causa
8 correctionis, † quando eo tempore, quo eum percussit, monebat, vel docebat, vt discipulum, facit quod notatur in l. 3. ff. de don inter vir. & vxor. Vbi habetur quod illud, quod fit tempore ludi præsumitur factum causa ludi, Item interroget quo genere instrumenti, & in qua parte corporis percusserit, nam si præceptor manum cum palmata percussisset, videtur percussio facta causa correctionis, quamuis modum excessisset, quia non possunt verbera semper suspendi in statera, Turrecr. in c. si quis suadente, 17. q. 4. At si ferro, secus: Item interroget in qua parte corporis percusserit, quia si in capite, vel in facie, tunc non videtur facta animo corrigendi. Rursus si post commissum errorem sedata ira subdito post redeūte percusserit, modum excedendo, tunc non intuitu disciplinæ, sed animo vlciscendi videretur facta percussio, argu. text. in l. quod ait lex. §. quod ait, ff. de adul. Igitur ex his, & similibus diligenter interrogatis poterit Cōfessarius, vt bonus vir arbitrari, an percussio fiat animo, & intuitu correctionis, vel causa vlciscendi.

Percutiens clericum an incurrat in excommunicationem, videtur arbitrarium. Cap. 53.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium canonis si quis suadente latissimè interpretatur.*

2 *Prælatus, vel parens percutiens filium in sacris an sit excommunicatus.*

3 *Percutiens clericum coniugatum, quando incidat in canonem.*

4 *Prælatus debet per se clericum verberare aliàs est excommunicatus.*

5 *Percutiens clericum, quem probabiliter putabat laicum, non incidit in excommunicationem.*

6 *Excommunicatus an sit percutiens clericum immiscentem se enormibus delictis.*

7 *Percutiens pro defensione vitæ, vel propinquorum, an sit excommunicatus.*

8 *Excedens se defendendo nec incidit.*

9 *Nec qui ponit manum ad vestem, si non eripit.*

Licet priuilegium canonis si quis sua-
1 dente † 17.q. 4. latissimè interpretetur de omni corporali læsione iniuriosa non solum in corpus, sed etiam in rebus corporis adhærētibus, & etiam in sola detentione corporis sine vlla læsione, modo clericus abire nō possit, c. nuper vbi Inn. de sent. excomm. & Fely. nu. 5 Tamē multa sunt consideranda à perito Cōfessario, si fortè fuerit interrogatus an percutiens pęnitens sit excommunicatus, & primo interrogetur pœnitens qui clericum percusserit, an fuerit Prælatus, vel parens percussi, vel eius præceptor, nam excepto prę ceptore si percusserint in sacris sibi suppo
2 situm, etiam † correctionis causa, quia etiam ipsi inciderent in canonem, gl. in ca. cum voluntate, §. fin. in verbo in minoribus, extra de sent. excommu. Lapus alleg. 119 nume. 5. versic. item si frater, nisi verberarent clericum leuiter in minoribus constitutum correctionis causa, dict. §. fi. Rursus an percusserit clericum, & si cle-
3 ricus fuerit coniugatus, vt est grauis, vel non, & si coniugatus, an cum virgine, & incedat in habitu, & tonsura clericali, & incidit, cap. vnic. de cler. coniug. in 6. aliàs secus. Rursum an laicus percusserit clericum, vel religiosum de Prælati mandato, etiam ex causa licita, nam incidit in canonem tàm laicus, quam mandans, quia si ex causa correctionis debet per seipsum vel clericum, vel religiosum verberare, ca. vniuersitatis de senten excommunic. Vbi glosa ampliat, etiam si clericus verberatus consentiret, quia tenentur venire ad Sedem Apostolicam pro absolutione. Rursus An quis percusserit clericum, quē probabiliter putabat laicum quia nō incidit in canonem, Lapus alleg. 90. in Dei
4 nomine, num 10. in fi. & hæc est communis opinio Clarus in §. fin. quæst 77. nume. 7. Et statur Sacramento percutientis, quod nesciuerit ipsum clericum, Lapus al legat. 95 num. 5. versic. secundo, Abb. in cap. si vero, 1. de sent. excommun. (verbi gratia) percussisset clericum incedentem in habitu laicali, si verè ignorabat eum clericum, aliàs secus, Clarus, qui supra nume. 6. versi. sed an percutiens, vbi de communi. Item an interfecerit clericum im-
6 miscentem se enormibus delictis sine habitu clericali, nam non incidit in pœnam canonis, quia licet talis clericus non amittat priuilegium fori, benè tamen amittit priuilegium canonis, Aretin. consil. 163. nume. 16. Clarus qui supra testatur communem præsumitur enim talis quem habitus demonstrat, & ignorantes non ligātur excommunicatione, optimus tex. in l. si ignorans. ff. loca. Cuius verba sunt Nō enim contempsit disciplinam, qui ignorauit ipsum militem. Sic si clericus occisus erat assassinus, quia ex quo potest tanquam diffidatus per secularem puniri pę na mortis, in eum cessat hæc excommunicatio, Clarus in d. §. fin. quæst. 36. nu. 19. ver. item quęro. Pariter interroget, an percussio fuerit facta ad defensionem, & repulsam necessariam, Gemin consil. 134.
7 num. 1. versic. item sextus, Cardin. Zabar. consil. 42. vbi latè. Clarus in §. homicidium, nu. 29. versic. præterea, vbi de communi.

muni. Quod procedit nedum pro defensione vitę, sed etiam propinquorum, imo, & extranei pro defensione rerum suarum licitum est percutere, & interficere clericum, Clarus in d. §. homicidium, num. 24. & seq. maximè num. 29 Imo etiam si percutiens clericum se defendendo modum
8 excedat, dummodo ex proposito id non faciat, non incidit in excommunicationem glosa in cap. significasti el secundo in verbo tutelę de homicid. Quare si quis repellat vim vi, vel repellat iniuriam patris, filij, vxoris, & familiæ suæ, vel etiam extraneorum non dicitur pęnam incurrere, ad quam incurrendam debet præcedere diabolica persuasio, Zabar. cons 42. Reueren de pater. Quod idem extende, quando clericus insultaret aliquem, qui ipsum offenderet, nam non incidit in pęnam canonis, Clarus, d. § fi. q. 77. num. 2. An vero offensio sit facta cum moderamine, vel sine, est arbitrarium Episcopi Card. cons. 42. Item interroget, an posuerit manum ad vestē,
9 vel aliam rem, quam habebat Clericus, quia si illam rem non eripit de manibus clerici, non incurrit excommunicationē, Gemin. cons. 134 nu. 2. vers. sed propter, aliàs secus. Item an pater, vel maritus clericum interfecerit, quia fuit repertus cum filia, vel vxore, quia tunc potest impunè interfici, ex quo ipsis permittitur offensa, communem dicit Clarus in § homicidiū, num. 48. vers. dixi etiam. Ecce quot interrogationes sunt faciendæ per Confessarium, vt rectè arbitretur, an percutiēs clericum sit excommunicatus.

Permutatio beneficij causæ, quibus licitè fiat, videntur arbitrio boni viri determinandæ. Cap. 54.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio generaliter sumpta, & beneficium, quæ nu. seq.*
3 *Permutatio vt licitè fiat, quæ requiruntur.*
4 *Praxis faciendi permutationem beneficiorum quæ.*
5 *Permutatio beneficij, vt licitè fiat, quæ causæ licitè, nu. 8.*
6 *Causæ, quæ iustæ, videntur remittendæ arbitrio boni viri, nu. 7.*
7 *Permutatio in beneficijs maioribus fit ob vtilitatem ecclesiæ, & an ob gratiā personarum.*

PRo intelligentia infra dicendorum adnotandum est id, quod habetur per Florianum in cap. quæsitum, extra de
1 rerum permut. Vbi ponit quid sit permutatio, & respondit, quòd permutatio generaliter sumpta est rei propter rem breui conuentione facta traditio, Idem habetur per Host. in summa, facit quod habetur in l. ex placito C. eod. tit. & per Azonem in summa illius capit. est contractus innominatus, ideo locus est pœnitentiæ re integra, Castr. cons. 241. In quæstione in prin. lib. 1. Alex. cons. 16. viso dicto Themate in princip. lib 2. Et ideo de iure ciuili cum sit locus pęnitentiæ, & sit pactum nudum non datur actio, Alex. cons 16. viso in princ lib. 2. Sed de iure canonico secundum communem practicam datur actio ex pacto nudo, Alex. qui supra, tunc demum, si agere volens primo est paratus implere pro parte sua, aliàs secus, vt dixit ibi Alexan quæ ad sui validitatem requirit, quòd hinc inde dominium transferatur rerum permutatarum, aliàs si in modico non transfertur, tota permutatio esset nulla, Castr. cons. 225. pro euidentia nu. 3. vers ex his patet lib. 2. Sed in specie
2 permutatio beneficiorum est duorum beneficiatorum in alterum facta beneficiorum per superiorem translatio, & è con-
3 tra. Vt autem hæc beneficii permutatio licitè fiat, quę requirantur, vide per Petr. Rebuf. in sua praxi tit. de permutatione lib. 3. & Primo quòd is, qui permutauit beneficium cum eo, qui moritur habeat ius in beneficio permutatio, Anch. cons. 385. in fine, vbi allegat tex. in cap. 1. de rerum permut in 6. Secundo vt permutatio non fiat ex dolo, quia cum permutatio sit contractus bonę fidei, ca. cum venerabilis de except. Feder. de Sen. consil. 164 in prin. dolus dans causam contractui bonę fidei

reddit ipsum nullum, Feder de Senis, qu supra in princ. Et præsumitur dolosa, quã do infirmus ex causa permutationis resignat beneficium pingue pro tenui consanguineo suo, vel amico, Ancharan. consil. 385. per totum maximè, num. 6. vsque in fi. Feder. de Senis consil. 65. in fine. Verbo ad id, qui dicit quòd permutatio facta per constitutum in articulo mortis nõ est honesta, neque tuta. Tertio, vt non sit lęsio vltra dimidium interueniens in permutatione, nam rescinderet permutationem, nisi suppleretur, Cald. cons. 4. de rerum permut. Quarto, vt permutatio fiat in manibus Episcopi, qui permutationem authorizabit consentiente inferiore collatore, non autem fieri debet in manibus inferioris collatoris, Feder. de Senis consil. 156. nu. 3. in fi. vers. item quando collatio, potest tamen in manibus Papæ fieri permutatio quorumcunque beneficiorum, quia est ordinarius, etiam si beneficia, sint regularia, Calder. consil. 1. de rerum permut. Sic beneficia iuris patronatus sunt permutanda cum consensu patroni laici, tamen si non vult consentire, potest Episcopus liberè ex causa permutationis conferre, Gemin. cons. 50. per totum qui allegat Anchar. & alios. Quinto in omnibus casibus, in quibus permutatio admittitur, Episcopus debet semper adhibere cognitionem, an expediat ecclesijs permutatio personarum, item quòd æqualitas seruetur Anch. consil. 79. Quæstio proponitur per totum maximè in fi. vltimo debent exprimi iustæ causæ, quæ quales sint, videntur remittendæ arbitrio boni viri, vt Episcopi, vel Confessarii pęnitentis, si ad eum sit accessus, vt habito consilio possit fieri
4 supplicatio ad superiorem † hoc modo. Cum in tali ecclesia, quam habeo, nõ possim securè manere propter talem, & talẽ causam, supplico vt alteri prouideas de mea ecclesia, & mihi de alia. Vel posset etiam dicere, cum mihi vtilius esset esse in ecclesia, quam habet talis, & sibi vtilius esset esse in mea, ideo supplico, vt vobis placeat nos permutare, & hæc praxis satis posset sustineri, vt dixit Imola in d. capit. quæsitum num. 10. Quapropter exploret Cõfessarius an ista permutatio fiat ex cau-
5 sa necessitatis, † vel vtilitatis ecclesiæ, 6. q. 1. c. scias, Calder. de rerum permut, cap. 1, aut propter necessitatem, vel vtilitatem permutantium, vt probatur in c. pen. verbo vtilitati vtriusque de rerum permutat. (exempli gratia) quia in vno loco non moratur sanus, nam tunc potest transferri ad alium locum, vbi posset sanus morari, & pariter quoque vbi in vno loco potest magis proficere, quàm in alio, facit quod dixit Io. Andr. in addit. Spec. super rubrica huius tit. & potest poni exemplum quando bonus Theologus habet ecclesiam in rure, & presbyter, qui non est Theologus habet ecclesiam in Ciuitate, quæ magis indiget bono Theologo, nã tali casu suadente permutationem videtur esse ne dũ vtilitas ecclesiarum, sed etiam persona-
6 rum, Sic iusta causa est, quia † quis non potest proficere propter diuersitatem linguarum, vt dixit ibi Zabarell. oppos. 3 vel
7 inimicitia, vel alia similis causa † remittẽda arbitrio boni viri Confessarii, qui consultus debet consulere pęnitẽtem in hoc. Sed aduerte, quòd in maioribus beneficiis non consueuit fieri hæc translatio, nisi exigente necessitate, vel vtilitate ec-
8 clesiæ, † Sed quando fit ob gratiam personarum pro vt fit in cap. ad supplicationẽ de renunt. & 34. dist. ca. quorundam consueuit fieri tantum in beneficiis minoribus, Anch. in d. c. quæsitum in fin.

Poculum amatorium quando sapiat hæresim, status prudenti arbitrio Confessarij. Cap. 55.

SVMMARIVM.

1 *Poculi amatorij nomine comprehenditur duplex veneficium.*

2 *Poculi amatorij & veneficij definitio.*

3 *Poculum amatorium an sapiat hæresim, diligenter a Confessario inquirendum, & arbitrandum, num. 5.*

5 *Poculum amatorium in quibus casibus sapiat hæresim.*

PO-

1 POculi amatorij nomine comprehenditur duplex † veneficium, vt est tex. in l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, & in l. 3. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. scilicet maleficium amatorium, & beneficium, & propriè consistit esu, & potu dictis iuribus, vnde poculum amatorium
2 † est, quo malefici vtuntur ad flectendos animos hominum in aliquos ad amorem carnalem, & auertendum ab alijs, sed veneficium est illud, quod solet nocere hominibus, vel in persona, vt faciunt strigæ, occidendo pueros, vel infirmitates, aut dolores causando, vel ligando personas, ne possint consumare matrimoniũ, c. si per sortiarias, 33. q. 2. vel est maleficiũ quo nocet in rebus, vt vineas, & arbores destruendo, animalia occidendo, ædificia destruendo, de quo duplici genere veneficiorum diximus in praxi casuum reser. lib. 7 c. 1. nu. 13. 19. vsque 23. Igitur quando pœnitens est innodatus hoc peccato. & confitetur, vt prudenter arbitretur Cõ
3 fessarius, an poculum amatorium sapiat hæresim, † debet diligenter ipsum interrogare, an fecerit pactum cum dæmone, & promiserit se negaturum fidem, & sacramenta, & si dixerit quòd sic tunc sapit hæresim, imò si maleficus hoc pacto habuerit aliquem errorem in fide, & existi-
4 mans eam † non esse veram fidem, tunc est hæreticus. Interroget etiã, si admiscuerit ecclesiæ Sacramenta, vel sacramẽtalia, vt aquam benedictam, vel res sacras, aut reliquias sanctorum, nam tunc etiã sapit hæresim, quia nisi crederet Sacramenta, vel sacramẽtalia, vel res sacras habere virtutem ad maleficiorum operationem, nõ adhibuisset illa, vnde hæc omnia reddunt maleficium valdè de hæresi suspectum. Interroget etiam an vsus fuerit verbis sacris ad dæmonum inuocationem, aut aqua benedicta, vel cera benedicta ad sciẽdum futura. Item an fecerit aliquid, quod sui natura præsefert quod sapit hæresim manifesta, vt imagines baptizare præsefert, quòd illæ sint capaces illius Sacramenti. Igitur hæc sunt à Confessarijs diligenter inquirenda, & ex pœnitentium responsionibus
5 poterit Confessarius arbitrari, † an, & qñ poculum amatorium sapiat hæresim, vel non, vt hæc habentur in 2. parte directorij super explicatione extrauag. Ioannis XXII. quæ incipit. Super illius speculum. fol. mihi 364. col. 2. in fine.

Præceptum multa arbitraria habet. Cap. 56.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum, & consilium per quæ verba inducantur.*
2 *Discrimen inter Principes ecclesiasticos, & seculares quo ad præcepta.*
3 *Abbatissæ potestatem non habent ponendi præcepta spiritualia.*
4 *Monialium transgressio præcepti an mortalis, videtur arbitrarium.*
5 *Abbatissæ quando possint monialibus prę cipere sub mortali.*
6 *Prælati multiplicantes præcepta, multum reprehensibiles.*
7 *Præceptum à quo tempore liget.*
8 *Curiositas multa reprehenditur in sciendo.*
9 *Ignorantia vt excuset ab excommunicatione, qualiter intelligatur, nu. seq.*
11 *Statim aduerbium est arbitrariũ, nu. 12.*
13 *Tempus datum ad aliquid faciẽdum, vel eundum videtur arbitrarium.*

1 PRæceptum, & consilium per quæ verba inducantur, † latè habetur per D. Antonium de Butrio in c. nam concupiscentiam, n. 16. extra de const. & qualiter differat præceptum, & mandatum, habetur per Felynum in cap. cum te in 6. col. verbo mandatum eo. tit. & nota quòd prę ceptum importat necessitatem, 3. q. 1. cap. quod præcipitur, & illi non obedire peccatum est, sed consilio nõ obedire non est peccatũ, Sed non meretur, 10. q. 1. c. fi. Et an hoc præceptũ expiret morte præcipientis, vide Felynum in capit. relatum in vlt. colum. extra de offic. deleg. An vero non obedire præcepto spirituali sit peccatum mortale, Respondeo quòd non, Etenim

 si Prin-

ſi Principes ſeculares ponunt præcepta, quando eorum tranſgreſſio ex natura, & quantitate, & qualitate rei eſſet mortalis, quod quidem videtur remittendum arbitrio boni viri ſcilicet Confeſſarij, tũc erit mortalis, aliàs ſecus, Alex. cõſ. 2. viſo libello in fi. lib. 2. Nam hoc eſt diſcrimen inter
2 Principes ſeculares, & ſpirituales, nã Principes ſeculares poſſunt præcepta ponere, quæ obligant quidem ſub peccato mortali, ſed quia non ſunt ſpiritualium iudices, non eſt eorum facultas decernere, vt ſuũ præceptum obliget ſub reatu mortali, aut veniali, ſed tantum conſtituere opus in genere virtutis, cuius tranſgreſſio (vt ſupra diximus ex natura, & qualitate, & quantitate rei penſari debet, ſit ne mortalis, an venialis: ſed eccleſiaſtici Prælati eo ipſo, quòd aliquid præcipiunt, niſi præceptum contineat manifeſtum errorẽ, obligant ſub peccato mortali. Sic & Abbatiſſæ, & aliæ matres ſanctimonialium præfectæ ratione officij poteſtatem non habẽt
3 ponendi præcepta ſpiritualia, ſed tantum ciuilia, ſicut matresfamilias, cui ſubditæ tenentur obedire, nempe ne litteras ſcribant, aut recipiant, aut cum viris loquantur, aut ad hortum exeant, ſed tamen iſta præcepta ex natura rei æſtimari debẽt ſub quo reatu obligent mortali ne, aut veniali: Enimuero tãtum ad cuſtodiam domus conferre poſſunt, vt eorum tranſgreſſio eſſet mortalis, & tam parum, vt eſſet venialis, quod prudenti arbitrio Cõfeſſoris monialium remittendum eſt, † quando ipſæ
4 confitentur, quòd etiam intellige, quãuis ipſa Abbatiſſa poneret præceptum in ſcriptis, nam nec talis tranſgreſſio eſſet mortalis. Quod tamen ſecus eſt in Prælatis religioſorum, nam eo ipſo, quòd præcipiunt in ſcriptis, intelligitur obligare ad mortale. In vno tamen caſu poſſunt monialium præfectę præcipere ſub peccato mortali, videlicet ex commiſſione, vt quando Pro
5 uincialis ſi ei viſum fuerit ad honorem domus, & monialium expedire, Prioriſſis & Abbatiſſis cõmiſerit præcepta ſpiritualia in graui neceſſitate ponere, citra tamẽ excommunicationis cenſuram, nam hæc facultas numquam mulieribus commiſſa eſt, nec eis committi debet, capit. delicta, extra de maior. & obed. Et nota quòd dixi in graui neceſſitate, quare magnopere videntur reprehenſibiles illi Prælati, qui
6 tanta leuitate, & impetu † abſque deliberatione pręcepta ſuis ſubditis multiplicant, pręcipuè ſub pęna excommunicationis latę ſententiæ, quod eſt contra Conc. Triden. ſeſſ. 25. capit. quamuis, cum ſummus legiſlator Deus primis parentibus duo ſolummodo pręcepta ſeruanda impoſuerit, Geneſ. c. 2. Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, & tamen alterum eorũ tranſgreſſi ſunt, de quo loquitur tex. in c. quid ergo 11. quæſt. 3. Quanto ergo facilior erit tranſgreſſio, quando à Pręlatis fit multiplicatio pręceptorum, Sed à quo
7 tempore hoc pręceptum liget, † dic quod a tempore notitiæ, & ſcientiæ, facit gloſa in capit quanto 2. quæſtione 6. cap. apoſtolicæ de cler. excommunic miniſtr. vel depoſi. Vbi qui probabiliter ignorans ſe ſuſpenſum celebrat, non efficitur irregularis, ſecus ſi non probabiliter. Nec requiritur ſecundum Doctores quòd quis ſit
8 multum curioſus in ſciendo, † dummodo non ſit nimis deſidioſus, arg. text in l. nec ſupina, ff. de iur. & facti ignor. & quod diximus de ignorantia, quę ex probabilibus coniecturis inſurgit, quòd excuſat ab excommunicatione, intellige quantum ad euitandam pęnam, ſi quod pręcipitur ſub
9 pęna excommunicationis nõ obſeruatur, non tamen quo ad euitandum vinculum cenſuræ, quod inducitur etiam in ignorante, 11. q. 3. c. cum aliquid, Gemin. in d. c. quanto in fi. Vbi ignorans excommunicatum, aut ſuſpenſum in dubio. Si tamẽ voluit excommuicans, vt a tempore ſcientiæ, aut à tempore receptionis litterarum eſſet excommunicatus, tunc erit ligatus. In fauorabilibus antequam litteræ perue
10 nerint ad abſolutum ab excommunicatione, erit abſolutus, licet ipſe ignoret, facit tex in l. qui domini teſtamẽto, ff. de teſtam. vbi habes, quòd ſeruus, cui relicta eſt hæreditas adita hæreditate per hæredẽ licet ignorans, liber eſt. De hac tamen materia, quando, & an ignorantes liget excõmunicatio, vide latè quę diximus in noſtris deciſ. in 1. par. lib. 4. c. 9. ſic nec lex ligat

gat ignorantes, §. leges, d. 4. c. proposuisti, dist. 82. sic nec sententia, 2. q. 6. c. biduum,
11 & nec statim † sed videtur arbitrariũ habito respectu, vt possit notificari superiori illud, quod fuit iniunctum sub pęna excõmunicationis, quod tempus poterit Confessor determinare, an fuerit constitutus in mora, an non, facit quod dixit D. Ant. de But. in cap. de cętero, nu. 6. de sent. ex-
12 comm. nam statim † importat arbitrium boni viri, Abbas in c. potentia extra locati. Sic restitutio rei alienæ statim facienda est sub reatu peccati mortalis, quod intellige ciuiliter, & moraliter, nã potest quis expectare opportunitatem absque fraude quia transacta debet statim restituere, Sic famæ restitutio est facienda, & correctio, quando quis aptus est illam recipe-
13 re, Sic tempus datum ad aliquid faciendum, vel eundum ad aliquem locum debet dari arbitrio boni viri competens ad se pręparandum itineri, vel facere, l. ab hostibus, §. fi. ff. ex quibus caus. maio. Bal. in cap. firmiter in 1. not. de prohib. feu. & sic non includit diem componendi sarcinulas, & recessus, Alexand. in l. 1. ff. si quis caut.

Prædicare in peccato mortali, an sit peccatum mortale, videtur remittendum arbitrio boni viri. Cap. 57.

SVMMARIVM.

1 *Prædicare de iure positiuo omnes prohibentur, nisi sint Sacerdotes.*
2 *Prædicatio de iure non competit fratribus mendicantibus nisi ex priuilegio.*
3 *Prædicare cum peccato mortali an sit mortale, videtur arbitrarium, numero 5.*
4 *Prædicatio criminosi non est contemnenda.*

1 Et si de iure positiuo prędicare, omnes prohibeantur, † nisi sint Sacerdotes, 16. quęstio. 1. capit. adijcimus, extra de hæret. capit. excommunicauimus, el primo, quod intellige de Episcoporum licentia, iuxta illud Pauli ad Roman. capit. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, nisi sint habentes curam animarum, nam eo ipso munus prædicandi habent, ita Cardin. Zabarell. in clem. dudum, §. verum de sepult. & in clemen. 1. de regular. Abbas in capit. quam sit, extra de iudæis, quare non competit fratribus mendicantibus, nisi ex priuilegio,
2 vt habetur in dicto capitulo quam sit in fine. Sic nec etiam mulieribus Abbatissis. Scilicet publicè, nam in secreto sic inter moniales, Cardin. in clement. 1. in princip. de relig. Sed an prædicare in pec-
3 cato † mortali sit peccatum mortale, Caietan. videtur tenere quòd sic, propter iniuriam, quæ fit prædicationi, iuxta illud Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, Existimasti inique, quòd ero tui similis, quasi bona iubens, & mala faciens. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, idest, teipsum tuis proponam oculis, vt in te cernas vtrum tua pręedicatio sit tuis moribus congruens. Quamuis prædicatio criminosi non sit contemnenda, quia teste Hieronymo sicut lixium per cinerem humidum fluens
4 lauat, & non lauatur, ita bona doctrina animas credentium lauat à sorde peccatorum, vt dixit text. in § fin. in fi. distinct. 33. Felynus in capit. cum adeo in vlt. col. extra de rescript. Confessor vero, qui audit pœnitentem, qui confitetur se prædicasse in peccato mortali, vt possit rectè arbitrari an peccauerit mortaliter, † de-
5 bet interrogare, an erat peccator publicus, quia tunc profecto arbitrabitur illum peccasse mortaliter, nam tunc propter scandalum directè fructus prędicationis obstat, iuxta verbum Gregorii in pastorali, Necesse est cuius vita despicitur, eius prędicatio contemnatur. Quare vt Paulus ad Roman. capit 2. per huiusmodi prędicatores, qui prędicant non furandum, & publici sunt latrones, nomen Domini blasphematur inter gentes. Quod si dixerit se non fuisse peccatorem publicum, sed occultum, interroget, an

prædicauerit cum timore, & tremore, nã tali casu non esset peccatum maximè quã do ex officio hoc ei incumbebat. Quod si dixerit se peccasse animo, & studio vilipendendi prædicationem, tunc esset peccatum mortale; quia tunc videtur facere, ex contemptu, & contemptus semper est peccatum mortale. Igitur Confessarius discussa bene conscientia pœnitentis poterit arbitrari, an, & quando prædicare cum peccato mortali sit peccatum mortale, vel non.

Pretium iustum ad explorandum id videtur ex multis. Cap. 58.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei immobilis quale.*
2 *Pretium duplex legitimum, & naturale.*
3 *Pretium legitimum excedi non potest, nisi cum peccato mortali, aut veniali.*
4 *Arbitrium mercatorum circa pretium naturale debet considerare multa, nu. seq.*
6 *Negotiationis ars vt plurimum est rerum euentibus subdita.*

1 DE pretii iustitia dicendum † est aliud esse pretium rei immobilis, & aliud rei mobilis, vnde circa pretium rei mobilis considerare oportet tempus ipsius contractus, vt habetur in l. si voluntate, C. de rescind. vendit. & in c. 1. & c. cum dilecti de elect. & vendi. scribit Bart. in l. 2 num. 16. de empt & vendit. Guido Pap. q. 175. Item ad æstimandum iustum rei valorẽ, & pretium consideranda est tam qualitas temporis, quando contrahitur, quàm personæ, cum qua celebratur contractus, ac etiam ipsiusmet rei, & pacti, & oneris contractui adiecti, ita sanè post alios dixit Cagno. in l. 2. nume. 233. & 243. Vnde belli, & pestis tempore prædia viliotis sunt pretii, quàm pacis, & sanitatis, ita Bal. in l. 2. colum. 2. versic. sed pone, C. de rescin. vendit. qualitas quoque personæ venditoris efficit, vt res vendatur, vel viliori, vel cariori pretio, vilius enim emitur ab emptore ære alieno implicito, vt scribunt Ripa in l. 1. §. si hæres, nume. 28. ff. ad Trebell. & Cagnolus in d. l. 2. num. 199. cum iustus subsit timor alicuius litis ob potioritatem. Idem dicimus de emente à rixoso, vt tradit Iason in l. 2 in princip. num. 18. ff solut. matrim. Qualitas enim rei auget, vel minuit pretium. Nam vilius venduntur res simul, & in vniuersum, quàm res vna particularis, Alexand. consi. 127. lib. 2. Qualitas quoque oneris, & pacti adiecti in venditione minuit valorem, & pretium ipsius rei, vt in pacto de retrouendo, l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. Est & aliud pretium rei mobilis, quod duplex est, nam aliud est, quod lege positum
2 est, scilicet quod modius tritici, aut vini, vel vlna panni vendatur decem, & aliud naturale, quod diuiditur in pretium piũ, & medium, siue moderatum, vel excessiuum, vt quæ res iustè venditur decem, quoque venditur tum vndecim, tum etiam nouem; Quod non sic est de pretio legitimo, nam neque vnius oboli acces-
3 sio licita est, sed est peccatum mortale, si excessus notabilis obnoxiusque restitutioni, augetur, & si excessus erit perexiguus, erit veniale. Igitur nos intendimus loqui de pretio naturali, quod quidem dicitur arbitrarium. Ad quod explorandum
4 primum attendenda est necessitas rei, mox copia, & inopia, deinde negotiationis labor, cura, industria, & pericula. Præterea si merces, vel in melius mutatę sunt, vel in deterius, venditorumque, atque emptorum frequentia, atque id genus alia, quæ prudentissimus quisque speculari potest, At hoc arbitrium non debet es-
4 se vniuscuiusque mercatoris. † sed prudentium, eorumque qui sunt pietatis cultores: Est enim fallacissima regula si quis quanto semper emit pretio, quantumque laboris, & periculorum subiit, tanti velit vendere cum lucri accessione, etenim si mercator, artisque negotiorum ignarus pluris iusto emit, aut sibi fuit aduersus inopinatus aduentus, quia copia mercium insperata succreuit; non potest iustè extorquere expensas, quas fecit. Et vice versa si industrior aliquis, vel fortuna-

tunatior, cui contingit minoris emere, aut fautrix arrisit insperata rerum inopia, tūc iustè potest carius vendere etiam eodem die, & eodem loco, idque nullatenus mercibus in melius commutatis, nam cum vt plurimum negotiationis ars sit rerũ euen
6 tibus subdita, † debent negotiatores, & sinistra suo dispēdio subire pericula, & prospera libenti animo amplecti. Hæc igitur Confessarij interrogati à negotiatoribus debent subtiliter discutere, vt possint decernere, an valeant extorquere expensas, quas ipsi fecerunt, vel carius vendere res emptas.

Processiones publicæ, quando dicantur, videtur arbitrarium. Cap 59.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra non euntes ad processionem, quando incurratur contra transgressores, videtur arbitrarium.*
2 *Processiones publicæ quæ dicantur, videntur arbitrariæ, numero seq.*
4 *Processiones, quæ fiunt in litanijs, an dicantur publicæ.*
5 *Religiosi quare vocandi sunt ad processiones.*
6 *Causæ, quæ sint rationabiles ad non eundũ ad processiones, videntur arbitrariæ.*

SI Episcopus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præceperit monachis, vt accedant ad processiones, si aliquis ex illis non accesserit, & hoc confitetur; An inciderit in excommunicationem exigitur prudens Confessarii arbitrium,
1 † vt consideret, & exploret, An percussiones sint publicæ, vel non, & dicuntur publicæ illæ, quæ fiunt ex graui causa, quæ omnes tangit, scilicet quando imminet vtilitas publica, vt pro electione Summi Pontificis, pro nouo introitu Episcopi,
2 † pro peste imminente, vel si timetur aliquod futurum flagellum, communiter Doct. in cap. nimis, extra de excessib. prælat. Vel quæ fiunt in Iubileis publicis, vel in Neapoli in festo Sancti Ianuarij Martiris, vel quæ fiunt in die Sanctissimi Corporis Christi, nos in 1. vol. consil. de regular. cap. 10. nu. 9. vel si sit alia similis causa determinanda arbitrio boni viri. Sed notandum, quòd quando religiosi te
3 nētur ire ad processiones, † oportet quòd clerus ciuitatis accedat cum Episcopo induto vestimentis Episcopalibus processionaliter, Do. Anto. in d. cap. nimis 2. Vbi Mari. Socc. Quapropter si Episcopus accederet absq; cruce, vel accederet non processionaliter, sed ante processionèm, vel post, nō essent processiones publicæ. Nos qui supra num. 14. An vero processiones,
4 quæ fiunt † in litaniis dicantur publicæ, Dic quòd non, vnde religiosi non tenentur ad illas accedere, vt ibi diximus à nu. 10. vsque 14. quinimo si pluries vocati accessissent religiosi exempti, nec ire tenentur, quia priuilegium est facultatis, & maximè si protestati fuerint, Cal. consi. 8. de regular. in fine. Quod si pœnitens fateretur processionem fuisse publicam, tunc exquirat Confessor an aliqui monachi non accesserint, vel totum monasterium, quia si aliqui, non incurrunt in censuram, sufficit enim quòd accedat crux cum aliquibus. Quod si dixerit monasterium, hoc est monachos omnes non accessisse, facit tex. in c. monasteria de vita, & honest. cler. Interroget fuerint ne vocati, an non, quòd si dixerit, Non tunc nec incidunt, nam
5 sunt vocandi; † vt sciant horam, qua processio fieri debet, quæ est determinanda per Episcopum, vel Vicariũ. Ad eos enim pertinet dicere quo, & quando ducendæ, & dirigendæ sunt processiones. Quod si dixerint se esse vocatos, sed proposuerunt causam aliquam rationabilem (verbi gratia) quia debebant die illa, & hora celebrare missam, vel cantare vesperas proprii sancti illius ecclesiæ, & ecclesia erat nimis frequentata, tunc credo, quòd neque
6 incidunt, † quia hæc videtur causa rationabilis, quæ excusat ab inobedientia, ca. si quando extra de rescrip. Quæ tamen erit causa rationabilis, videtur remittēda arbitrio Confessarij, si de hoc interrogatus fuerit.

Vt Religiosus maneat extra claustra, quæ causæ legitimæ sint, arbitrarium. Cap. 60.

SVMMARIVM.

1 *Abbas potest dare licentiam monacho manendi extra claustra cum iusta causa.*

2 *Causæ quæ iustæ, & rationabiles, videntur arbitrariæ, num. 4. in fine.*

3 *Causa subueniendi parentibus non solum præterita sed etiam futura causa est, vt Abbas monacho possit dare licentiam manendi extra claustra.*

5 *Abbas ob causam subueniendi parentibus non potest monacho concedere facultatem absque habitu manendi extra claustra.*

CVm non repugnet essentiæ religionis, & professionis,† vt possit Abbas
1 licentiam concedere monacho, extra claustra manendi, capit insinuante, extra qui cleric. vel mona. & ibi DD. cap. porrectũ, extra de regul. Zabar. in cap. sicut eod. tit. fit, vt Prælatus possit ex iusta, & legitima causa monacho licentiam dare, vt permanere valeat extra claustra, Quæ tamen sit
2 iusta, & rationabilis causa † videtur arbitraria, vt Infirmitas, cap. 1. de reg. in 6. quę non videtur talis in moniali attentis extrauagantibus felicis recordationis Pii V. quarum vna incipit circa, & altera Decori. Peregrinatio in alia loca pia, uisitatio parentũ, vel cognatorũ ægrotantiũ. Sicut subueniat parentibus licitè potest manere monachus habitu retento, extra claustra de licentia superioris, quamuis in illius subuentionis necessitatem etiam post professionem inciderint, vt dixit Sanct. Thomas, 2. 2. quæst. 101. artic. 4. communiter recepus, quamuis necessitas non sit extrema, sed grandis, nõ solum præterita,
3 † Sed etiam (vt dixi) futura post professionem, ut dixit Nauar. extra de regul consi. 54. lib. 3. An autem possit Prælatus ob hãc causam dare facultatem religioso absque habitu manendi, extra claustra, Dic quòd non, & dando peccat, ut dixit Nauar. in c.
4 nullam, 18. q. 2. solius enim est Summi Pontificis illam sic dare, quamuis ægrè, atque difficulter soleat hanc licentiam cõcedere, vt ob hanc causam maneat religiosus, extra claustra absque habitu, Nauar. qui supra in consi. 54 numer. 2. versi. tertio, Item vtilitas magna directa, uel indirecta proueniens monasterio ex illa absentia, ut dixit Nauarr. eod. lib. 3. de regular. consi. 67. num. 1. & in cap. non dicatis 12. q. 1. & tandem quæ sint iustæ causæ manendi extra claustra de licentia superioris, Nauar. in d. consi. 67. num. 1. dixit quòd prudens, & bonus uir poterit illas arbitrari.

Religiosi monachi, vt carnes comedant, causæ quæ legitimæ videtur arbitrarium. Cap. 61.

SVMMARIVM.

1 *Carnem comedere monacho peccatum est regulariter veniale sine licentia fallit in duobus casibus.*

2 *Carnes in refectorio nulli etiam cum licentia licitum est.*

3 *Carnium appellatione an veniant olera cocta cum carnibus.*

4 *Carnes comedere sine causa extra monasteria congregationis est peccatum.*

5 *Abbas an possit dispensare comedere carnes sine causa.*

6 *Causæ rationabiles ad comedendum carnes sunt multæ, & arbitraria nu. 8.*

7 *Monachus factus Episcopus, vel parochus potest carnes comedere.*

HAbetur ex c. carnem de consecr. d. 5.
1 quòd carnem † comedere monacho regulariter peccatum est veniale, nisi propter inobedientiam, vt contra pręceptum scienter, & dolosè, vel propter contemptum, quia tunc peccatum esset mortale. Quapropter si pœnitens accesserit ad confitendum se comedisse carnes, prudenter in-

inquirat an in refectorio, vel extra illud
comederit, quia in refectorio nullus etiã
2 † in solemnitatibus debet omninò carnes
comedere, ita est tex. in capit. cum ad mo-
nasterium, §. in refectorio: ibi nullus de
statu monach quia nec Abbas, nec alius.
Item illud aduerbium omninò significat,
quòd nec licet causa infirmitatis, nec alia
causa, neque sanis, neque infirmis, Host.
in d. cap. num. 10. Ioan Andreas nume. 7.
Abb. antiq num. 4. Zabar. in d. §. in refe-
ctorio nu. 1. Carnium vero appellatione,
an ueniant olera cocta cum carnibus, ui-
detur quòd sic, ut dixit Gemin in ca. fi. di-
stinct. 30. Vbi ait, item nota quòd paria
sunt carnes gustare, vel olera cocta cum
carnibus Et sic facit quòd in die, quo quis
non potest comedere carnes, non possit e-
tiam comedere olera cocta cum carnibus.
Et ita uidetur, quòd vt monachis est prohi
bita carnis comestio, sic & olerum, quan-
do sunt cum carnibus, Tamen contra-
rium credimus, nam Gemin. loquitur in
die, quo quis non potest comedere car-
nes, vt sunt dies quadragesimæ, quatuor
temporum, vel vigiliæ ab ecclesia indicta,
quod idem extenderem quando quis vo-
uisset tali die non comedere carnes, non
autem de aliis, & ita non ualet illatio,
quã fecimus in praxi casuum reseru. cap.
10. nu. 36. Item interroget an sit facta car-
4 nium comestio, † extra monasteria con-
gregationis, vel etiam loca, & membra eis
annexa cessante legitima causa quia tunc
peccatum est, An cum causa tàm in mo-
nasterio, quàm extra, & tunc in monaste-
rio cum causa sine licẽtia non licet. Hinc
nec infirmo licitus est esus carnium sine
licentia Abbatis, uel eo absente illius, qui
vicem gerit Abbatis. Doct. in d. cap. cum
ad monasterium. Causæ vero probabiles,
6 † vt possit Abbas dispensare ad comeden-
dum carnes sunt, vt si monachus fuerit de
licatus, & debilis non tantum debilitate
febrili, sed stomachi, & complexionis, cui
cibi communes nocent, argum. tex. in cap.
non cogantur, distin. 41. Abbas antiq. &
Panormit. in d. cap non cogantur, vel si es
set nimis imbecillis, vt senex, vt habetur
in regula Sancti Patris nostri Benedicti,
c. 37. Vbi sic legitur, Consideretur semper
in eis imbecillitas, & nullatenus eis distri
ctio regulæ seruetur, maximè in alimentis
subaudi præcipuè quò ad abstinentiã car-
nium, Host in d. cap. cum ad monasteriũ,
num. 16. Item consuetudo in monasteriis,
in quibus habetur, quòd edantur carnes
scientibus superioribus, & patientibus:
nam edentes nõ peccant, quando talis cõ-
suetudo toleratur, quia ex quo isti nõ fue
runt auctores, nec apparet ex qua causa
hoc fuerit introductum, potest præsumi,
quòd ex aliqua legitima causa, argum.
text in cap. 2. de præscrip in 6. Item qu a
consuetudo potest immutare iuris disposi
tionem, & hoc cum esus carnium non sit
de substantialibus, ita consuluit Do. Car-
din. in d. cap. cum ad monasterium Item
cum comestio fieret ex indulgentia Abba
tis, quare posset Abbas nunc alios mona-
chos, nunc alios, prout necessitas postu-
lauerit, aduocare; Item proficiscentibus,
vel in longum iter destinatis, & præcipuè
cum non inuenerint aliud aliquid ad co-
medendum, facit tex. in capit. fin. extra de
obseru. ieiun. capit. licet extra de pœn. &
remiss. Item si inuitentur à Principe, vel
Episcopo, glosa in d. capit. carnem verbo
seruato. Item si monachus sit factus Epi-
7 scopus, aut parochus, Turre. in d cap. car-
nem, Nam abstinentia carnium non est
de substantialibus religionis, ad quæ sola
videtur religiosus factus Episcopus obli-
gatus, Tum quia monachus factus Episco
pus efficeretur impotens corpore ad pon-
tificale officium exequendum, vel si mo-
nachus multum laborat, nam tunc cogni-
ta necessitate personæ, & eius infirmitate,
vel debilitate potest Abbas hoc præcipe-
re, summa Astens. de regular. libr. 6. art. 3.
8 Et tandem quę sint causæ rationabiles † vi
dentur posse remitti arbitrio boni, & pru-
dentis viri Confessarii, cui Abbas mona-
chi, vel ipse monachus cofitetur. Sic car-
nium refectione si indigeant debiles, &
infirmi, qui quando dicantur, remittitur
arbitrio boni viri superioris, Hostiensis
in d. capit. cum ad monasterium num.
11.

Rem propriam subripere ab alio iniustè detentam, an quis possit, videtur arbitrarium consideratis circunstantijs. Cap. 62.

SVMMARIVM.

1 *Conscientia dictante peccatum esse mortale, nil faciendum.*

2 *Conditiones, quæ necessariæ, vt quis absque peccato possit rem propria auctoritate accipere.*

3 *Rem, quam potest quis à proprio iudice habere, non potest propria auctoritate accipere Exempla, num. seq.*

5 *Scandalo cum magno non licet sibi ipsi ius dicere.*

MVltæ sunt interrogationes faciendæ à Confessario pœnitenti, quando confitetur se subripuisse rem ab alio iniustè detentam, & Primo an conscientia
1 dictabat se peccasse mortaliter† sic rem illam recuperando, quia tunc peccauit mortaliter argum. text. in cap. per tuas extra de simon. Vbi nihil agendum est contra conscientiam, scilicet particulariter dictantem peccatum esse mortale, capit. litteras de restit. spoliat. cap. omnes, 28. q. 1. Secundo an erat proculdubio certissimus rem esse suam, vel debitum esse verum, &
2 † non antidorale, iustum, & non prætensum ob vsuras, & dolos, nam vbi quippiam est dubii, nequaquam id licet iuris ordine prætermisso. Quapropter famuli dominorum, qui pacto conueniunt seruire eis pro tanto pretio, nisi vi, aut fraude à dominis fuerint coacta seruire, non possunt sub prætextu quòd maius pretium merebantur accipere, aliquid latenter eripere nam volentibus non fit iniuria; & ideo si illo nolunt pretio, quod conuentum est seruire, abeant. Tertio, an poterat rem illam a iudice habere, quia tunc
3 † non licet rem suam propria auctoritate recuperare, 16. quæstio. 6. cap. placuit, ff. quod metus causa, l. extat, C. vnde vi, l. si quis in tantam, glosa in cap. si quis, dist. 1. verbo sedium. Si autem certo sciret se nõ posse via iuridica illam recuperare, secus esset, glosa in verbo sedium in d. capit. si quis, Doct. & Innoc. in cap. olim de restit. spol. Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua. Exē-
4 plum, vt si testibus, † & instrumentis careret; quibus rem suam recuperare posset, vel probabiliter ob iudicis iniquitatē non speret iustitiam, vt quia renuit causam decidere, quia fauet alteri parti, aut res esset modica, & expensę iudiciales multæ, nam licet sine lite recuperare posset, non tamen sine amissione gratię, aut amicitiæ, & pacis, glosa singul. in cap. ius gentium, dist. 1. Quarto an ex tali occulta recuperatione resultaret maximum scandalum, vel damnum spirituale, vel tempo-
5 rale debitoris, aut alteri, quia si hoc aduertit, vel aduertere tenetur, non potest sibi ipsi facere iustitiam. Quinto interrogandus est pęnitens, an esset deterioratus in fama, si id peruenisset ad aliorum notitiam. Sexto an subripiendo posuisset se in discrimine, vt subripiens deuenisset in notitiam, ita quòd exponendo querelam posset a iudice condēmnari ad pœnam fustigationis, vel membri mutilationis; Vltimo existentibus his omnibus conditionibus non peccat subripiens, verum hoc solum debent præcipere Confessor subripiēti, vt iterato rem non recipiat, si fortè suus debitor ignorans creditorem non esse satisfactū, pœnitens illi in futuro satisfacere vellet: Quapropter debent creditor aliquo honesto modo debitori, aut eius hæredibus significare nihil eos nullo nomine ei debere, Ita Syluest in verbo furtum, num. 17. Caiet. 2.2. quęstio. 66. artic. 5. In respon. ad tertium. Sotus de iust. & iur. lib. 5. art. 3. quæst. 3. Et hæ conditiones requiruntur quò ad excusationem culpæ, cæterum quò ad restitutionē dummodo alicui constet rem esse suam, & iterato restitutionem non habeat, nihil restituere tenetur. Ex quibus omnibus colligitur quanta prudentia vti debeat Confessarius, vt arbitrari possit, an possit quis sine peccato subripere rem suam propria auctoritate, vel teneatur ea subtracta ad restitutionem.

Re-

Residere verbum videtur arbitrarium. Cap. 63.

SVMMARIVM.

1 *Residentiam quæ beneficia requirant.*
2 *Residentia dicitur de iure naturali, & diuino.*
3 *Beneficia curata, quæ dicantur, numero 8.*
4 *Ecclesia, quando non dicatur cadere sub cap. de multa de præben.*
5 *Personatus quis dicatur.*
6 *Parochialis ecclesia dicitur quasi partitio curæ.*
7 *Parochiæ ius consistit in pluribus.*
9 *Episcopus tenetur residere in ecclesia vt maritus cum vxore.*
10 *Continuo dicitur quis residere, & si in modico absit.*
11 *Residentia multipliciter capitur.*
12 *Residentia debet intelligi cum effectu.*
13 *Residentia qualiter intelligatur, videtur arbitrarium.*
14 *Residere continuò dicitur quis, etiam si fiat aliqua intermissio.*
15 *Testator legans decem vxori si cum filia moraretur, debentur etiam si non continuo moraretur.*
16 *Residentia semper necessaria in beneficijs curatis.*
17 *Industria personæ, quando dicatur electa.*
18 *Infirmitas, quando est causa immediata non residendi, seq. & 20.*
19 *Famulis an debeatur salarium pro tempore, quo quis est infirmus.*
21 *Negotia debent esse vtilia, & manifesta suæ ecclesiæ, vt quis habeatur pro residente, & multa notabilia.*
22 *Itineranti assignantur aliqui dies ad quiescendum.*
23 *Absens pro seruitio ecclesiæ dicitur præsens.*
24 *Residere an quis dicatur videtur arbitrarium.*

PRO intelligentia infradicendorum sciendum est, quòd residentiam requi-
1 runt quæcunque beneficia, † quę dantur in titulum, vide Decium in cap. peruenit in princ. extra de appellat. Nam tenetur beneficiatus, si debitum velit officium exequi, residere in suo beneficio, nam quodlibet beneficium secundum doct. residentiam exigit, cap. quia nonnulli de cler. non resid. tex. in cap. pręterea de præben. dicit, quòd singula officia, & beneficia assiduitatem exigunt personarum, ca. fin. de cler. non resid. & talis persona quęri debet, quæ residere in loco, & curam eius per seipsam valeat exercere, d. capit. quia nonnulli. Beneficia tamen simplicia de generali consuetudine mundi non exigunt residentiam, vt scribit Alex. in consi. 1.7. volu. nisi aliud speciali iure sit inductum, Felyn. in cap. dilectus, 2. col. 1. extra de rescript. Vnde fit, quòd residentia proprie sit necessaria in beneficiis cura-
2 tis, quæ quidem residentia dicitur de iure naturali, & diuino, ut probat Ferret. consil. 32. Vbi ex scripturis, sacris consiliis, & decretis Pontificum hoc probat, quam opinionem approbat sacrum Concilium Tridentinum sess. 23 cap. 1. de reformat. Vbi vult, quòd non residentes non faciant fructus suos, excipit tamen, quando absentia accideret propter ali-
3 quod munus. Et dicuntur beneficia curata, quæ habent curam perpetuam, Oldr. consi. 227 num. 7. versic. certum est, & dicitur cura, quia cor vrit reddendo habentem curam sollicitum circa administrationem eorum, de quibus curam habet, ut inquit Abbas in c. de multa in fin. nu. 24. vers. quo ad primum de pręben. Et hæc cura debet esse actu, & non habitu. Vnde deficientibus in totum Parochianis desinit esse ecclesia parochialis, Ant. de But. in d. c. de multa nu. 9 vbi de cõmuni. Aegid. Bellam. consi. 32. nu 26 versic puto contrarium. Vnde non cadit sub pœ-
4 nis, c. de multa † de præbend. & quę. c. licet canõ de elect. in 6. Feder. de Senis cõs 80. nu 2. uersi. item non obstat Etiam si habeat cimiterium, in quo sepeliantur mortui, Etiam si habeat ius baptizandi, idẽ Feder. cons. 135. casus talis. Itẽ dicũtur bene

ficia

ficia curata, Parochiales ecclesiæ, & alia omnia beneficia, quę habent potestatem fori pœnitentialis. Et dicuntur Parochiales ecclesiæ, quæ habent curam animarũ sine prærogatiua, vel prælatione, Feder. de Senis consi.49. vbi dicit, quòd si haberet
6 prerogatiuam, esset † personatus, hòc est honor sine administratione, quem quis habet inter non habentes dignitatẽ, vt in processionibus, vel vocibus dandis personatum habens præfertur simplicium Parochialium rectoribus. Si autem esset collegium, tunc esset dignitas. Et proprie Parochialis ecclesia dicitur, quasi partitio curæ, quia cuique curato datur certa pars ciuitatis, seu castri per eum curanda Abb. in d. cap. de multa nume 24. Rom. consi.356. nume.2. cap. ecclesias, 14. q.1. Vnde Rector dicitur populum regere, & consistit ius parochiæ in pluribus, quæ plenè tradit Rom. consil.356. in princip.
7 Vbi Apostilla in verb. partitio curæ, Videlicet vt Parochiani audiant missam diebus festiuis in parochia, Vt Sacramenta in ea percipiant, Vt ibidem sepeliantur, Vt præstent decimas, vt faciant oblationes, Rom. dicto consi.356. num.3. Io. Andr. in rubr. de Paroch. Verum si ecclesia non haberet Parochianos, quamuis ecclesia haberet ius baptizandi, & chrisma, & haberet cimiterium, & ibi sepelirentur mortui, non diceretur ecclesia Parochialis, & beneficium curatum, Feder. de Se-
8 nis. consi.8. nu.2. oportet ergo † vt ecclesia actu habeat Parochianos, & vt teneatur administrare Sacramenta, & alij teneantur recipere, Abb. in d. cap. de multa ĩ fine. In his igitur beneficiis curatis, hoc est in ecclesijs Parochialibus necessaria est continua residentia, sic etiam in ecclesiis cathedralibus, vnde Episcopus tene-
9 tur residere in sua † ecclesia tanquam maritus cum coniuge, capit. inter corporalia de transl. prælat. Abb. in cap. bonę el primo de postul. præl. notat Mandos. in regula 7. q.3. num.3. Dicitur tamen continuò residere, qui modico tempore abest, quia
10 dicitur continuo præsens esse. Roman. consi.263. in princ. & per totum. Vbi Apostilla in verbo pacificus dat concordantias Et debet esse residentia cum effe-
11 ctu, quæ multipliciter capitur, † vt diximus in 1. par. decis. lib.2. cap.96. num.97. & in 2 vol. cõsi. lib. 3. de cleric. non resid. consil.1. nume.11. Hæc autem residentia qualiter sit necessaria non solum iure humano, sed & naturali, & diuino, vide latè per Collect. ad tex. in cap. licet num. 2. de elect. lib.6. Quando tamen est necessaria, debet intelligi cum effectu, vt habetur in capit. relatum, extra de cleric. non resid. hoc est, vt ecclesiæ deseruiat, c. conquerente eod. tit. & cura habeatur de beneficio: Non tamen residentia, Sic necessaria, vt ab ecclesia residens nunquam discedat, quare hoc videtur arbitrarium, & remit-
13 tendum arbitrio Confessarii, † an quis fecerit residentiam, vel non. Quid enim si officiantes in ecclesia ibi non seruiunt, quia officiant per hebdomadas, dist. 42. c. proposuisti, & suam compleuerunt, vel officiantes aliquam horam intermiserũt: nam tunc etiam dicuntur residere, cum
14 continuo dicatur quis residere, † etiam si fiat aliqua intermissio, cum medius actus non impediat quin dicatur sine intermissione fieri l. cõtinuus §. si quis, ff de verb. oblig. l. duos, ff de duobus reis, dist. 50. ca. si quis voluntate; Vnde si testator legauit decem vxori, si cum filia moraretur,
15 † non requiritur quòd moretur per singula momenta, l si quis, ff. de cond. & demon. ff. de annu. leg. l. Mæuia pro hoc, quia dicitur causa stillicidii perpetua, quamuis non semper cadat aqua ff de seruit. vrban. præd. l. aqua foramen de aqua quotid. æsti. l. 1. §. quotidiana, pro hoc, quod notat glosa, extra de causa poss. cap. cum ecclesia, & ita intelligitur secundum Matt. quod dicitur de frigidis, & quid si parochus, qui strictius residere tenetur, cum illa propriè sit necessaria in benefi-
16 ciis curatis, † extra de præben. cap. extirpandæ, ideo non deseruit ecclesiæ, quia legitimè est impeditus, Vnde facit per aliũ tot missas celebrare, ad quas residens tenebatur, etenim eo casu videtur residere, cessante tamen legitimo impedimẽto semper per se tenetur curatus residere, cũ electa sit industria suæ personæ, & vnius opera non est alterius opera, l. si non sorte, §. libertus, ff. de cond. indeb. & actus

in

in quo est electa industria personæ nõ põt
per alium explicari, de offic. deleg. li. 6. c.
is cui. Ideo officiales ex publico electi
nõ exercent officium per alium, quia mu
nus publicum est personale, Baldus con-
sil. 165. proponitur, quod lib. 5. Sic is, cu-
ius industria personæ electa est, non po-
test alium subdelegare, Roman. cõsil. 340.
circa primum, nu. 4. versi. 3. Alex. consil.
118. visis verbis, nu. 8. versic. nec prædi-
ctis obstat lib. 2. Pariter executores dati
ad pias causas censentur dati ob industriã
personæ, & sic non transit ad hæredes eo-
rum talis executio, Baldus consil. 39. viso
testamento in princ. li 5. Et dicitur electa
17 † industria personæ, quando esset dictũ,
per te, vel per teipsum, vel per te ipsum so
lum, Decan. cons. 29. n. 49. lib. 2. Item si es
set aliquid demandatum alicui, vt perso-
naliter, vel manu propria, vel quid simi-
le, secundum Felynum plenè in cap. fi. §.
is autem de offic. deleg. Sic si diceret. Di-
scretioni tuæ, de qua plurimum confidi-
mus, Roman. consil. 330. circa primum
num. 3. versic. tertio, quia vbi Apostilla.
Ita dixit Illustriss. Tuscus Cardinalis in
versi. industria concl. 106. Eodem modo
18 quid si infirmitas est causa † immediata
non residendi, cum ante seruiebat, tunc
videtur residere, cap. vnic. de cler. non re
sid. lib. 6. quia seruire intelligitur, qui pro
pter aduersam valetudinem impeditur, ff.
de stat. lib. l. 3. §. stichus. Hinc famulo nisi
19 dederit causam infirmitati, debetur † sala
rium pro tempore, quo fuit infirmus, cum
seruire intelligatur, cap. ad audientiam de
cler. non resid. verbo infirmitas, quod in-
tellige secundum Bart in l. sicum dotem,
§. sin autem, ff. solu. matrim. & nos, qui su
pra verbo infirmitas. Sic beneficiatus, vel
canonicus, aut alius, qui tenetur ad resi-
dentiam, si est infirmus, vel senex, debet
fructus percipere, sicut si inseruiret, Ab-
bas consil. 70. videtur primo per totum li.
1. Pariter etiam quotidianæ distributio-
nes dantur infirmo quæ non debentur ni
si seruientibus, Abbas qui supra in prin.
Hinc est quòd infirmus. Vnde consuetu-
do, vel constitutio subtrahens distributio
nes non inseruientibus non habet locum
in casu impossibili, vt si beneficiatus esset
infirmus, Calder. consil. 238. in prin. aliàs
17. de præben. Declara tamen vt prædicta
procedant, quando deseruiret per substitu
tum, ex quo ipse non potest ex rationabili
impedimento necessario, Calder. qui su-
pra. Sic quid si residens mittitur pro nego
tijs vtilibus manifestis, & non inutilibus
ipsius ecclesiæ, etenim tunc videtur resi-
21 dere, † & notandum, quòd quando quis
abest causa suæ ecclesiæ, vt supra dixi-
mus, ab eo tempore videtur residere, quo
fuit creatus, vt abesset causa utilitatis suæ
ecclesiæ. facit tex. in l. legato. ff. de legat. 1.
& ibi glosa, vbi glosa dicit, quòd videtur
esse in seruitio ab eo die creationis, non
autem quo iter cæpit arripere. Sic glosa in
verbo agere in l. qui mittuntur, §. sed si ex-
tra patriam, ff. ex quib. caus. maio. dicit,
quòd antequam vadat, dicitur abesse, cũ
se præparat, allegat tex. in d. l. legato, &
non solum videtur residere, sed etiam de-
betur ei salarium tàm pro accessu, quàm
pro recessu, facit gl. in l. 3. §. si ad diem, ff.
de re milit. Hinc Bart. in l. suo victu, ff. de
oper. liber. tradit quòd medicus, qui vadit
ad aliquem locum pro tanto salario sin-
gulis diebus, debet illud habere, etiam tẽ-
pore itineris, & in l. super creandis. C. de
iure fisci, libro 10. dicit, quòd qui condu-
cit vnum iudicem, debet intelligi sumpti-
bus conducentis in eundo, redeundo, &
stando. Imo tanta est priuilegiata vtilitas
ecclesiæ, quòd absens etiam si residere iu-
rauerit, excusatur à residendo, si est absens
pro vtilitate ecclesiæ, ca. ex parte de cler.
nõ resid. Imo potest accipere dies aliquos
22 ad quiescendum, † dum itineratur, iuxta
tex. in cap. quamuis de offic. ordin. nam
tunc videtur continuare iter, Imo profi-
ciscenti non solum sunt assignati aliqui
dies ad quiescendum, sed etiam postquam
peruenerit, vnde dixit Archi. in d. ca. vni-
co in princ. in verbo improbantes, quòd si
alicui esset specialis consuetudo, quòd ca-
nonicus de foris veniens per tres dies, vel
plures in domo sua moram faciens perci-
piat quotidianas distributiones, quam-
uis non vadat in ecclesiam, non cadit in
pœnam illius constitutionis in d. c. vnico.
Sic quid si est in seruitio Episcopi, nã tũc
dicitur residere quo ad percipiendos fru-
ctus

23 ctus beneficii, † quia seruiens Epo dicitur seruire ecclesiæ. Non tamē Episcopus potest habere pro suo seruitio vltra duos, c. ad audientiam de cler. non resid. nisi ecclesia tot, & tantis abundaret canonicis, qui possunt sufficere ad seruitium ecclesię remotis pluribus, vel quatuor, quos Episcopus habet. Quod multò magis extende ad eos, qui sunt in seruitio legati, vel Archiepiscopi, modo Archiepiscopus recipiat clericos suæ Diœcesis, non autem suffraganeorum, cap. dilectus, cap. de cętero, cap. ad audientiam eod. titu. Pariter si est absens pro seruitio Romani Pontificis, nam dicitur præsens. cap. cum dilectus filius eod. tit. Sic quid si Parochus se absentauit per vnam, aut duas hebdomadas, etiam animi leuandi causa, & relique rit substitutum ab Episcopo approbatum, vt satisfaciat muneri sibi iniuncto, tunc videtur residere iuxta doctrinam Abbatis in capit quoniam el secondo. Ne Prælati vices suas. Pariter quid si habuerit facultatem a Papa, quæ potest dari ad biennium, quinquennium, ac in perpetuum, si iusta causa lepræ, vel alia maneat, quãuis ab alio inferiore non detur nisi ad tempus, cap. licet canon de elect. in 6. Sic consuluit Panorm. in consi. 98. In causa col. 1. & seq. in 1. vol. Quapropter cum verbum residere non sit sic amare intelligendum, sed ciuiliter, videtur in confessione, & in
24 animæ iudicio hoc arbitrarium, † vt confessarius consideratis circunstantiis definiat aliquem residere, vel è contra. Considerando necessitatem, aut vtilitatem ecclesię, vel personæ, in quibus casibus potest quis per Vicarium deseruire, Doct. in cap. extirpandę, §. qui vero de præbend. Sic causa rationabilis, ob quam Parochus possit abesse a suo beneficio, in dubio videtur arbitraria, ad hoc vide quę diximus in 1. vol consi. eod. tit. consi. 1. nume. 13. & 31. Sed in foro exteriori, nisi appareat causa iusta non residendi, vt plenè per Iasonem in l. 1. col. 18. de offic. eius, facta trina monitione per ordinarium, vt resideat qui nisi monitionibus obtemperet, poterit beneficio priuari, c. ex tuę, & seq. eod. tit. & peccant mortaliter non residentes absque causa rationabili.

Circa restituenda quæ arbitraria. Cap. 64.

SVMMARIVM.

1 *Impediens aliquem, qui erat in via acquirendi aliquod bonum, qualiter teneatur ad restitutionem, vide numero seq. & 3.*

4 *Impediens aliquem ad assequendum aliquod beneficium ecclesiasticum, an, & qualiter restituere teneatur, num. 5. & 6.*

7 *Meretrix qualiter teneatur restituere id, quod datum est, & quid de nupta num. seq.*

9 *Restituere qualiter teneatur, qui magnã molem iniustè acquisiuit, paulatim a pluribus auferendo.*

10 *Res, quæ extat, regulariter restituenda fallit quando non est, quia tunc æquiualens arbitrio boni viri, nu. seq.*

12 *Adulteræ, quæ nec cum periculo vitæ vel famę restituere debet quid Confessarius consulat, nu. seq.*

14 *Restituendorum circa quantitatem, quæ ratio sit habenda.*

Hic sunt plura dicenda, & Primum damnum, quod quis alicui intulit impediendo eum, ne consequeretur aliquid boni, quod erat in via acquirendi,
1 est recompensandum, non tamen æquali tali damno, quia minus est habere aliquid in potētia, & in spe, quam in actu, & in re. Vnde qui est in via adipiscendi aliquid, habet solum illud in virtute, & potentia, & ideo si redderetur ei, ac si haberet in actu, restitueret ei illud, quod est ablatum multiplicatum, quod non est de necessitate restitutionis, Tenetur tamen
2 aliquam compensationem facere ad arbitrium boni viri secundum conditionem personarum, & negotiorum. Vnde secundum hoc ille, qui effodit in agro seminã non tenetur satisfacere pro tota messe futura, sed ad arbitrium boni viri, quia nõdum

dum habetur nisi in potentia, & virtute. Hæc S. Thomas, 2.2.q.62.art.4. Quapropter in his consulendus esset Cõfessarius,
3 qui remittere † potest ad agricolas timoratos, & expertos pœnitentem, qua calculatione facta sunt multa demenda, cum messis illa futura non sit in actu, sed in potentia. Quapropter deducendæ sunt prius expensæ, quas facturus erat Dñs, quandoquidem ille ei non sunt sublatæ, sed pænes ipsum manent. Deinde pericula pensanda, si quæ sunt ad arbitrium prudentũ, qui bona fide id iudicent. Syluest. in verbo restitutio, 3.q.12.versic. quartum. At si sata essent a venatore consulto pessundata domino renitente, multo auctior esset illa facienda æstimatio, vt dixit Sotus de iust. & iur. li.4.q.6.ar.5. Secundum impediẽs aliquem à consequendo aliquod benefi-
4 cium ecclesiasticum, intendens alterius damnificationem propter odium, vel vindictam, vel aliquid huiusmodi, tunc si impediat, ne digno detur, antequam sit firmatum quod ei detur, licet non teneatur restituere valorem beneficij, eo, quòd nõ est æqualis valoris habere bonum in actu & esse propè habere, maximè qñ potest impediri, tenetur tñ ad interesse damnificato
5 ad arbitrium † boni viri, si aũt iam confirmatũ est, quòd ei detur, idem est, ac si iam habitum ei auferretur, & ideo tenetur ei restituere æqualem secundum facultatẽ suã arbitrio Cõfessarii, de quo consulẽdus esset. Verum si impediret aliquẽ a conse-
6 quendo † aliquod beneficiũ ecclesiasticũ, intendens Dei honorẽ, & vtilitatẽ ecclesiæ, & procuret, vt detur alteri digniori, tũc in nullo tenetur ad aliquã restitutionẽ, vel recompensationẽ, & nec qui intendit propriã vtilitatem, modo procuret licito modo, vt dixit summa Astens. li.4.tit. 29.ar.2.col.5 quia si per fraudem, mendacium, aut dolũ, secus esset. Pariter si quis p mendaciũ, fraudẽ, vel dolum impedit aliquẽ ne alius consequatur bonũ aliquod (v.g.) ne Petrus consequatur bonũ, qđ daret illi Paulus, tunc si probabilis esset coniectura, qđ Paulus mutasset voluntatem suã, tunc vr̃ obligatus ad restituẽdum totũ bonum, quod impediuit, quia fuit impedimenti causa, cur Petrus non fuerit cõsecutus bonum; At si probabilis esset coniectura, quòd Paulus posset mutare voluntatem suam, & alius per mendacium, dolum, vel fraudẽ impediuerit, tunc tenetur arbitrio boni viri, nam licet posset mutare voluntatem, tamen fieri posset, quòd non mutasset, Verum si impediat quis precibus Titium, ne liberè donationem faciat Caio, non tenetur ad restitutionem, quia preces non adimunt voluntarium, & ita non sunt causa, cur Caius non habeat bonum donandum a Titio. Tertium nunquid meretrix restituere teneatur id, quod sibi datum est propter fornicationẽ, tradit Cyril. Francus de anno Iubil. c.28. vers. meretrices. Med. 1.par. instruct. de confess. c.14.§.33.fol.120.vers. quãdo. Et respõdit Sanctus Thomas, 2.2.q.62.ar.3. quòd non. Vnde non peccat, imo neque coniugata, vel virgo, seu honesta vidua, siue Deo dicata per votũ, Quinimmo Couarruias in reg. peccatũ p 2. §.2. Sotus in 4.li. de iust & iur. q.7.ar.1 ad secundũ, Adrianus, & Nauar. c.17.n.39.& seq. apertè fatẽtur posse, ẽt cæteras fœminas accipere pretiũ, & datum sibi in conscientia retinere, quia licet per leges non concedatur actio, non tamen leges impediunt dati pretii acquisitionẽ. Quinimo promittẽs huiusmodi fœminis pretium subsecuta copula sunt obligati in conscientia ad soluendum, nisi promissio sit prodiga, nã tũc quia est mala quatenus prodiga, vim obligandi non habet. Sic si meretrix aliquid
7 † superfluè extorsisset per fraudem, vel dolum ei, à quo habuit, restituere tenetur. At si esset publica meretrix, & per multos annos fornicata esset, atque per fraudem & dolum extorsisset, & ignorat quantitatem, & personas, tũc debet restituere pauperibus ad arbitrium sui Confessarii. Sic licet nupta possit absque nexu restitutio-
8 nis accipere pretium † ab adultero, de quo pulchrè Didac. Couarru. in reg. peccatũ, 2.par. §.2. Sotus li.4. de iustit. & iur. q.7.ar.1. ad secundum. Abbas in c. pleriq; de immun. eccl. n.12. Ant. de Butr. cõs.17. nu.4 in princ. si tñ excessus iustæ æstimationis pro rõne personarũ ĩmodicus esset, & ignoraret nupta quisnam ille esset, tũc restituẽdus esset arbitrio Confessarii, qđ

quidem arbitrium formabit ex frequentia accessus adulteri ad eam ex eo, quod consuetum est dare tàm accedendo ad illam, quàm ex alia via, vt per lenas, & cõscios adulterii, vide Sotum de iust. & iur. lib. 4. artic. 1. Quartum quo restituet, qui iniustè acquisiuit magnã molem, sed pau-
9 latim à pluribus auferendo † exemplum poni potest in vendentibus comestibiles, & liquidas, vt mel, oleum acetum, vinũ, &c. vendentibus res minutatim, & sic difficiliis est restitutio, nam tunc certum est ex iustitia debere restituere pretio morali arbitrio boni viri illis, quos cognoscit frequentasse per certum tempus suam apothecam, quod vel poterit facere satisfaciẽdo minutatim, vt abstulit, addendo in mẽsura, vel pondere, vel minutatim subtrahẽdo de pretio quousque iudicio boni viri Confessarii ipse reddat quod ab illis, & certis personis ipse habet, & illi recipiant quod minus habẽt. De ceteris autem, vel ignoratis, vel si cognitis, ignorata tamen quantitate læsionis, siue sit magna, siue parua respectu horum Confessarius discretus doceat satisfacere in pauperum eleemosynas loci, vbi exercetur officium venditoris, & quia aliqui ex eis defuncti sunt, faciat aliqua ex parte suffragia fieri pro defunctis, quos in bonis læsit secundum quantitatem vniuscuiusque Deo tamen supremo iudici notum. Vel faciat vt vnũ, aut duos nummos remittat de pretio lege ciuili taxato, vt omnes, qui ea quantitate in vnoquoque fraudati fuerint, illo beneficio perfruentes damnum minutatim recuperent. Quod idem faciendum, quando sunt cogniti emptores defraudati, sed est incognita quantitas. Quintum, si res
10 extat, † restituenda est res ipsa in specie c. si res aliena, 14. q. 6. quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest, l. 2. §. mutui datio, ff si cert. pet. per l. manifesti, & l. cum quis iuncta l. eum a quo. C. de so-
11 lut. quod intellige, modo res, † quæ extat, non sit deteriorata, quia tunc restituendũ esset æquiualens, quod idem, quando restituendo rem, immineret periculum scãdali, vel maioris mali quia tunc teneretur satisfacere per æquiualentem valorẽ, vt dixit Syluest. in verbo. Restitutio 3. Caiet. eod. verbo, ca. 7. in fine, Sotus lib. 4. de iust. & iur. q 6. ar. 3. Sed quia in causa propria quilibet potest decipi, propterea bonum esset, quòd consulatur Confessor, & eius arbitrio fiat restitutio rei æquiualentis. Sextum, Adultera non tenetur nec cũ
12 periculo mortis, † nec cum discrimine famæ seipsam prodere c. officii, extra de pœniten. & remiss. etiam si sciat certo futurã vtilem ipsius criminis proditionem ad reparationem damni illati, ne filius spurius iniq; patrimonium mariti habeat, 1. oct. in d. c. officii, Didac. Couarr. in regula peccatum, par. 1. §. 6. versic. 10. Latè per Collect. in d. c. officii, num. 3. Tamen suadere debet Confessarius in illis casibus, in qui-
13 bus adultera reuelare non tenetur, † vt consulat damno mariti & eius hæredem, vt resarciat quantum poterit de bonis paraphernalibus, vel de ea parte dotis, de qua liberè disponere potest, aut saltem ex suis laboribus, industria, & parsimonia patrimonium mariti, vel filiorum augere, vt dixit Nauar. in manu. c. 16. nu 25. vers. quarto; qui etiam num. 50. ait, quòd circa quantitatem restituendam habẽda est ra-
14 tio periculi, † siue dubij hæreditatis nondum acquisitæ filiis veris, puta quia eorũ pater adhuc viuit, & dubitatur, ab putatiuus filius victurus sit eo tempore, quo diuidenda esset hæreditas, ac etiam quam, & quantam mercedem filius putatiuus à suo patre putatiuo meruerit, vt tanto minus restituat persona illa, quæ restituere debet. Et hoc quidem fieri potest arbitrio prudentis Confessarii. Sed an adulter, qui ex aliena vxore prolem habuit, teneatur marito restituere, quæ in alenda, educendaque illa prole expendit, tradit Syluest. in summa in verbo adulterium, nu. 7. & ibi Ange. num. 4. in fi. Sotus lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 2.

Satisfacere viribus, qualiter intelligatur, est arbitrium. Cap. 65.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio, & cautio quid.*
2 *Satisfactio iuxta suas facultates, & congrua,*

grua, quæ iura loquantur.

3 *Satisfactio de iniuria damnis, & interesse an differat.*

4 *Satisfactio debet præcedere absolutionem.*

5 *Damnatus ad fustigandum non est a carcere dimittendus, nisi prius satisfaciat.*

6 *Satisfactio debet fieri in pecunia.*

7 *Satisfactio differt à iuramento.*

8 *Satisfactio non est de substantia formæ absolutionis.*

9 *Satisfactio qualiter fiat in foro conscientiæ, videtur arbitraria.*

10 *Necessitatem in extremam nunquam in foro conscientiæ est quis conijciendus.*

11 *Satisfacere tunc quis dicitur, quando commodè potest.*

12 *Veniam petens & offerens satisfactionem potest absolui, si offensus non vult recipere.*

13 *Pacem ad faciendam potest quis compelli per poenas spirituales.*

14 *Iudex potest regulariter cogere partes ad concordiam, fallit in Papa.*

15 *Iudex debeat suadere litiganti concordiam.*

16 *Cautio de non offendendo potest peti ab offendente.*

17 *Cautio qualiter intelligatur, quando datur de non offendendo.*

18 *Cautionis præstandæ praxis, & qualiter fiat inter Magnates.*

1 PRo intelligentia sciendum est quòd habemus † satisfactionem, siue satisdationem, & cautionem. Satisfactio importat securitatem cum fideiussore, vel pignoribus vnde qui promittit satisfacere habet facultatem faciendi alterum de duobus, plenè Iason in l. 1. in prin. ff. qui satisd. cog. Sed cautionis verbum importat nudam obligationem sine fideiussore, plenè Fely. in cap. ad nostram de iureiur. nisi dicatur plenè caueat, vel competenter, vel mediocriter, ibi Felyn. Verum habentur in iure plures satisfactiones nam de satisfactione
2 iuxta suas facultates † facienda ab excommunicato pro violenta manuum iniectione in clericum loquitur tex. in c. ea noscitur ibi satisfactio iusta facultas his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas de senten. excommun. & de satisfactione congrua loquuntur iura in ca. Parochianos, & cap. conquæst. eod. tit. Vbi per illum textum deciditur quæstio illa, An sit
3 differentia † inter satisfactionem de iniuria, & expensis, damnis, atque interesse, & ibi habetur quòd sic. Donec passo iniuriã congruè satisfaciat, & damna, & ita alia est æstimatio damni, & alia interesse, &
4 quòd talis † satisfactio præcedere debeat absolutionem, habetur in clem. 1. §. pen. in fine de hæret. Ibi & tunc satisfactione præmissa. Et hæc intellige secundum glosam, si facultas est satisfaciendi, & tempus hoc patitur facit text. in cap. fin. extra de sepult. & cap. à nobis extra de sent. excommun. aliàs absolueretur cum cautione, cum peruenerit ad pinguiorem fortunã, quod dic, vt legitur, & not. extra de solut. cap. Odoardus, vel in aliam pœnam commutatur, extra de maled. capit. 2. Quod si potest satisfacere, & ea omissa absoluit, peccat Confessor. Pariter damnatus ad fustigandum non est dimittendus a carcere,
5 nisi prius fisco, & parti satisfaciat, l. interdum § qui furem, ff. de fur. Sic de incendiario, cap. pessimam, 23. q. 8. Et quòd ista
6 satisfactio debeat fieri in pecunia, † habetur per Host. & Ioan. Andr. in cap. ea noscitur, extra de sen. excomm. Vbi non sufficit excommunicato flectere genua corã laico, & misericordiam petere, vt habetur per Host. & Ioan. Andr. in d. capit. ea noscitur, & quòd satisfactio differat a iura-
7 mento, † quod præstare debet absoluendus accedere Romam mandatum suscepturus sublato impedimento, quam primum opportunitatem habuerit, vide Hostiensem in d. c. ea noscitur num. 2. Vbi ait quòd satisfactio non est de substantia for-
8 mę absolutionis, † quia ipsa remissa absolutio facta tenet iuramentum vero non solum est de forma, sed de substantia formæ, ita ut eo omisso nulla debeat censeri absolutio quantum ad ecclesiam militantem, vt patet quod legitur & notatur, extra de sentent. excomm. capi. cum desideres,

res,§. 1.versi.fi. Hæc autem satisfactio pro viribus faciēda qualiter fieri debeat in foro conscientiæ videtur pendere arbitrio
9 Confessarii, † vt qn̄ interrogat pœnitentem consideret qualitatem, & quantitatē, ac dignitatem personæ, & iniuriæ, atque facultatem, & cæteras dignitates, vt dicunt Doct. in d.c.ea noscitur, An facultas sit satisfaciendi, quia nunquam in foro cō
10 scientiæ quis est † conijciendus in grauē, atque extremam necessitatē, Sotus li.3.de iust.& iur.ar.3. col. 4. Quę aūt sit grauis, vel extrema necessitas, vide Sotū eod. lib. ar.4. An tēpus hoc satisfaciendi patiatur. Quid.n. si excommunicatus gladio percussus esset, iam, iam exalaturus animam, & non esset pecunia ad præsens, & neque pignora, neque fideiussores, imò neq; præstare posset iuratoriam cautionem, tunc Confessarius eum absoluat, quia impossibilium nulla est obligatio, ita hoc videtur innuere glosa in d.clem. 1.§. pen. vt habetur in 1.par.decis.lib.1.c.32. Vbi etiam ha
11 betur tunc non posse satisfacere, † quādo commodè non possumus, argumen. text. in l.nepos proculo, ff. de verb. signif. Vt si oporteret vilius vendere bona sua, modo talis dilatio non sit cum magno damno alieno, Nauar in manu cap.26.nu.2.& in c.27.nu.47.Sed quid si laicus petat veniā,
12 & offerat satisfactionem † & clericus nō vult ei reconciliari, An possit absolui, Dic quòd sic, cum per eum non steterit, Imò clericus peccat non ostendendo signa dilectionis particularis, & non gratè recipiendo petentem sibi veniam, Sanctus Thomas, 2.2. quæstio. 33. articulo 8. Imò
13 videtur posse compelli † per pœnis spirituales ad faciendam pacem, cap. præcipimus, distin.90 & de hac satisfactione vide multa, quæ diximus in 1.par. decis. lib.2. c.49.num 61.& in 2.vol.consi.de senten. excomm consi. 1. Tertia difficultas per totum. Facit dictum Imolæ, extra de mutu. petit.in cap.1.num.9. Vbi dicit quòd po-
14 test iudex regulariter † partes cogere ad concordiam, vt etiam tangit Do. Anton. ibi nu.25. Fallit tamen in Papa, vel Principe, quādo vellet cogere in materia, quæ habet liberam administrationem, extra de elect. cap. cum inter, facit, quod not. extra de pact. capit. cum pridem, in alia autem materia non posset, nisi causa iusta existente, Imò quando legitima subest, etiam inferior posset cogere, si partes diu litigarent per id, quod habetur in tex. notabili in c. placuit, d.80. quod est singulariter menti tenendum. Sic num. 10. dixit Imola quòd
15 iudex habet suadere concordiam † a principio, non tamen, quando sibi liquet de causa, sed quando est dubia, vt per Butr. nu.25. nisi fortè videretur, quòd ita posset multum protelari per appellationem, nā posset tunc suadere actori, quod potius se concordet, quàm diu sic litiget, & similiter poterit hoc persuadere reo. Sic Baldus in l.ęquissimū, ff. de vsufructu dixit, quòd iudex quando adest suspitio scandali publici pôt in eum casum tractare ad amicabiliter componendum via facti, & non iuris, in quo est glosa notabilis in c.placuit, d.90. Quod si hoc potest ordinarius iudex multò magis poterit Princeps maximè, quando quæstio est inter magnates, vel nobiles, & ex eorum controuersia posset scandalum publicum oriri, quod ēt extende in criminalibus, vt secundum verā, & communem opinionem possit, & debeat superior compellere quem ad cautionem præstandam de non offendendo, vel pœnale mādatum facere ad instantiā partis,
16 quæ timet † offendi, etiam quòd illa per prius illum offenderit, ex quo inimicitia iustè ortum habuit, Sic refert Ioan. Andr. ex opinione Guliel. de Zusar. in addit. ad Specul. in tit. de pignor. §. sequitur, versi. quid si timeo. Bar. in l. qui bona, §. si quis iuxta, ff. de dam. infect. Vbi latius A ex. & hæc cautio pôt peti tàm pro me, quàm pro amicis, & familiaribus meis, atque qui eam dat; debet pariter pro se, & suis familiaribus dare, secundum Bart. in l. illicitas, §. ne potētiores de officio præsid. & ta
17 li casu, quando datur cautio † de nō offendendo, semper intelligitur cum fideiussione, & ita de cōsuetudine seruari dicit Clarus, §. fi. q.47.nu.5.vers. sed quæro. Vnde quamuis cautionis appellatione sola promissio intelligatur l. sancimus; C. de verb. signif. Oldr. cons.68. Bal. cons. 410. tamē si simpliciter datur cautio de non offendendo intelligitur cū fideiussore, vel pignore.

Oldr.

Oldr. qui supra in princ. vel cum obligatione iuratoria cum obligatione bonorũ immobilium, tunc enim magis dicitur cauere, quam si quis det fideiussorem, quia hypotheca bonorum sequitur bona, fideiussores vero possunt decoquere, Castren. consi. 360. super vltimo li. 1. Verum, inter magnates vero, & nobiles vt plurimum
10 sufficere solet † sola obligatio absque cautione, vt dixit Bald. in l. 1. C. de Episc. & cler. & hæc obligatio fit sub verbo, & fide regia, quæ mandato Proregum capi solet à Regni secretario, qui est de Collaterali Consilio, & in suis libris facit de omnibus debitam adnotationem, vt refert doctissimus de Ponte de potestate Proreg. titul 1. nu. 5. & 6. vsque 11. & nu. 17.

Stupratorem ad quid in conscientia obligabit Confessor, videtur arbitrarium. Cap. 66.

SVMMARIVM.

1 *Deflorans virginem, quando teneatur ad satisfactionem pro ablato sigillo.*
2 *Intellectus ad tex. in c. 1. de adulter.*
3 *Deflorator ad quid teneatur in foro conscientiæ.*
4 *Arbitrium boni viri versabitur in quo sit obligatus?*
5 *Deflorator quando tenetur ducere in vxorem, an debeat ducere sine dote.*
6 *Dos quando mortua muliere reuertatur ad patrem mulieris.*
7 *Virgo leuiter rogata, & deflorata, quæ consecuta est virum, ac si esset virgo, an deflorator ad aliquid teneatur. Dic quòd sic, arbitrio Confessarij, num. seq. & 9.*
10 *Maritus, qui post consumatum matrimonium cognouit corruptam, an sit bigamus.*
11 *Deflorator qui animo vero promisit ducere in vxorem, an teneatur. nu. seq.*
2 *Deflorator quando non teneatur promissum implere.*
14 *Disparitatem maximam, vel non tantam inter defloratam, & deflorantem arbitrabitur Confessarius.*

DEflorans virginem, quam cognouit importunis precibus, & maximè quã do decepit, vltra stuprum tenetur sub mor
1 tali † ad satisfactionem pro ablato virginitatis sigillo; quia grauiter, & importunè rogata habetur pro coacta, quo ad hunc effectum, arg text in l. 1. C. de rap. virgi. glosa in regula scienti de regul. iur lib. 6. licet quo ad pœnam debitam stupratori in foro exteriori secus esset, quia aliàs omne stuprum esset semper violentum, quia semper interueniunt blanditiæ, & persuasiones. Aret. in st. de publ. iudic. § item lex Iulia. Quod secus esset, si leuiter rogata consentiret, quia scienti, & vere consentiẽti non fit iniuria, neque dolus, d reg. scienti, nam Doctores, qui loquuntur de dotatione, procedunt in foro exteriori in pœnam & non in foro conscientiæ, & ita in-
2 telligitur tex. † in c. 1. extra de adult Hoc autem fit resarciendo damnum ipsi stupratæ dando illi quantum esset datura alteri viro ratione deflorationis ad arbitriũ
3 boni viri, † si nuberet, Abbas, & Anan. in d. c. 1. enimuero maior dos requiritur post deflorationem, cum virginitas sit secunda dos, Abbas, & Anan. in d. ca. 1. (verbi gratia) si virgo esset nuptura cũ trecentum aureis, tunc vero quia corrupta, & infamata non inuenit virum sibi æqualem, nisi cũ quingentis, & tunc dabit quingẽtos, ac si mulier esset virgo, quãdo nubit, & non cor
4 rupta; hoc aũt arbitrabitur bonis vir, † Verum si illa non inueniret virũ, quia corrupta, tunc si vult illũ põt, & debet accipere in vxorẽ, & plenissimè satisfacere. Et ita libertas non dẽt esse pœnes stupratorem, sed pœnes puellam corruptam, nam si ipsa velit in maritum accipere corruptorẽ, tenetur corruptor eam accipere in vxorẽ, Quod si ipsa nolit, tunc corruptor eo ipso manet obligatus ad dotandam eam, vt possit cõmodè nubere alteri, ac si virgo esset. At notandum secundum Panomitanum, & benè quòd in casibus, in quibus quis tenetur ducere in vxorẽ, vel dotare, iuxta tex. in d. c. 1. non solũ eã tenetur du-

5 cere sine dote, † & ex propriis bonis alere, iuxta notata in c. per tuas, extra de donat. inter vir. & vxor. Sed etiam tenetur sibi constituere certam dotem, vt soluto matrimonio aliquo casu, dos sic constituta redeat ad muliere, vt lucrifaciat eam propter delictũ viri, ita dixit notabiliter Abbas in d. ca. 1. nu 3 Et ita tollitur obiectio de patre, qui etiam cogitur dotare filiam, nihilominus soluto matrimonio sine libe
6 ris per mortem mulieris † dos reuertitur ad patrem, l. dos à patre. C. de iure doti. Nam alia est ratio in vno, quam in alio, pater enim cogitur ex quadam naturali æquitate, sicut cogitur filiam alimentare, sed maritus hic cogitur in pęnam delicti, quæ pœna sui natura debet esse perpetua, vt in ca. ex litteris cum similibus, extra de constit. Ideo non debet redire ad ipsũ, Io. de Anan in c. 1. nu. 3. de adult. Sed quid si virgo non seducta est, nec nimis importunè rogata, sed leuiter, & talem consecuta
7 est virum, qualem si virgo esset ad boni viri arbitrium marito corruptionem minimè percipiente, tunc deflorator ad nullã restitutionẽ tenetur, licet benè actione iniuriarum teneatur ad satisfaciendum pro illa per pænam impositam, vel imponendam à Confessario, iuxta suum regulatum
8 iudicium, & arbitrium, † licet æquè benè nubat, & sic victoria concordatur cũ Nauar. in manu c. 16. nu. 17. per tex. in l. itẽ apud Labeonem §. si quis virginem, ff. iniur. qui loquitur, quòd non tenetur ad restitutionẽ, sed bene ad satisfactionem. At si virgo corrupta licet benè nubat, ac si fuisset incorrupta per diuersa remedia ad finem se non prodendi, ad quod non tenetur, c. officij, extra de pęnit. & remiss. & ita remedia illa faciendo non peccat, si tamẽ post nuptias, & notitiam corruptionis à marito habitam illam odit, & durè tractat
9 † signis variis abstinentia, & aliis factis, tunc tenetur virginis corruptor secundũ Nauarr. & Victoriam, vt satisfaciat nummis, vel rebus talem asperitatem arbitrio Confessarij, quod nos tunc in hoc assentimus, quando iudicio prudentis viri donis maritus fieret blandior, aliàs secus; & ratio est, quia ex quo mulier ob deflorationem amisit maritum lenem, & amicabilẽ & acquisiuit asperum, ideo hac ex causa tenetur deflorator ex iustitia satisfacere ea via, qua peccat, sed alia via non restabat, nisi rerum fortuna, ergo si hanc non profuturam, vel potius nocituram cognouerit, ad nihil tenetur. Llamas in 3. par. methodi, c. 8. §. 13. Sed an qui contraxit cũ puella, quam tempore consũmationis credebat esse virginem, & post cognouit cor
10 ruptam, dicatur bigamus, † Dic quòd sic. 22 q. 5. c. ille, dist. 5. c. qui in aliquo, & nec excusat error, vel ignorantia, d. c. ille, secũdum Host. in summa de bigam. in vers. itẽ quæritur. Additio ad Capel. Tholos. q. 256. in fine. Quod si florator animo vero, vel ficto promisit eam ducere in vxo
11 rem, † tunc in vtroque foro ad id tenetur, c. ex litteris, c. sicut, capit. requisiuit, extra de sponsal. siue ad hoc cum iuramento nõ se astrinxerit, c. de illis el primò vers. mulierem de desp. impub. Vbi Abbas post Henricum, siue cum iuramento. Abb. in d. c. 1. de adul. At si probabile esset aliquod
12 graue scandalum nasciturum, † & pœnitens confitendo narrat causam quare promissionem implere nequeat, tunc prudentis est Confessarii decernere an sit æqua causa, vt matrimonium non consequatur effectum, & tali casu debet eam dotare, & dare ei tantum, quantum magis habet opus ad adipiscendum talem maritum, qualẽ adipisceretur si stuprata nõ esset Doct. in d. c. 1. posset etiam in alio casu deflorator à Confessario absolui, quamuis promissum non impleret, quando esset maxi
13 ma disparitas generis, & diuitiarum † inter vtrumque, quia tunc ipso iure naturæ interpretante deberet aduertere mulier, quòd solum ad fruendum eius flore hoc promittitur ei, & amore cæco libidinis, & non plena deliberatione; quod si probabiliter constaret corruptorem pluries confirmasse promissionem cum iuramento, & plena deliberatione, aliàs nunquam puella consensisset, si non credidisset sibi fidem seruandam, tunc sapientis est Confessarii narrato negotio à pœnitente iudicare id, quod verisimilius est, nam adeò, & tales possunt esse coniecturæ pro muliere, quòd posset stupratorem condemnare ad dotandam, vel è contra arbitrio boni

viri tantum tribuere, quantum fuerit opus ad eius connubium; si corrupta non esset, Abb. in d.c.1. Syluest. in verbo luxuria num. 5. Et nota quia quod de maxima
14 disparitate dixi, non idem iudicarem, † si esset disparitas, sed non tanta, quod remittendũ erit arbitrio prudentis Confessarii.

Stupratæ qualiter dos constituenda, arbitrium. Cap. 67.

SVMMARIVM.

1 *Vir tenetur in foro exteriori defloratam mulierem post sententiam dotare.*
2 *Dos qualis defloratæ sit constituenda, videtur arbitrarium.*
3 *Deflorata puella maiori indiget dote, quàm si sit virgo, & quæ consideranda.*
4 *Contra deflorantem virum multa specialia.*
5 *Dos soluto matrimonio spectat ad mulierem defloratam.*
6 *Coniugium non est vbi non est consensus vtriusque.*
7 *Deflorantis est in potestate ducere in vxorem, vel defloratam dotare.*

EX quo vir tenetur dotare stupratam
1 ob deflorationem † illicitam in pęnã delicti post sententiam condemnatoriam in foro exteriori, Dos omninò constituenda est, quare nõ sufficit (vt diximus in praecedenti capitulo eam ducere sine dote, & ex propriis bonis alere, sed constituere debet certam dotem, vt soluto matrimonio aliquo casu dos illa sic constituta redeat ad mulierem, ut eam lucrifaciat ob delictum viri: Verum qualiter sit dos constituenda, & quæ sint consideranda videtur
2 hoc arbitrarium, † nam prudens Confessarius multa debet considerare, & primo consuetudinem regionis, ac loci, facit tex. in l. quid si nolit, §. qui assidua, ff. de edil. edicto, & hoc ideo, quia maiores dotes dãtur in vno loco quàm in alio, concordantiæ sunt in glosa in c. 1. extra de adulter. facit etiã quod habetur in l. 1. ff. de flumin. & in c. certificari extra de sepult. in quibus habetur, quòd etiam speciales consuetudines attenduntur, idem, quando deflorator non vult eam ducere in vxorẽ, sed potius dotare, tunc considerabit Confessor, quòd mulier cum sit deflorata, maiori in-
3 diget dote, quàm si esset virgo, † & quòd ista fortè maritabitur viliori: item debet attendere facultatem assignantis dotem, & dignitatem puellæ. C. de Episc. aud. l. pen. & in auth. Sed quamuis, ff. de iure doti. l. siue generalis, c. nullum 30. q. 5. Igitur hæc omnia prudens Confessarius considerare debet ad condemnandum pœnitentem ad ducendum in vxorem mulierem, quã promisit ducere, & postea ipse nolit, nam considerare debet scilicet consuetudinem loci, qualitatem puellæ, quia nobilis, vel ignobilis, & facultatem stupratoris, & quantum esset datura plus alteri viro ratione deflorationis. arg. 30. q. 5 c. nullũ, vide Astens. li. 2 tit. 46. ar. 3 in fi. Quapropter collige multa specialia contra virum deflorãtem, & primo quòd licet mu-
4 lier virum † dotare debeat, & non cur mulierem, nam dos proficiscitur a muliere, & dicitur eius patrimonium, l. 3. §. sed vtrũ, ff. de minori. tamen in hoc casu seductor, & deflorator tenetur dotare. Est & aliud speciale, quod si deflorator contraxit cum muliere corrupta, quam dotauit, soluto
5 matrimonio in pœnam delicti † dos spectat ad mulierem Tertium est speciale secundum Innoc. in d.c. 1. quòd corruptor cogitur contrahere cum corrupta, d. c. 1. contra id, quod habetur, 30. q. 1 c. quòd
6 vbi non est † consensus vtriusq; ibi non est coniugium, sed hoc est propter delictum, sicut extra qui dux. in matrim. c. vel dic, quòd hic non est præcisa coactio, sed causatiua, si recusat ipsam ducere. Dotando enim eam videtur ab ipsa obligatione liberari, ex quo videtur posse argui, quòd in potestate est deflorantis ducere, vel dotare, ex regula iuris, in alternatiuis sufficit
7 alteram partem esse veram, Anan. in d c. 1. nu 4. & ibi glosa 2. Quartum, quòd stuprata non debet dotari iuxta consuetudinem aliarum virginum, sed in pluri dote, quàm esset virgo, per hoc, extra de iniur. cap. fin.

Testi vni an credatur in foro conscientiæ, videtur arbitrarium. Cap. 68.

SVMMARIVM.

1 *Dicto vnius testis non est credendum.*
2 *Arbitrarium est Prælato, an credat subdito dicenti se esse confessum ad finem, vt ei det Eucharistiam, nu. 5.*
3 *Curato quare debeat constare, vt subditus fuerit absolutus.*
4 *Pœnitenti accedenti ad communionem, quare parochus in certis temporibus cõcedere debeat Eucharistiam.*
6 *Eucharistia an sit neganda distingue an sacerdos habeat certitudinem, vel suspitionem, item distingue an sit parochus vel alius.*
8 *Sacerdoti neganti, quæ verba sunt dicenda.*
9 *Pœnitentem contra indignè accedentem exemplum quòd statim cæcidit mortuus.*

1 QVamuis regula sit, quòd vnius † testis dicto non sit credendum, l. iurisiurandi, C. de testi. Alex. conſ. 151. in causa, nu 7. in fi. versi quartus casus, & consi. 151. nu 6. lib. 5. etiam si sit quantumcunq; magnæ dignitatis, Soc. reg. 33 Castr. conſ. 352. lib. 2. nume. 3. tamen fallit in multis casibus, de quibus per Speculat. tit. de teste, §. restat, nu. 8. qui numerat casus, 30. in quibus sufficit dictum vnius. Videlicet quando quis habuit probabilem ignorantiam, nam tunc statur dicto suo, c. si vero, vbi Abb. de senten. excom. Sic creditur dicto Abbatis vnius contra Episcopum, qui vicini messem ante missarum solemnia exarauit, cap. tanta, 86. distinct. Sic quando alicui non fit præiudicium, puta cum dubitatur, an quis sit baptizatus, vel an ecclesia sit consecrata, capit. cum itaque de consecr. dist. 4. & c paruulos Lapus alleg. 105. Idem ad probandam consecrationem ecclesiæ, Mascard. conclu. 415. consecratio, nume. 4. Idem quando dubitatur de voluntate obmutescentis, vel morientis, cap. qui recedunt, & cap. seq. 26. q. 6. Sic testimonium vnius impedit matrimonium contrahendum, cap. super eo de testi. Sic cum sibi defertur sacramentum, c. fin. de iureiuran. Pariter sacerdoti dicenti aliquem pœnituisse, cap. nemo, extra de simon. Idem creditur pœnitẽtiario, quod absoluit excommunicatum, ne repellatur a iudicio, Bald. consi. 166. aliàs 11. de probat. Idem creditur Cardinali, vel alii excellenti dicenti se Legatum, vel aliquid asserenti, licet non probat, capit. nobilissimus, dist. 96. Lapus alleg. 33. Sic creditur patri dicenti filium inuitum monachum factum fuisse, cap. præsens. 20. q. 3 idem vbi non læditur ius tertii, Craue t. consil. 613 num. 13. Vbi quod propterea vnicus testis probat clericatum, quia non agitur de præiuditio tertii, & consil. 616. nu. 18. Itẽ vnus testis regulariter probat ad prohibendum actum ex quo inducitur peccatum. Ioan. de Imo. consi. 91. nu. 4. vers. itẽ
2 non obstat, an vero sit arbitrarium † curato, an fidem præstare debeat suo subdito dicenti se alteri confessum fuisse, ad finem, vt ei det Eucharistiã, dicimus quòd sic, argu. text. in c. de causis, extra de offic. deleg. Quid enim si esset in peccatis manifestis, tunc non tenetur ei credere, etiam quòd confessus sit superiori, & absolutus sit, nisi constiterit ei de hoc per litteras su-
3 perioris, vel alio legitimo † modo, vt qui ipsius prauo exemplo offensi fuere, eiusdem emendatione ædificentur, iuxta Sanct. Bonau. in 4. senten. dist. 9 q. 4. col. 3 & 4. facit Conc. Trident. sess. 24. cap. 8. cap. quæsitum, extra de pœnit. & remiss. vel quando essent peccata occulta, & suũ
4 subditum haberet † suspectum, quod intellige, extra tempus paschatis, & articulum mortis, nam aliis temporibus si Prælatus aduerteret, quòd in subdito tanta esset impudentia, vt frequentaret Sacramentum semper in peccato mortali, tunc ad reprimendam hanc impudentiam excusare se Prælatus posset, & deberet, ita Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 6. vers. veruntamen, & ita quamuis occultis peccatoribus regulariter a sacerdote non sit deneganda Eucharistia, c. non prohibetur de consecr. dist. 2. c. multi, 2. q. 1. c.

si

si sacerdos, extra de offic. ordi. tamen hoc
5 est remittendum arbitrio sacerdotis † An sit deneganda Eucharistia, vel non. item an sit credendum suo subdito vtrum fuerit confessus, nam talis potest esse persona fide digna, & timorata, vt possit credere: quia verisimiliter talis persona præsumenda est non mentiri, arg. 11. q. 3. c. qui omnipotentem, Sic Archidiac. in c. proposui sti, dist. 82. dixit esse arbitrarium, an credi
6 debeat nuntio simplici, an aliquem citauerit, quamuis sit iuratus, arg tex. in c. fi. extra de iureiur. Enimuerò nimis graue est, quòd vni nuntio, quamuis iurato forsitan vili contra Episcopum vnum contrarium iurantem crederetur, cum Episcopus possit condemnari absens, nec audiretur appellans, 2. q. 6. §. sunt quidam, sentit Host. extra de appellat. cap. cum parati. Igitur an sit deneganda Eucharistia a curato subdito dicenti se esse cófessum, & absolutum à suo Confessario, sunt multæ circunstantiæ considerandæ, quæ vt facilius intelligantur, propono has conclusiones. Quarú sit prima. Aut sacerdos ha-
7 bet certitudinem, † aut suspitionem, si certitudinem, aut est sacerdos, qui non tenetur ei ministrare Sacramenta, puta quia non est curatus eius, vel non tenetur pro tunc, & tunc debet ei denegare, vt si non esset dies paschatis, vel infirmus, quia debet à peccato mortali proximum impedire, quantum potest, potest autē hic: quia etiam non peccatori nō tenetur dare, vnde si nesciat etiam nisi per confessionem, potest negare, quia non ex cófessione ius illud acquisiuit, quia aliàs habet ius negā di eo ipso, quòd alius non habet petendi ab eo, & sic dicitur de temp. ordin. cap. ad aures. Secunda conclusio, quòd si sacer-
8 dos, qui innocenti tenetur dare, † si est Parochus, vel Vicarius eius in paschate, scit crimen esse notorium, & manifestum, túc debet negare in publico, & priuato, quando est in mortali, fallit vt nu. 1. vt si est notorius vsurarius, aut concubinarius, imò est sibi dicendum, Amice non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Matth. cap. 15. si autem crimen est occultum, tunc debet negare in occulto, & non in publico, quia esset proditor crimi-
9 nis, aut reuelator, Sic Christus dedit Eucharistiam coram Apostolis Iudæ ca. 2. de offic. ordin. Ad idem in cap. ex tenore, extra de tempor. ordin. Vbi illos, qui habent ius petendi ordines ratione beneficij, nō debet Prælatus repellere prætextu peccati occulti, quod intellige, quádo peccator occultus peteret in publico, Et ita legitur fecisse B. Bernardus, qui cum quadam die communicaret monachos suos, quidam quem B. Bernardus sciebat esse in peccato mortali, inter alios accessit ad communicandum, & Sanct. Bernardus dedit ei Corpus Christi, dicens illi submissa voce, Iudicet Dominus inter me, & te, quia volit dicere. Dominus scit quòd tu indignè accedis, & ego non possum tibi negare, & ideò iudicet inter me, & te, & statim ille miser
10 accepto Corpore † Christi cecidit mortuus, & ideo caueat sibi vnusquisque ne indignè accedat, non enim noceret Sacerdoti, sed sibi ipsi, & sacerdotes benefacerent, si istud exemplú, & similia parochianis, & subditis nuntiarent. Ex quibus omnibus benè colligitur, quàm prudenter se gerere debet Confessor an sit credendum vni dicenti aliquem esse absolutum ad finem, vt possit Sacerdos ei credere, Et an sit neganda, vel concedenda communio alicui. De hac materia habetur per Palud. in 4. sent. dist. 9. quæst. 4. & per additionem ad Raymundum de idoneitate sumentium Eucharistiam, verficulo æger, vel sanus, fol. 229 per Sotum in 4. senten. distinct. 12. quæstione 1. artic. 6 & per Victor. de sacram. Eucharist. nu. c.

Testatoris voluntas, quæ causa sint sufficientes ad mutandam eam, sunt remittendæ arbitrio boni viri. Cap. 69.

SVMMARIVM.

1 *Papa absque causa potest mutare voluntatem testatoris, Episcopus cum causa.*

2 *Episcopus an, & quando possit transferre beneficia simplicia etiam iuris patronatus.*

3 *Epi-*

3 *Episcopus an possit transferre monasteria monialium de loco ad locum, numero 4.*

5 *Episcopus an relicta ad certum vsum possit transferre ad alium vsum.*

6 *Testatoris voluntas, quando non in totum infringitur, an possit mutari per Episcopum.*

7 *Et quid si relinquitur aliquid pro nouo opere faciendo.*

8 *Et an ratione vtilitatis, & quid quando voluntas testatoris est nondum executa, nu. 9. & quid in Vicario, nu. 11.*

10 *Arbitrio prudentis Confessarij, videtur remittendum, vt ab Episcopo consultus respondeat testatoris voluntatem mutari posse, vel non.*

SI Episcopus, vt quia in causa propria quamuis sit peritus, petere vult à Cōfessario suo, qui desiderat mutare voluntatem testatoris, an ex iusta, & rationabili causa possit mutare voluntatem eius, & quæ sit, vel esse possit huiusmodi causa legitima, & rationabilis, sic respondere potest, faciendo prius hanc regulam magistralem secundum communem sententiam Doctorum, Papam posse † absque
1 tiam Doctorum, Papam posse † absque
causa rationabili mutare voluntatem testatoris, Oldr. consil. 61. in fin. Gem. consil. 63. in princip. Alex. cons. 2. visis codicillis, num. 19. in fin. Anchar. cons. 282. pro decisione in princ. Abb. cons. 15. duo sunt num. 5. lib. 2. Vnde potest mutare pias testantium voluntates, & ideo potest apponere rectorem perpetuum in hospitali laicorum, etiam contra dispositionem testatoris, imo potest præcipere, quòd nullam rationem reddat hæredib. testatoris, Calder. cons. 5. de relig. dom. Episcopum vero cum causa, maximè cum consensu hæredum, vt scribentes notant in clem. quia contingit de religios. domibus. Sic etiam potest Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus transferre beneficia simpli
2 cia etiam iuris patronatus † ex ecclesijs
quæ uetustate, seu alias collapsæ sunt, & ob earum inopiam nequeunt instaurari, quorum interestijs vocatis in matrices, aut alias ecclesias locorum eorūdem, seu vicinorum arbitrio suo, atque in eisdem ecclesijs erigere altaria, seu capellas sub eisdem inuocationibus. Sic etiam iustis de causis potest transferri auctoritate Episcopi monasterium monialium de loco ad locum, licet regulariter non sit trans-
3 ferendum, cap. ea, quæ semel de reg. iur.
vel propter infestationem persecutionū, 7. q. 1. c. temporis, vel propter aeris qualitatem, c. quorundam dist. 74. Quapropter iusta causa potest esse iustum impedimentum, quod poterit Confessarius arbitrari si fuerit iustum, approbandum postea ab ipso Episcopo (v. g.) si Episcopus consuleret suum Confessarium, an possit mutare voluntatem testatoris, qui mandauit monasterium construi in certo loco, &
4 ipse vult construere in alio loco, † tunc re
spondeat Confessarius, quòd sic, existente tamen iusta causa, vt quia ibi non potest construi monasterium; enimuero vbi testatoris voluntas adimpleri non valet, vt voluit, est aliter adimplenda; vt dixit Anchar. in cap. nos quidem, extra de testam. & in specie voluit glosa in § nunc vero aliqua de instrum. edict. vers. Quod si testator. Sic si est factum legatum pro constructione capellæ in ecclesia fratrum minorum, si non potest construi in ea ecclesia, potest Episcopus commutare, vt in alia ecclesia construatur, Bald. cons. 453. Si ex testamento circa finem. vers. Quid igitur erit li. 2 Sic si testator legauerit construi ecclesiam in domibus suis, & postea viuens domos alienauerit, & commutauerit, si ecclesia non potest construi in omnibus permutatis, & alienatis, neque in emptis, Episcopus de consensu habentium interesse poterit in alio loco consentire, quòd fiat, Bartolus consil. 26. Testator in fi. lib. 1. Vbi plena Apostilla in vers. auctoritate Episcopi, dat concordantias. Itē iustum impedimentum est, quando ali-
5 quid relinquitur ad certum vsum, sed illa
pecunia non sufficit, quia potest conuerti in alium vsum, ita singulariter dixit Anchar. in d. cl. in quia contingit, & hoc accedente consensu partium, & auctoritate non tantum legati, sed etiam Episcopi, vt notat Innoc. in d. c. nos quidem. Sic Episcopus

scopus potest fructus fabricæ ecclesiæ destinatos ad vnum vsum in emptionem librorum,& aliarum necessitatum ex causa rationabili, vel necessaria cum consensu capituli conuertere, Calder. cons. 3. de reb. eccles. non alien. qui in fine sic declarat, dummodo primum vsum non in totum tollat, & dummodo vsus, in quo fit applicatio, non sit omnino extraneus vsus à primo. Hinc Guido Pap. decis. 556. facit regulam, quòd potest Episcopus commutare quæcunque legata pia in alios vsus pios, quando vsus legatus non potest impleri, l. legatum, ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin. ff. de vsufr. leg. c. 3. de test. Feder. de Sen. cons. 175. Sic quando non sufficit legatum pro illo vsu, potest per Episcopum commutari in alium vsum, Cald. cons. 14 de testamen. Hinc dixit Castr. cons. 303. visis, diligenter col. fin. num. 6. lib. 1. quòd si non sufficit legatum factum pro construendo monasterio, tunc commutatio potest fieri in alium pium vsum sine Episcopo, vel Superiore de consensu hæredis ad hoc obligati: Et hoc intellige qñ id, quod iussit testator non potest fieri de iure, vel potest fieri de iure, sed non de facto, nã tunc de consensu partium potest fieri cõmutatio absq; facto superioris, Sed si partes nõ cõcordant in cõmutatione, iudex erit medius, cuius auctoritate statur, & iudex magis debet fauere voluntati eius, cui relinquitur, quam eius, à quo relinquitur, ita Bartol. in tract. de Minor, lib. 2. dist. 2. cap. 3. semper tamen fieri debet commutatio quantum fieri potest in alium vsum proximum voluntati testatoris, Feder. de Senis cons. 175. in fin. Sed si id, quod relinquitur potest conuerti de iure, & de facto in vsum destinatum, tunc non est conuertendũ in alium vsum piũ, nisi de licentia Papæ, Castrens. cons. 187. super primo in princ. lib. 1. Item esset iusta causa mutandi voluntatẽ testatoris, quando non in totum infringeretur eius volũtas, sed solum pro tempore non obseruaretur, & immineret aliqua ecclesiæ necessitas, cui aliter prouideri non posset, quo casu de licentia Episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in illam necessitatem, secundum Io. Andr. in cap. fin. extra de testamen. Vbi si testator reliquit annuatim viginti pro anniuersario faciẽdo in aliqua ecclesia, quę reparatione indiget, nec sit aliunde, vnde reparari possit, tunc de auctoritate, & licentia Episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in ecclesiæ reparationem, ita text. in singul. in l. 1. C. de expen. iud. lib. 11. Item causa iusta est, quando testator pecuniam reliquisset † pro nouo opere faciendo, vt pro construenda ecclesia, vbi sunt aliæ plures ad sufficientiam, etenim eo casu si antiquum ecclesiæ ædificium indigeret reparatione, cui aliter subueniri, vel prouideri non posset dicta pecunia conuerti posset in reparationem ædificiorum ruinosorum, Ita Io. Andr. & Imola in d. cap. cum esset, extra de testam. Dummodo illo vsu finito conuertatur in ædificium, ad quod relicta fuerat primo loco pecunia, secundum Bart. in l. 1. C. de expens. iudic. lib. 11. Item ratione vtilitatis, quia propter vtilitatem magnam permissa est auctorizatio Episcopis, quia necessitas, & vtilitas æquiparantur, c. breui, ca. quærelam, extra de iureiur. Alia est etiam causa, quando voluntas testatoris est nondũ executa, † quia illam Episcopus alterare posset, etenim facilius tolluntur facienda, quam facta, l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel al. iur. c. quemadmodum, extra de iniur. Imo dixit Rota decis. 1522. lib. 3 quòd non solum Episcopus, sed etiã eius Vicarius, † ex quo voluntas testatoris iuxta clausulam testamenti non erat adimpleta, potuit in causam necessariam, vel vtilem mutare eius voluntatem, Imola in l. 1. col. 2. ff de cond. inst. refert, & sequitur Felyn. in c. super his de accus. col. 2. Ex quibus omnibus colligitur quanta esse debeat Confessarij prudentia, vt valeat arbitrari an, & quando possit, vel nõ possit mutari voluntas testatoris.

(Marginal numbers 6, 7, 9, 10 mark the daggered passages.)

Venditio cum pacto de retrouendendo an sit contractus vsurarius. *Cap. 70.*

SVMMARIVM.

1 *Ex præsumptionibus vehementibus quãdoque deueniri potest ad sententiam.*

2 *Ven-*

2 *Venditio cum pacto de retrouendendo an censeatur contractus vsurarius.*

3 *Venditionis contractus cum tali pacto iusto pretio præsumitur iustus.*

4 *Pactum de retrouendendo est licitum etiam de iure canonico.*

5 *Contractus qualitas præsumitur ex qualitate pretij.*

6 *Contractum vsurarium, quæ faciant in huiusmodi venditione.*

7 *Res minus valet propter onus retrouendendi.*

8 *Venditio cum pacto de retrouendendo in duobus casibus præsumitur vsuraria.*

9 *Arbitrarium videtur consideratis circumstantijs, quando talis venditio præsumatur licita vel illicita.*

1 QVia nonnunquam ex præsumptionibus potest deueniri † ad sententiã, quando sunt præsumptiones in his vrgentes, vt notatur in cap. ad nostrã, extra de empt & vendit. facit quod habetur in c. is, qui extra de sponsal. & in l. siue possidetis, C. de probat. & in c. afferre, extra de præsumpt. præcipuè hoc videtur habere locum contra vsurarios, qui conantur quotidie, occultare, & palliare, ne videãtur facere contractus vsurarios, adeò quòd de facili non possunt conuinci expresse, ideò fuit contra tales laxanda probatio, argum. eorum, quæ habentur in l. ex consensu, §. super plagas, C. de repud. Quapropter videndum est, An venditio cum pacto de retrouendendo censeatur
2 † contractus vsurarius. Primo, quòd pactum de retrouendendo de sui natura est licitum, & honestum in emptionibus rerum, & censuum annuorum siue ad certũ tempus, siue ad vitam, vel simpliciter, seu perpetuo, Anchar. consil. 30 Dubitari solet, num. 5. colum. 2. circa medium, versic. 2. Vbi etiam de lege naturali hoc pactum est licitum, Bald. cons. 303. num 3. vers. Quæro vtrum lib. 1. Ang. Aret. cons. 131. in causa mihi in princ. Maximè quando est simplex pactum non adiecto aliquo termino, quòd non possit redimere, nisi post certum tempus, Bald. cons. 142. secundum ea lib. 3. per totum, quia tunc secundum Tiraq. in tract. de retract. conuent. in præfatione. Vbi num 30. dicit esse vsurarium, quando non potest redimi nisi lapso certo tempore, vel quando pro maiori, vel minori pretio est res redimenda: Nisi fieret pactum, quòd liceret venditori redimere infra quatuor annos proximè futuros in principio tamen anni quia lapso principio quarti anni expirauit tale pactum, ita quòd non auditur volens redimere in fine quarti anni, Alexan plenè consil. 9. Attentis verbis per totum lib. 7. Hoc sic præsupposito dico hoc posse determinari arbitrio boni viri, qui ex varijs coniecturis arbitrari poterit contractum vsurarium, vel licitum. Quid enim si venditio cum pacto de retrouendendo fit iusto pretio, tunc contractus non præsumitur fœneratitius, nec pignoratitius, sed licitus, & emptor lucratur fructus, donec
3 retrouẽdatur, & nec computabit fructus in sortem, vt est tex. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Bald. cons. 103. ad euitandum præmittendum, nu. 2. & 3. versic. in contrarium tamen lib. 1. Ang. cons. 53 in si tanquam Dominus. Potest tamen præsumi contractus iste vsurarius, & illicitus, quando esset pactum de retrouendendo post certum tẽpus quia concurrente modicitate pretii inducit simulationis præsumptionem, Ang. Aret. cons. 1 6. in themate nu. 10. vers. tria ergo. Item quando non est pactum post certum tempus, sed in alio instrumento separato concurrente modicitate pretii, quia inducit pręsumptam simulationem, ex quo videtur esse venditio in apparentia pura, Ange. Aret. 116. nu. 17. & seq. Item pactum de retrouendẽdo arguit vsurarium contractũ, qñ vltra pactum interuenisset postea. Promissio de vẽdendo pro minori pretio, vel quando præcesserat tractatus de mutuando, postea fuit celebrata venditio cum pacto de retrouendendo, maximè quando pactum non est liberum, sed post certũ tempus, Bald. cons. 114. lib. 3. Item quando est modicitas pretii, cum pacto de retrouendendo, nam hæc duo sufficiunt ad præsumendum contractum simulatum, atque in fraudem vsurariam, Idem, & appetitus

petitus tenuit glosa in c. conquæstus, extra de vsur. Archid. 14.q.3.c. plerique D. Ant in c. illo vos, extra de pig. & ratio est,
5 quia ex modicitate pretij † præsumitur qualitas contractus, vt est glosa notab. in l. 1. ff. de superficiebus, & per Bartolum in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. nam nemo præsumitur velle iactare suũ. c. super hoc, extra de renunt. l. cum de indebito, ff. de publ. Hoc autem intellige, quando pretium esset valdè tenuè respectu valoris rei, hoc est vltra dimidium, Afflict. decis. 65. Vbi Vrsillus, qui dicunt, ꝙ ista duo sufficiunt ad faciendum contra-
6 ctum † vsurarium, & ita fuit determinatũ in Sacro Consilio, etiam quòd non probetur consuetudo fenerandi. Igitur requiritur pretium valdè tenuè, nam contrahentes solẽt se decipere pretio, Item, quia res
7 minus valet propter istud onus retrouendendi in venditione appositum, arg. tex. in l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. & maximè hoc procederet, si emptor, de quo agitur, erat vsurarius, licet hoc simpliciter non sufficiat, quia etiam vsurarius quandoque facit bonos contractus, Bald. in l. 3. C. plus valere, quòd agitur. Licet alij dicant, quòd tunc pactum de retrouendendo reddit contractum vsurarium, qñ tria concurrunt, videlicet pactum ipsum, modicitas pretij, & quòd emptor in fraudem vsurarum sit solitus ita emere Bald. cons. 3. casus talis est per totum lib. 3. Vbi quòd duo prima non sufficiunt, videlicet pactum, & modicitas pretii, nisi alia indicia concurrant, & cons. 205. Iacob. de Aret. lib. 2. Vbi quòd nisi concurrant ista tria, non præsumitur vsurarius, & hanc communem opinionem dicit Bald. 359. Hinc pactum lib. 5. per totum maximè in fi. & hanc partem tenet Bald. cons. 361. & hanc magis communem dicit Dec. cons. 307. in casu ad nos transmisso col. 2. Possunt tamen istæ opiniones sic concordari, vt quando venditio incipit à mutuo, vt quia vendens petiit mutuo scuta centũ, emptor dixit nõ posse mutuare, sed quod emet cum pacto, tunc duo sufficiunt, si vero contractus incipit à venditione, tria cõcurrunt, Ita Bologn. in addit. ad cons. 58. Io. de Anan. in verbo tertio ad idem. Item si fuit facta venditio cum pacto de retrouendendo cum termino elapso, hoc est, vt ante septennium res non possit redimi,
8 † Vt interim emptor redimat fructus: vel si fuit factum pactum cum pacto de retro uendendo in cariori pretio, & quòd fructus computentur in sortem, enimuero contractus iste reputatur fęneratitius, vt est proprius casus in cap. illo vos, extra de pignor. Igitur ex ijs, & similibus poterit bonus vir in foro conscientiæ interroga-
9 tus si contractus sit licitus, vel fęneratitius iudicare. Quod si penitens, hoc dicit in confessione, tunc ex his, & similibus coniecturis poterit etiam decernere, & in dubio, vt abstineat à talibus cõtractibus, qui mali speciem habent, vt dixit Abb. in c. in ciuitate, extra de vsur. Couarr. lib. 3. vari. resol. cap. 8. nu. 4. ex Corneo cons. 4. lib. 1.

Vendere ad vocem an licitum, videtur remittendum prudenti arbitrio Confessarij. Cap. 71.

SVMMARIVM.

1 *Pretia rerum facit mutare mutatio locorum.*

2 *Venditio ad vocem an licita sit necesse est, vt res vendita existat in rerum natura.*

3 *Cambium, vt sit simplex oportet, vt sit existentia vtriusque rei.*

4 *Emptor non debet grauare venditorem vectura de loco ad locum.*

5 *Et nec debet grauare tempore?*

6 *Confessor vt rectè arbitretur, quæ conditiones sint necessariæ.*

SI fortè accesserit pœnitens, & confessus fuerit se vendidisse frumentum, aut vinum ad vocem, hoc est ad pretium præfigendum in die Sancti Petri, aut Iacobi secundum regionis morem, vt rectè Confessarius arbitrari valeat, an huiusmodi venditio fuerit licita, vel illicita, ita interrogare de-

bet pęnitentem, & Primo an habuerit rationem ad locum, vbi res vendita nascitur, seu colligitur, nam si vult vendere frumentum tali precio, quod fuit appositum vbi res vendita non fuit nata, nec collecta, & vendiderit in eo loco, vbi frumentum fuit natum, & collectum, vtique contractus est illicitus, quia mutatio locorũ
1 † facit mutare precia rerum, glosa in l. nõ vtique, §. nunc de officio de eo, quod certo loco. Vbi dicit, quòd ex varietate, & diuersitate locorum precia rerum venalium, ac cæterarum rerum mobilium variantur, l. precia rerum, ff. ad l. falcidiam. Quod si dixerit vendidisse res venales in loco, vbi præfigendum erat pretium; tunc licita est venditio. Rursus interroget an
2 seruauerit tempus, hoc est an res vendita existebat in rerum natura, hoc est, quando vendidit vinum, habebat illud vinum colligendum in suis agris. Quod si dixerit sic, recte respondit, alioquin vsura esset palliata. Quod idem diximus in cam-
3 biis, quia vt simplex sit cambium, requiritur vtriusque rei existentia, alioquin vsura esset, vt diximus in 1. par. decis. lib. 1. c. 110. num 3. Præterea si pęnitens sit emptor, interroget ipsum, an emendo secundũ pretium præfigendum grauauerit venditorem vectura de loco ad locum, quia
4 tunc illius vecturæ pretium tenetur restituere, nisi qni præest ad faciendam vocẽ, habeat rationem vecturæ instituendo legitima prætia. Item an venditor grauetur tempore, vt qui emit tot modios frumen-
5 ti à re ad vocem fecerit pactum cum venditore, teneatur seruare frumentum prædictum vsque ad certum tempus, enimuero tale pactum est iniquum, nam venditor vult lucrari impensam, quam in custodiendo faceret, & periculum amissionis vitare. Nauar. in manua. c. 17. num. 221. nu. 56. Licitus tamen redderetur, si diminueretur de pretio ob has causas, vt a simili diximus in 1. par. decis. lib. 2. ca. 105. num. 23 Item an emptor grauauerit venditorem expurgatione frumenti; Quibus conditionibus existentibus poterit Con-
6 fessor arbitrari, An emptio, vel venditio ad vocem sit licita, vel quandoque illicita.

Voto an quis se astrinxerit, vel iuramento, consulendus est Confessarius. Cap. 72.

SVMMARIVM.

1 *Dubium quis propriè dicatur.*
2 *Dubium quando est, recurrendum est in iudicio animæ ad arbitrium Confessarij.*
3 *Dubitanti de voto non licet venire contra propria auctoritate.*
4 *Ieiunium an sit iusta causa frangendi, non licet ipsi interpretari.*
5 *Eucharistia an sit concedenda in paschate arbitrabitur Confessarius.*
6 *Casus reseruati quando dubij sunt, recurritur ad arbitrium Confessarij.*
7 *Sed quid si dubium esset an votum valeat.*
8 *In dubio, quòd quis tenere debeat partẽ magis tutam, an procedat in voto. vide num. 11.*
9 *Suffocatio pueri quando dubium est cuius culpa contigerit requiritur arbitriũ Confessarij.*
10 *Possidentis conditio melior est.*
11 *Votum qualiter sit interpretandum.*

1 DVbius propriè est, quando in quæstione, † de qua agitur, quis neutri parti assensit, (exempli gratia) quęstio est, An liceat Titio ius, quod Petrus habet ad centum aureos exigendos a Seio minoris emere, quando neutri parti huius quęstionis assensum præbet, dubius de quæstione est, vel dubium dicitur, seu dubitatio super iure est, quãdo factum ponitur pro constanti, sed super facto est, quando factum non ponitur pro constanti, glos. & doct. in l. eum, quem temere, §. 1. ff. de iudic. vel dubium dicitur id, quod potest pluribus modis intelligi Phil. Corn. in cõsil. 39. incipiens videtur in 3. par. Vel dubium dicitur, vbi sunt consilia, & doctorum opiniones hinc inde, Phil. Corn. consil. 71. incip. Quod non valent in 3. col.

Raph.

Raph. Cuma. in consl. 154. in fine. Vnde
sicut in tali casu, quando dubium est, re-
curritur in foro exteriori ad arbitrium iu
2 dicis, sic in foro conscientiæ † est ad arbi-
trium iudicis spiritualis hoc est Confessa
rij recurrendum. Igitur ad casum no-
strum dico non licere dubitantem pro-
pria auctoritate venire contra votum, sed
3 in huiusmodi dubio † debet consulere pe
ritiorem, sicut in ieiunio diximus, quòd
quando causa frangendi ieiunium nõ est
tam euidens, nec tam subita, vt non patia-
tur tantam moram, quod ad superiorem
possit recursus haberi, tunc non pertinet
ad ipsum interpretari, an sit iusta causa
4 frangendi ieiunium, † sed est consulẽdus
medicus, vel Confessarius, qui si interpre
tatur illam esse iustam causam dispensan-
di, & euidentem, potest propria auctorita
te dispensare, aliàs secus, Caiet. 2. 2. q. 147.
art 4. Et hoc sine scandalo, Sylu. in verbo
ieiunium, nu. 20. Nos 1. par. decis. lib 2. c.
37. nu. 16. Sic an sit deneganda, vel conce
denda Eucharistia in paschate, requiritur
5 consilium Confessarij, † c. omnis extra de
pœnit. & remiss. verbo consilio. Simili-
ter si dubium esset, an rem iuratam com-
mutaret in melius bonum, iuxta tex. in c.
peruenit, extra de iureiur. & cap scriptu-
ræ, extra de voto consulendus esset supe-
rior, an iuramentum sit, vel ne commu-
tandum Do. Anto in d. cap. peruenit. Sic
casus reseruati, quando dubij sunt, si sunt
6 contra ius commune, † est recurrendum
ad peritum Cõfessarium circa eorum in-
terpretationem, qui qualiter sint interpre
tandi, habetur per nos in praxi casu reser.
ca. 4. lib. 1. Pariter in casu nostro, quando
quis probabiliter anceps, & dubius est vo
uerit nec, ne, recurrere debet ad prudentẽ
virum, qui bene explorata voluntate pœ-
nitentis vouentis, si viderit dubium esse
probabile, Hoc est, quod rationes proba-
7 biliter ad vtranque partem sunt pęnè æ-
quales, iudicet secundum rationem Soti,
qui dicit in voto non esse tenẽdam ratio-
nem iuris dicentis tutiorem partem eligi
debere, vt notat gl. in cap. vnico de scrut.
in ordi. faci. & ibi Abbas, capit. iuuenis,
extra de spons. clemen. exiui de paradiso
de verb. signif. facit quod legitur, & not.
in cap significasti, & in cap. ad audientiã,
extra de homic. & ca. illud, extra de cler.
excomm. ministr. Hinc ob hanc regulam,
vbi contractus est dubius, an in se conti-
neat peccatum, vel non, debemus potius
abstinere à tali contractu, quia in dubio
8 debemus tenere partem magis † tutam a-
nimæ, etiam si illa pars videatur durior,
sic diximus in praxi cas. reseru. lib. 2. c. 38.
num. 39. quòd quando dubium est, an suf
focatio contingat culpa parẽtum, vt quia
parentibus à somno excitatis fuit reper-
tus filius mortuus absque vllo liuore, vel
signo mortis accidentalis, tunc deberent
9 parentes perquirere iudicium Confessa-
rii, qui in dubio debet sequi mitiorem par
tem, hoc est facere duriorem interpreta-
tionem contra eos, iuxta glosam in d. cap.
vnico, Ioan Andr. in cap. ex tenore, qui
filij sint legit. Sed dicit Sotus in materia
voti non esse seruandam prædictam regu-
lam, sed aliam, quæ dicit meliorem esse cõ
10 ditionem possidentis, † & quia quisque
est suæ libertatis possessor, cum hæsitet, an
quicquam vouerit, iurauerit. tuto iudica
re poterit se non vouisse, aut iurasse, &
quamuis alij dicant lõge verius esse quod
& alii tradiderunt in his, & aliis huiusmo
di tutiorem partem esse eligendam, Ta-
men nobis semper placuit adhęrere Soto
lib. 7. de iust. & iur. q. 5 art. 2. Medina in
instruct. confess. lib 1. cap. 14. §. 7. Enim-
uero regula, quæ habet tutiorem partem
esse eligendam, procedit quando quis du
11 bius est de peccato, † an sit mortale, quia
debet censeri mortale, An commiserit de-
lictum, vel homicidium, ob quod veniet
excommunicatus, suspensus, aut irregula-
ris, quod secus est de voto; & ratio differẽ-
tiæ est, quia quis semper se ponere debet
in tuto. Sed eligendo, quòd incurrerit in
aliquod peccatum mortale, vel in excom
municationem nulli se periculo exponit
cum sine difficultate possit petere absolu-
tionem à peccato, quod de facili expiatur
per confessionem, vel ab excommunica-
tione, quæ nulli deneganda est, sed con-
cedenda, cum sit medicinalis, 11. q. 3 cap.
audi. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. quod
secus dicendum est de voto, cuius vincu-
lum semper durat, quia est perpetuum, &
ideo

ideo nimis durum esset, cum non possit commutari nisi in melius bonũ sine causa, & in æquiualens cum causa, Panorm. in cap. 1. extra de voto, vt quis consulat in dubio probabili, an votum teneat nec ne, & dubitationes sunt hinc inde æquales, ligatum esse voto, cum possit versari magnum periculum, illud violando. Igitur debet potius consulere in dubio vna cum Soto, & Medina illum voto non ligari.

Vota ex causa, & in quibus commutanda, arbitrarium. Cap. 73.

SVMMARIVM.

1 *Votorum commutatio arbitrio superioris pendet.*
2 *Superior quis sit.*
3 *Papa in quibus casibus dispenset, & in quibus Episcopus.*
4 *Dispensare in ordine subdiaconatus, an sit dispensare super votum continentiæ perpetuæ.*
5 *Summus Pœnitentiarius, & legatus à latere, an dispensare possint in reseruatis Papæ.*
6 *Dispensare super periurio non potest summus pœnitentiarius, licet poterit commutare, nu. seq.*
8 *Dispensare an poterit Summus Pontifex absque causa super votum continentiæ de iure ordinario.*
9 *Causæ, quæ legitimæ, dispensandi super votum continentiæ.*
10 *Sacerdos non potest commutare vota, nisi de mandato speciali Episcopi, vel Iubilei.*
11 *Votum commutandum in æquale qualiter accipiatur.*
12 *Arbitrarium circa vota qualiter sit à superiore informandum.*
13 *Votum potest commutari in melius auctoritate iuris.*
14 *Voti in commutatione tria attendenda.*
15 *Personæ qualitas puer, vel senex debilis an fortis, numero 18.*
16 *Minor ætas non impedit obligationem Deo quærendam.*
17 *Votum repentina susceptum deliberatione secum affert dispensationis causam.*
19 *Votum non commedendi carnes an obliget in infirmitate.*
20 *Et quid si fecisset votum peregrinationis, & qualiter commutetur. nu. 22.*
21 *Votum abstinentiæ qualiter commutandum.*
23 *Votum quando possit commutari in melius bonum.*
24 *Ieiunia indicta ab ecclesia an possint commutari.*
25 *Votum non cessat cessante causa voti impulsiua.*
26 *Causa finali cessante cessat effectus.*
27 *In voti commutatione consideranda est causa voti, an sit maioris boni commutatiua.*
28 *Impedimentum superueniens post votũ emissum, an afferat causam iustam commutandi.*
29 *Vtilitas publica iusta solet esse causa vt Romanus Pontifex dispenset super votum continentiæ, nu. seq.*
31 *Contritionis qualitas, & quantitas iustam affert causam commutandi.*
32 *Votum totum an dependeat arbitrio superioris, cum non possit tradi certa regula.*

1 QVod votorum commutatio arbitrio superioris pendeat,† tex. est in c. 1. extra de voto, non inquam proprio, quia nemo debet auctorizare in facto proprio, vt habetur in clement. 2. de rebus eccles. non alienan. & in l. 1. ff. de auctor. tut. 32. quæstion. fin. cap. vnico, C. ne quis in sua causa, l. vnica. Sed arbitrio superioris, hoc est Episcopi,
2 vel superioris Prælati, quo ad suos subditos, Innoc. in c. 1. tit. nostro, & ita de consuetudine seruatur Host. ibi, nu. 2 in fine, qui

qui possunt super omni voto simplici Parochianorum suorum dispensare, vel cõmutare, nam in votis non simplicibus per superiorem intellige Romanum Pontificem, qui solus potest dispensare in votis
3 sibi reseruatis, vt est votum perpetuę continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, quod dicitur votum vltramarinum, vel Romam, vel votum ad Sanctum Iacobum Compostellæ, uel uotum ad Sanctam Mariam ex Gregor. XIII. de quibus loquitur glosa in uerbo incumbit in c. ex multa, extra de uoto. & colligitur ex extrau. Sixti IV. prima, & si dominici de pęnit. & remiss. ex quibus uerbis dũ dixi solus Romanus Pontifex, fit, quòd cũ dispẽsare in ordine subdiaconatus, ut pos
4 sit effici laicus, & uxorem ducere, fit † dispensare super uotum continentiæ perpetuæ, ut satis manifestè sensit Nicolaus de Miliis in repertorio uerbo dispensare, Quæ quidem dispensatio cum sit ex Papę reseruatis, sic tradunt Host. & Abb. in ca. ueniens, qui clerici, uel uou. Nauar. c. 11. nu. 75. uers. 4. dicimus, fit, quòd legatus à
5 latere, uel summus Pęnitentiarius † non possit dispensare, cum sit ex reseruatis Sũmo Pontifici, nisi id speciali commissione permissum sit, Ita respondet Gemin. cõs. 105. Ad supplicationem col. pen uers. ex his infertur, qui dixit, quòd cum dispensare super periurio inferente infamiã sit
6 ex reseruatis Papæ, † summus Pęnitentiarius dispensare non poterit, nisi specialiter ei permissum sit à Papa, & Geminianũ secutus est Ludouicus Gomesius in tract. breuium nu. 19. Poterit tamen Summus Pęnitentiarius illud tantummodo cõmu
7 tare, ut affirmat † Slyu. in uerbo uotum 4. uers. Octauum summus, & quod diximus de summo Pęnitentiario, idem extende ad legatum de latere, nisi specialis, &c. c. quod translationem, & ibidem glosa de offic. delegati. An uero Summus Pontifex poterit dispensare super uotum conti-
8 nentiæ sine causa, † respondit Archid. in c. sunt quidem, 25. q. 1. una cum Host. in sum. de uoto, §. qualiter ad finem, & Ioan. Andr. in c. cum ad monasterium de sta. monach. quòd de iure ordinario non potest dispensare super uoto continentię si-
9 ne iusta causa, qualis esset † pro graui bello sedando, pro augendo cultu diuino, pro strage hoĩum euitanda, & pro cõi vtilitate ecclesiæ vniuersalis, vel regni, vel vnius prouinciæ, ita tradunt Archid. & Host. in locis præcitatis, An vero alii possint citra casus Rom. Pontifici reseruatos dispensare, Innoc in d. cap. 1. ponit vnam regulam, nullum Prælatum inferiorem citra Episcopum posse dispensare in aliquo casu, nisi in casibus a iure expressis, quàm regulam sequuntur Doctores c. fi. extra de postul. prælat. Et per Prælatum inferiorem intellige etiam illum, qui de iure speciali haberet ius Episcopale in personis, enimuero tunc potest dispensare in voto, sic Panor. in d. c. 1. Et ita Prælati religiosorum possunt dispẽsare in votis subditorum suorum. Hinc infert n. 7. sacerdotem vota non posse commutare
10 nisi † de mandato speciali Episcopi, vel in Iubileis, vbi amplissima datur facultas à Summo Pontifice. In hac tamen commutatione nõ põt assignari certa regula,
11 nam licèt sit cõmutandũ in æquale, † non tamen oportet scrupulosè sic accipere, sed sufficit arbitrium boni viri cessante fraude. Sylue. in verbo votum. 4. q. 8. ad finẽ, quòd magis habet locum, si huiusmodi facultas in Iubileo aliquo conceditur: Etenim tunc magis pia commutatio fieri poterit, nam semper priuilegium ita interpretandum est, vt non sit superfluum, c. 1. cum ibi notatis, extra de rescript. Igitur votum totum dependet ex arbitrio superioris, qui ex diuersis informare debet motũ animi sui, & ideo sicut pœnitentiæ
12 impositio est arbitraria, extra de penit. & remiss. c. 4. Sic votorum commutatio, quę si fit sine causa, debet recompensatio esse melior, & Deo magis accepta, At si causa est in vouente, satis est, vt commutatio fiat in similem causam, licet illa non sit Deo magis accepta, per iura in cap. quod super his. & cap. magnæ, extra de voto, facit quod legitur, & notatur in cap. 1. extra de rerum perm. Igitur quando Innocen. in d. cap. 1 dicit quòd in commutatione voti requiritur, quòd melior fiat cõmutatio arbitrio superioris, intellige, quando fieret cum causa, nam põt ẽt votũ

commutari in melius non quidem aucto ritate propria, sed iuris, † inde votum tẽporale commutari potest auctoritate iuris in perpetuam obseruantiam religionis, & votum religionis in arctiorem, licẽtia tamen sui Prælati petita, siue obtenta, siue non, extra de regul. cap. sanè, & capit. licet per totum in principio. In hac ergo commutatione, & arbitrio tria sunt
14 consideranda, † quæ habentur in ca. magnæ, extra de voto, Quid liceat, Quid deceat, & Quid expediat. Et nota, quòd verbum licere refertur ad æquitatem, quæ secundum B. Cyprianum est iustitia dulcore misericordiæ temperata, Verbum vero Deceat refertur ad honestatem, Verbum Expediat ad vtilitatem. Item considerandæ sunt etiam qualitates vouentis, & voti causæ, tempus, & locus, cap. fi. extra de transact cap. sicut dignum, extra de homic. & simil. super quibus possumus magis exemplo instrui, quam verbis, vt extra de donat. cap. apostolicæ, cap. 1 in fine, extra de voto. Vbi Host. & Anch. Sed vt ad singula descẽdamus, diximus in hoc arbitrio considerari qualitatem vouẽtis,
15 An sit puer, † vel senex, arg. tex. in cap 2. extra de voto, infirmus, aut debilis, vel sanus aut robustus, pauper, aut diuitijs affluens, Enimuero votum emissum in puerili ætate quamuis efficaciter obliget, tamen præstat facilitatem obtinendi commutationem, & ita minor ætas non impedit obligationem Deo quærendam, & dicitur puer post 7. annos vt dicitur in pro-
16 hemio 7. & sic post doli capacitatem quis obligatur ex voto, ita est textus semper mẽti tenendus in d. capit. 2. Vbi etiam notat Panorm. quod votum emissum in puerili ætate videtur potius procedere ex quadã facilitate animi, quam ex discretionis arbitrio, quod licèt obliget vouentem, tamẽ facilitas præbet causam dispensandi, & cõmutandi, Hinc fit quòd votum repentina deliberatione susceptum iustam secum af-
17 fert † dispensationis causam, id, quod doctè Panorm. admonuit in d. cap. 2 quod capitulum ipsum id clarè docet. Tametsi neque monitum hoc prætererim, quòd vbi votum Deo nuncupas, qui te siue in mari, siue in lecto, siue alibi à præsentaneo periculo eripuit, postea saluus inique atque infidè dispensationem procuras, nã licet repentina deliberatio id sinat, tamen causa vouendi beneficium receptum ingratitudinis te redarguit, vt dixit Sotus
18 de iust. & iur. lib. 7 qu. 1. col. 2. Rursum considerandum est, an sit senex, nam senectus est quidam status habens in se labores, & dolores, Etenim ait Terentius. Et ipsa senectus morbus est. Vnde facit ad quæstionem. Nunquid statutum disponens in causa infirmitatis habeat locum in causa senectutis, vt in causa infirmitatis, nam necessitas infirmitatis causa est iusta ad commutandum, Host. in d. ca. 1. Vbi etiam dicit de necessitate virium vnde notauit, Hugo 32 q. 2. quòd si quis fecit votum de carnibus non comedendis,
19 & infirmetur, ita quòd à medicis dicitur, quòd est in periculo nisi carnibus vescatur, & quòd aliter non potest euadere de præcepto maioris, & etiam sine præcepto potest carnes comedere, quia est causa necessitatis, Et in huiusmodi voto conditio tacita intelligitur, nisi necessitas aliter cogeret, & præcep tum maioris vetuerit Sic si quis fecisset votum peregrinationis, & postea esset infirmus, talis infirmitas iusta est causa ad cõmutandum huiusmodi votum, quæ sic fieri deberet, vt expensæ, quę
20 fierent in eundo, † morando, & redeundo, in aliàs pias causas dentur, & labor itineris ieiuniorum, & vigiliarum, & orationum laboribus compensentur, vt in c. magnæ, §. pen. extra de voto, oblationẽ quoque, quam quis ad ecclesiam illam ire vouerat, tenetur etiam ad ipsam mittere. D. Ant. in d. c. magnæ in prin. In voto quoq; abstinentiæ haberi debet ratio asperitatis ieiuniorum panis, & aquæ in eleemosynam, maximè si esset infirmus, vel minor, debilis, vel senex Doct. in d cap. 1. Et ita habenda est ratio ad qualitatem personæ, vnde aliquis pauper parua pecunia, vel oratione si nihil haberet, votum redimere posset, vbi Regi, vel Comiti magna non sufficeret, facit tex. in c. 1. extra de maled. & pauperi operario conceditur redimere ieiunia sextæ feriæ denario vno, distin. 82. c. presbyter. Sic quandoq; haben-
22 dus est respectus ad diuitia † secundũ D.

Anto.

Anto. in d.c.1.nu.5. Enimuero licet quis fortis sit, & potẽs ieiunare, vel peregrinari, tamẽ si vult ecclesiã sumptuosam ædificare, vel puellas dotare, tunc tale votum posset commutari; quia tanta posset esse cõmutatio, quòd esset magis accepta Deo quia peccata eleemosynis redimuntur, Danielis capit. 2. Peccata tua eleemosynis redime Et iterum. Consilium meum Domine placet tibi peccata tua eleemosynis redime. Et hæc intellige in votis voluntariis; Potest etiam commutari in minus
23 bonum, † vt quando Confessarius ex priuilegio habet facultatem dispensandi, & commutandi, vel illam petiit, vt dixit Caiet. 2 2. q. 88. artic. 12. nam tunc cum habeat vtramque potestatem, potest in minus commutare, Etenim ex quo commutat in minus, dicitur vti potestate dispensandi, per quam vt poterat in totum absoluere, & deobligare a voto, si causa erat talis, & tanta, quæ sufficeret ad dispensandum absolutè, Sic commutãdo in minus miscet commutationẽ cum dispẽsatione, quia commutando in aliquid dicitur cõmutare, sed quia commutatio non fit in æquale bonum, dicitur dispensare, Sic Caiet. qui supra. Et ita in tali casu potest cõmutatio reddi iusta partim dispensando, & partim commutando. Ieiunia vero necessaria quæ non sunt indicta ab ecclesia,
24 non possunt commutari, † nec redimi sine causa existentię in ipso obligato, quod secus est de ieiuniis indictis per sacerdotem in pęnitẽtia, quia ipsius arbitrio possunt commutari, sed sine arbitrio eius secus, & ita intellige glosam notabilem in c. presbyter, dist. 82 Abbas in c. 1. nu 5 extra de voto. Item in arbitrio Confessarii versari debet causa, quare vouit, nã si cessat causa impulsiua voti, non propterea
25 cessat votum, † quamuis præstet faciliorem causam dispensandi, tex est in c. magnæ, extra de voto. Vbi Doctores, & præcipuè Caiet. n. 14. dixit, quòd causa impulsiua in Episcopo emittente votum longæ peregrinationis fuit, quia Comes campaniæ multum grauabat ecclesiam Trecen. Quapropter licet mortuus fuerit, tamẽ nõ cessat votum, quia adhuc permanet causa finalis, quæ fuit placendi Deo, Vnde quã
26 do dicitur cessante † causa cessat effectus, cap. cum cessante, extra de appellat. intelligitur de causa finali (Exemplum) Vouisti non transire per illum vicum, aut non ingredi domum, Si hoc fecisti, quia illa opera occasionem tibi offerunt peccandi, vt puta inspiciendi fœminã, vel alium inimicũ, tunc cum sint ad rem referentia, subinde sunt voti materia: Sed si causa hęc finalis cessaret, vtique cessaret votum. Sic considerare debet causam voti, an sit ma-
27 ioris † boni impeditiua, vt in concionatore, qui vouit ieiunare, & si votum seruet, ad populum sermonem facere non potest, tunc hæc iusta erit causa dispensationis, Sotus de iust. & iur. lib. 7. q. 4. ar. 5. & fin. Pariter impedimentum superueniens post votum emissum, quod si habuis-
28 set à principio, † votum impediuisset, est iusta causa illud commutandi in aliud opus, cap quod super his, extra de voto. vbi impedimentum superueniens facit mutationem in aliam causam, licèt Sanctus Thomas, quem refert Archidiaconus in d. cap. qui bona, 17. quæst 1. dicat, quòd omne impedimentum superueniẽs, quod habuisset à principio impedire bonum, si oritur post factum, habet auferre obligationem voti, quod intellige, dummodo nulla culpa reperiatur in vouente; nam si per me non remanet quominus uotum perficiam subsistente bona uoluntate, debeo reputare, ac si uotum perfecissem, pro hoc cap. .de pœnit. distin. 1. Tamen t x. quod super h s communiter obseruatur, facit tex. in cap. 1. extra de uoto
29 ibi an ex infirmitate. Item debet † Confessarius considerare causam, an sit utilitas publica, quæ iusta est causa commutãdi uotum: Hinc dicunt communiter Canonistæ in d cap 1 Vbi præcipuè Abbas, quòd ex magna causa potest Papa dispensare super uoto continentiæ, etiam cum
30 religioso, ponit exemplum. Si Rex infidelis uult redire ad fidem cum toto suo Regno, si potest habere in coniugem monialem filiam alterius Regis, nam istud est magis Deo acceptum, quam continentia unius hominis, maximè, quia matrimonium est de iure diuino, & cum uxore est castitas, dist. 31. ca. nicena, & in c. 1. de uo-

to in 6. Idem affirmant in iure pontificio scribentes in cap. 1. de statu regular. Sic si haberet vouens numerosam familiã, quæ absque notabili nocumento suo absentiã nunquam tolerasset. Debet etiam considerare qualitatem, & quantitatem contritionis, vt ex hoc colligat, an commutatio
31 sit melior, & æquè Deo acceptabilior. Sic vouentes opera præceptorum facile dispẽsandi sunt, quare vix, aut nunquam consulendi sunt ad vouendum, nisi quando persona prudens, aut constans est, ad rem tamen aliquam procliuis, quæ occasio illi est mali grauissimi, aut scandali, vt dixit Sotus de iust. & iur. lib. 7 q. 1. art. 3. col. 4. Et tandem quæ sint iustæ causæ commutandi, & dispensandi, videat lector Sotum lib. 7. q. 1. art. 3. col. 3. & cum nõ possit tradi certa regula totum dependet ex arbitrio superioris, qui ex diuersitate informabit motum animi sui. Abbas in d. c. 1. secundo notab.

Vota emissa per vxorem, an possint per maritum irritari, prudens requiritur iudicium Confessarij. Cap. 74.

SVMMARIVM.

1 *Votã personalia, & realia, quæ dicantur, num. 10.*

2 *Bona paraphernalia, vel extra dotem, quare sic vocentur, nu. seq.*

4 *Votum de soluendo suo de bonis paraphernalibus maritus nõ potest irritare.*

5 *Votum de soluendo de operibus fabrilibus an possit irritari.*

6 *Dos sufficiens quæ dicatur.*

7 *Vxorem viro operari qualiter intelligatur.*

8 *Opera officialia, & obsequi alia quæ dicantur.*

9 *Lucrum operum officialium in duobus casibus cædit viro.*

10 *Vota incommodantia virum possunt ab eo irritari, reuiuiscunt postea eo mortuo, nu. seq.*

12 *Arbitrium Confessarij quam prudens exigatur, ex supradictis colligitur an votum à viro possit irritari.*

OPortet Confessarium interrogare pęnitentẽ, an vota emissa per vxorem possint irritari, An vota sint persona
1 lia, vel realia, & dicũtur † personalia vota ad personam propriã pertinentia, vt orõnes, ieiunia, vel regularis vita, vel sint vota realia, idest ad res ipsas attinẽtia, Quod si pęnitens dixerit esse vota personalia, & realia, tunc interroget, An emiserit vxor hæc vota realia de rebus paraphernali-
2 bus, quæ vxor ipsa defert secum tempore, quo inducitur in domum mariti, & ipsi marito eorum administrationem concedit, vel tacitè, vt quia illi tradit instrumenta, & nomina debitorum, arg. text. in l. 1. C. de donat. arg. l. fin. cum glosa in verbo vsuras, & ibi Baldus. C. de pact. conuen. vel expresse, vt habetur in l. hac lege, & l. fin. C. eo. tit & dicuntur paraphernalia, quasi extra dotem, à para, quod est iuxta, & fara quod est dos, quasi bona data iuxta dotem summa Azon. C. de iure doti. nu.
3 8. vel de bonis, extra dotem, † quę ideo sic appellãtur, quia eorũ administrationem retinet vxor sibi, quia non tradit ea bona marito, nec quasi tradit, Bal. in l. maritus, nu. 2. C. de procur. & sunt illa, quæ fuerũt sibi data, aut aliàs ex successione delata, quę vxor habet separata à bonis viri, & in suo regimine, ac dominio reseruata, de quibus loquitur Bal. in d. l. maritus, & in istis casibus nõ potest maritus irritare vo
4 ta vxoris, Vnde si vouisset de suo dare † pauperibus, si haberet bona extra dotem, vel paraphernalia, tunc tenetur illa adimplere, quemadmodũ vxor, quę non potest eleemosynam largiri absq; consensu viri, potest tamen licitè eã facere de bonis paraphernalibus, vel extra dotem, vt dixit Syluest. in verbo eleemosyna, versic. 5. ex his, Quod si vxor dixerit se non habere bona paraphernalia, vel extra dotem, interroget, An promisisset dare de suo de operibus manuum suarum, & tunc interroget Confessarius, an sint operæ artificia-
5 les, q̃ alio modo vocãtur fabriles, † & industria

dustriales, vt si esset obstetrix, chirurgica, uel textrix, aut aliter negotiatrix, & lucratur aliquid quòd si dixerit, quòd sic, nam tūc sibi acquirit, ex quo cessat suspitio turpis lucri, ob quam tollendam vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti per tex. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & vxor. Bal. conf. 229. verbo dicunt lib. 1. Alex. plene conf. 133. vere crudelis n. 2. li. 4. quod idem Bal. conf. 299. nu. 4. li. 1. extendit ad quamcunque aliam mulierem, puta filiam, vel aliam, quia de paternis acquisiuisse præsumitur, vt tollatur suspitio turpis lucri. Et idem ad concubinam, extendit Mascard. concl. 340. Et Ang. consi. 141. nu. 2. vers. sicut dicimus idem extendit ad Prælatum, qui præsumitur acquisiuisse de bonis ecclesiæ si aliunde non constet vnde acquisiuerit. Sic & vxor pręsumitur acquisiuisse ex bonis viri, si non constet, quòd aliūd. habuerit licitè pecunias, vt si acquisiuerit ex industria, vel aliquo artificio, vt supra diximus: etenim quod dicitur vxorem operari viro, intelligitur quo ad obsequiales operas, & officiales, prout reddere debitum, & habere curam rei familiaris, Alex. cōsi. 133 nu. 3. & seq. non tñ quo ad operas industriales, & artificiales, quia tunc non viro, sed sibi acquirit, fallit tamen, quando non dederit sufficientem dotem, pro substinēdis oneribus matrimonii, nam tunc tali casu operabitur viro vsque ad supplementum dotis, & quod superest cędit lucro suo, & non mariti, Et ita intelligo dictū Afflicti dec. 44. qui allegat Baldum in l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. dicentem vxorem debere operari viro etiam in telis faciendis, quæ
6 tunc dicitur, † quando non satis esset ad alendum, se & maritum, vel communes filios, saltem vbi maritus esset inutilis, & non haberet unde se aleret, facit tex. in l. ei patronus, ff. de ope. liber. Vbi ex illo text. & glosa habetur uxorē operari uiro,
7 Quod si vxor dixerit se non posse exequi votum de operibus artificialibus absque incommodatione viri, quia sic non potest
8 exequi opera obsequialia, & officialia, vt lauare caput, & pedes mariti, & c. ad quæ tenetur, licèt hoc videatur arbitrarium in specta conditione suæ persoņ, facit text. in l. interdum, ff. de oper. liber. tunc maritus pōt votum illud irritare, & ita in duo-
9 bus casibus lucrum operum artificialium cędit viro, vel quando non dederit dotem sufficientem, vel quando maritus non posset ab vxore exigere opera obsequialia, Quod si vxor dixerit se emisisse votū personale, vt ieiunandi tali die, non comedēdi carnes, vel vouit peregrinationes, & abstinentias, tunc dicat Confessarius an ista vota obsint viro, vel incommodant, vel tandem sint præiudicialia iuri matrimoniali, & administrationi domus, & familiæ, & tali casu maritus poterit irritare, ēt
10 si fuerint emissa ante matrimonium contractum, quę contracto matrimonio nondum erant completa, Turrecr. in ca. sicut quidam, n. 9. 37. q. 1. Modo aduertant Cōfessarii, quòd quando mulieres in confessione dicunt se vouisse ieiunare, siue a carnibus abstinere, si ea fecerint perpetuo, &
11 fuerunt a viro irritata, mortuo † viro adimplere debent, Archid. in c. noluit, 33. q. 5. Quod si vouerit dicēdi preces aliquas, non mentiendi, non peierandi, non posset maritus ista irritare. Et ita ex his constat, quā prudens arbitriū Confessarii requiratur, An maritus possit irritare vota, vel nō.

Circa vota quæ arbitraria. Cap. 75.

SVMMARIVM.

1 *Vouens absque temporis præfixione quā cito adimplere teneatur.*

2 *Quanto citius aduerbium, qualiter intelligatur.*

3 *Votum adimplendi ad statim, quando obligetur dictante conscientia sua.*

4 *Statim intelligitur, quando commodo possumus, num. 6.*

5 *Vouens non determinando tempus, & dubius est, an se obligauerit ad statim, qualiter intelligatur.*

7 *Vouens simpliciter ingredi religionem, qualiter intelligatur.*

8 *Modicum quando transeat in magnum, videtur arbitrium.*

Voto

9 *Voto implendo tempus præfigens tenetur tēpore pręfixo, nisi impedimentum adsit.*

10 *Vouens religionem absolutè benedictinam, vt liber sit à voto, quot monasteria perlustrare teneatur nu. seq.*

12 *Votum mutare proprium est Episcoporum, vel Prælatorum, aut Confessariorum ex speciali priuilegio.*

13 *Vouens religionem, si dubius est quem animum habuerit, intelligitur vouisse ingredi, & non profiteri.*

PRimū, qui absq; temporis præfixione
1 vouet eleemosynam dare, † licèt quanto citius illud implere cogatur, iuxta illud Douteron. c. 23. & peccat, nisi adimpleat, modo possit, vnde habetur extra de voto, ca. licèt. Vsque adeò voti solutio est necessaria, vt sine salutis propriæ dispendio non licet alicui resistere, & ratio est, quia omnis promissio licita facta cum intentione obligandi se, & cum deliberatione, si acceptetur ab eo, cui fit, obligat promittentē non tantum ex præcepto legis diuinæ, sed ēt legis naturæ, sed votū licitum est huiusmodi promissio, & omnem talem promissionem recipit Deus, ergo. Richardus in 4. sent. d. 38. q. 5. ar. 1. Verum aduerbium hoc quanto citius quando obligabit
2 † vouentem, sunt plures opiniones, nam aliqui videntur asserere, quando mens, & conscientia illi dictat votum esse persoluēdum. At regula hæc fallax est, & incerta, etenim scrupulosum hominē, statim animus sollicitare solet, & præmere, suæ aūt salutis immemorem, aut nunquam, aut sero, quis præsumitur. Quapropter opinio istorum intelligenda est, quando vouens non se obligauit ad statim, & de hoc certus est, nam tunc tenetur, quando consciētia sua sibi dictat esse adimplendum; vel arbitrio boni viri pensatis singularibus cōditionibus personæ, materię, &c. Sanctus Thomas 2. 2. q. 88. ar. 3. ad tertium, & ibi Caiet. summa Astēs. de voto li. 7. tit. 20. Sotus de iust. & iur. li. 7. Alii vero dicunt ex communi opinione huiusmodi vota esse persoluenda, cum primū is, qui vouet, pręstare pōt, nam idē iuris est in cęteris, quæ alteri homini debentur. Ea .n. soluere, at-
4 que reddere nos oportet statim, atque † cōmodè possumus; Sic. n. Deus exigit ēt à nobis vota, & promissa soluere, quando satis cōmodè possumus, Verum, quia pōt quis de facili errare in facto proprio, Ideo alii sentiunt tunc obligari, quando arbitrio boni viri iudicatur, Hinc dixit Rodanus cum aliquis sine conditione, aut temporis præfixione tenetur statim illud exequi, nisi in vouendo aliquid habuerit in mente, & hanc communem opinionem intellige quando in vouendo nullū determinauit tempus, & dubius est an se obligauerit ad statim, nam tunc huic consulendus est, vt aut votum cito soluat, aut dispensationem petat, vnde non est absoluendus, si alterū ipsorum facere recusauerit, Angles de vo-
6 to difficult. 12. statim vero † intelligi debet moraliter, hoc est expectando opportunitatem disponēdi de bonis ad arbitriū boni viri, facit ad hoc ff. ex quibus caus. maior. l. ab hostibus, §. fi. Verbo opportunitate. Vnde in iudicio animæ Confessor pōt esse iudex ad determinandum tempus quo cōmodè poterit: Hinc infertur, quòd quando quis simpliciter vouit ingredi religionem, debet consulere Confessarium,
7 qui assignabit tempus, infra quod adimpleat votum, nam aduerbium statim intelligitur arbitrio boni viri, l. si ita quis, §. si iactum ff. de verbo. obligat. Abbas in c. posuit, n. 12 extra locati. Est & aliud arbitrarium in materia voti, quòd aliquis, qui iurat, seu vouet se certo pauperi, vel pauperibus promiscuè singulis diebus daturum vnum assem, siue nummum argenteū, & per annum continuum non soluit, an in exitu anni sit condemnandus tanquam lęthalis peccati reus. Pariter similis quæstio est de eo, qui iureiurando, vel voto promittit se salutationem Angelicā quotidie recitaturum, & per annum vnum non recitat, Sotus dicebat quòd quamuis modicum excuset a peccato mortali, facit tex. in c. & si quæstiones extra de simon. c. vnum orarium, d. 25. tamen, quando transit in magnum, vt si continuatis diebus votum non seruauerit, Sotus l. 7. de iust. & iur. q. 2. ar. 1. col. 2. dixit esse peccatum mortale,
8 sed quando † modicū transeat in magnū, dixit Sotus, qui supra quòd remittitur arbitrio

bitrio

bitrio boni viri, Nos aũt in 1.par.dec.li.2.
c.23.n.4.veniale esse affirmauimus. Rur-
sus si quis tempus præfixit voto adimplẽ-
do, vt infra hunc annum ero religiosus,
vel ibo ad Sanctum Iacobum, sub mortali
tenetur intra illud tempus suum votum
9 adimplere, nisi intra † illud accidat impo
tentia, vel necessitas naturalis, vt infirmi-
tas, vel extrema necessitas, vel nisi intra tẽ
pus quis faciens quod in se est, non potuit
res suas disponere, quod quidem relinqui
tur prudenti arbitrio Confessarii. Præte-
rea secundum Nauar. in manua. c.12.nu.
46. Qui vouit religionem absolutè, puta
benedictinã, vt liber sit à voto, non ei suffi
ceret, si ab vno, vel altero monasterio reii-
10 ciatur, nec tamen omnes illius domus † te
netur perquirere, Sed satis est si aliqua tã-
tummodo arbitrio boni viri cœnobia per
lustrans, & suam voluntatem exponens
non recipiatur, Attamen hęc cœnobia se-
cundum Toletũ in summa li.4.c.17.vers.
Rursus sufficit, quòd sint illius ciuitatis
11 † si forte sunt, vel propè, vnde dicit ꝙ non
tenetur peragrare prouinciã. Est & aliud
arbitrarium, nam si cõmutatio voti, quæ
est materiam vnam in alteram commuta-
re, fit in meliorem, potest ipsemet absque
alia licentia mutare, c. scripturæ, extra de
voto, facit tex. in c. peruenit, extra de iure-
iur. Mutare vero in æquiualentem, aut
paulo inferiorem hoc casu est Episcopo-
rum, aut Pręlatorum, ca.1. Vbi Abb. extra
12 de voto, vel Confessariorum, qui de licen
tia Episcopi, vel potestate eis tradita vigo
re Iubilei possunt commutare, sed quia in
illis requiritur auctoritas superioris, &
causa rationabilis, quæ subsit, hęc tamen
causa rationabilis, quæ sit, videtur pende-
re ex prudẽti, & regulato arbitrio boni vi-
ri habentis facultatem commutandi. Pari
ter qñ dubius est vouẽs religionẽ, quẽ ani-
mum habuerit, vel ingrediẽdi, & expedien
13 di, † vel proficiscendi, tunc cõsulat Confes-
sorem, qui si explorata eius intentione nõ
põt colligere quid intendebat, quando vo
uit, tunc põt Cõfessarius consulere quòd
intendebat se vouens obligare ad ingres-
sum religionis, non aũt ad professionem,
etenim tunc Confessarius regulabit con-
silium suum secundum tex in c. ad aposto
licam, extra de regularibus.

Deo, à quo, & per quem, & in quo sunt omnia, sit honor, gloria, virtus, & imperium in infinita sæcula. Amen.

FINIS.